Andreas et q̄dā alij diſcipuli trib⁹ vicibus a dño ſunt vocati. Primo enim vocauit eos ad ſui notitiam ſicut qn̄ Andreas die quadā cū Joanne magiſtro ſuo ⁊ alio condiſcipulo audiuit a Joāne. Ecce agnus dei ecce qui tollit ꝑctā ⁊c. ⁊ ſtatim cum alio diſcipulo venit ⁊ vidit vbi manebat Jeſus: ⁊ manſerunt apud eū die illo. Jnueniēſq; Andreas fratrem ſuū Simonem adduxit illum ad Jeſum. Sequenti autē die ad piſcationis opa redierunt. Poſtmodū ſcdo vocauit eos ad ſui familiaritatē: ſicut cū die quadā turbis irruētibus ad Jeſum iuxta ſtagnū geneſareth: qđ dr̄ mare galilee nauim intrauit Simōis ⁊ Andree ⁊ capta multitudine magna piſciū: vocatiſq; Jacobo ⁊ Joāne q̄ erant in alia naui ſecuti ſunt eū ⁊ iterū ad ꝓpria redierūt. Sed poſtea tertio ⁊ vltimo vocauit eos ad ſui diſcipulatū ſicut qn̄ ambulāte Jeſu iuxta idē litt⁹ vocauit eos de piſcatione dicēs. Venite poſt me faciā vos ⁊c. Qui relictis oīb⁹ ſecuti ſunt eū: eiq; ſemꝑ poſtmodū adheſerūt nec vltra ad ꝓpria redierūt. Nihilominus tñ vocauit Andreā ⁊ q̄ſdā de ſuis diſciplis ad apoſtolatū de qua vocatiōe dr̄ Mar. iij. Vocauit ad ſe q̄s voluit ipſe: ⁊ venerūt ad eū ⁊ fecit vt eēnt .xij. cū eo. E. ❡ Poſt aſcēſionem dñi diuiſis aplīs Andreas apud ſcithiam. Mattheus vero apud mirmidoniā ꝑdicauit. Uiri aūt predicationē matthei penit⁹ reſpuētes ei oculos eruerūt: ⁊ vinctū in carcere: poſt paucos dies occidere eū diſponentes. Jnterea angelus dñi ſctō Andree apparuit ⁊ mirmidoniā ad ſctm̄ mattheū ire p̄cepit. Quo rñdēte ſe viā neſcire iuſſit vt ad ripā maris ire: ⁊ ad primam nauem quā inueniret intraret. Qui velocius iuſſa cōplens ad vrbē predictā venit angelo duce ⁊ ꝓſpero vēto flāte: ⁊ inuēto apto carcere ſancti Matthei: eoq; viſo fleuit plurimū ⁊ orauit. Tūc dñs mattheo reddidit beneficiū duor luminū q̄bus priuauerat nequitia peccator. Mattheus ab inde receſſit: ⁊ Antiochiā venit. Andrea vero mirmidonie remanēte irati illi de euaſiōe ſctī matthei andreā apphēdērt ⁊ ꝑ plateas ligatis manib⁹ ꝑtrahūt. Cūq; ei⁹ ſanguis efflueret ꝓ eis orauit: ⁊ ad xp̄m eos ſua orōne cōuertit inde in achaiā ꝓficiſcēs. Hoc aūt qđ dr̄ de hmōi orbatione matthei ⁊ reſtitutione duorū luminū ꝑ Andreā non puto dignū fide: ne in tāto euāgeliſta minoratio īfirma denotet: quaſi ſibi non potuerit obtinere qđ Andreas ei tā facile impetrauit. Quidā iuuenis nobilis dū inuitis parentib⁹ aplo adheſiſſet parentes ei⁹ domū in qua morabat cū aplo ſuccēdert. Cūq; iā in altū flāma ſuccreſceret: puer accepta ampula ſuper ignē aquā ſparſit ⁊ ſtatim ignē extinxit. Jllis aūt dicētib⁹: filius noſter magus effectus eſt: dū ꝑ ſcalas vellēt aſcēdere adeo ſunt excecati vt ipſas ſcalas penit⁹ nō viderent. Tūc q̄dā exclamās ait. Ut quid vos ſtulto labore conſumitis: de⁹ pugnat pro eis ⁊ vos nō videtis. Ceſſate iā ne in vos ira deſeuiat. Multi ḡ hoc vidētes dño crediderūt. Parentes vero eius poſt quinquaginta dies mortui in monumēto poſiti ſunt. Quedam mulier cuidā homicide cōiuncta cū ꝑgere nō poſſet ſorori ſue dixit. Uade ⁊ ꝓ me dianā noſtrā inuoca. Cui inuocāti ait diabolus. Cur me inuocas: cū tibi ꝓdeſſe non poſſim: ſed vade ad Andreā apoſtolū q̄ ſororē tuā poterit adiuuare. Ad quē cū iuiſſet ⁊ aplm̄ ad ſororē periclitātē duxiſſet: dixit ei aplus. Recte hoc pateris: q2 male nupſiſti: doloſe cōcepiſti: ⁊ demones conſuluiſti. Sed tñ penitere ⁊ in Chriſtū crede: ⁊ puerū proijce. Qua credēte abortiuum ꝓtulit: ⁊ dolor ceſſauit. D. ❡ Senex quidā nōie Nicolaus adijt apoſtolum dicēs. Dñe ecce ſeptuaginta anni vite mee ſunt in quib⁹ ſemꝑ luxurie deſeruiui. Accepi aūt aliqn̄ euāgeliū orās deū vt mihi a modo cōtinētiā largiret. Sed in iꝓo pctō inueterat⁹ ⁊ a mala cōcupiſcētia illectus ſtatim ad opus ſolitū reuertebar. Quadā igit vice ꝯcupiſcētia inflāmat⁹ oblit⁹ euāgeliū qđ ſuꝑ me poſueram ad lupanar iui: ſtatimq; meretrix dixit mihi. Egredere ſenex egredere: q2 angelus dei eſt: tu ne me cōtingas neq; huc accedere p̄ſumas. Uideo eñ ſuꝑ te mirabilia. Stupefactus ad vba meretricis recolui q mecū euāgeliū detuliſſem. Nūc igitur ſancte dei ꝓ ſalute mea tua pia orō intercedat. Audiens hec beatus Andreas flere cepit ⁊ a tertia vſq; ad nonā orauit. Et ſurgēs noluit comedere: ſ3 ait. Nō comedā donec ſciā ſi dñs miſerebit hui⁹ ſenis. Cūq; diebus quinq; ieiunaſſet: venit vox ad Andreā dicēs. Obtines andrea ꝓ ſene: ſed ſicut ꝑ ieiuniū maceraſti te: ſic ipſe affligat ieiuniis vt ſaluet. Sicq; fecit ſex mēſib⁹ in pane ⁊ aqua ieiunauit ⁊ poſt modū plenus bonis operib⁹ in pace requieuit. Uenit igit vox ad Andreā dicēs. Per orationē tuā Nicolaū quē ꝑdiderā acq̄ſiui. Quidā iuuenis xp̄ian⁹ ſecreti⁹ ſctō andree dixit. Mater mea pulchrū me vidēs de ope illicito me tētauit. Cui cū nullatenus aſſentirē iudicē adijt: volēs in me crimē tāte neq̄tie retorq̄re: ſed ora ꝓ me ne moriar tā iniuſte. Nā ⁊ accuſatus penitus reticebo mallēs vitā ꝑdere q matrē meā ita turpiter infamare. Juuenis igit ad iudiciū vocat ⁊ illuc eū andreas ꝓſequitur. Accuſat ꝯſtāter mr̄ filiū q ſe voluerit violare. Jnterrogatus pluries iuuenis an res talr̄ ſe haberet: nihil penitus reſpōdebat. Tūc Andreas matri dixit. Crudeliſſima feminarū q̄ ꝑ tuā libidinē vnicū filiū tuū vis perdere. Tūc illa ꝓpoſito dixit. Dñe huic hoī fili⁹ me⁹ adheſit poſtq̄ hoc agere voluit ſed nequiuit. Irat⁹ itaq; iudex iuſſit puerū ī ſacco linitū pice ⁊ bitumine mitti ⁊ ī flumīe ꝓijci. Andreā vero in carcere reſeruari donec excogitaret ſupplicium quo periret. Sed orante Andrea tonitruū horribile oēs terruit ⁊ terremotus ingēs cūctos ꝓſtrauit: ⁊ mulier a fulmine ꝑcuſſa ⁊ arefacta corruit. Orātibus aūt ceteris aplm̄ ne perirēt: orauit ꝓ eis ⁊ oīa ceſſauerūt. Tūc p̄poſitus credidit ⁊ dom⁹ eius tota. Cū aūt aplo in ciuitate nicea eſſet: dixerūt ei ciues q extra ciuitatē ſecus viā ſeptē demones erāt q̄ pretereuntes hoīes occidebāt. Quibus ad iuſſum apl̄i ante populū in ſpecie canū veniētibus p̄cepit vt illuc irēt vbi nulli hoīni nocere poſſent. Qui ſtatim euanuerūt. Jlli aūt hoīes hoc viſo fidē xp̄i receperūt. Et cū veniſſent ad portam alterius ciuitatis ecce q̄dā iuuenis mortuus ferebat. Querente aplo q̄d ei accidiſſet: dictū eſt ei q ſeptē canes venerūt ⁊ eū ī cubiculo necauerūt. Et lachrymās aplus ait. Scio dñe q fuerūt demones quos a nicea vrbe repuli. Dixitq; p̄ri. Quid dabis mihi ſi ſuſcitauero filiū tuū. Cui ille. Nil charius eo poſſideo: ip̄m ergo tibi dabo. Et facta orōne ſurrexit ⁊ aplo adheſit. Cū quidā viri numero quadraginta ad apl̄m nauigio venirēt vt ab eo fidei doctrinā reciperēt. Ecce mare a diabolo cōcitatur ⁊ oēs pariter ſubmergūtur. Cū antē eor corpora ad litus delata fuiſſent ante apl̄m deportant et eo ꝯtinuo ſuſcitant. Qui oīa q̄ ſibi acciderāt narrauerūt. Vñ in quodā hymno ipſius legit. Quaterdenos iuuenes ſubmerſos maris fluctibus vite reddidit vſibus. Jtē magr̄ Joānes beleth ait de feſto ſctī Andree. Sciendū eſt inq̄t q niger fuit colore: barba ꝓlixa: ſtatura mediocris. E. ❡ Btūs igit Andreas ī achaia cō-

fide᷑s totã eas eccleſiis impleuit ac plurimos ad xp̄m cõuertit. Uxorẽ quoq; egee proconſulis fidẽ xp̄i docuit ⁊ ſacro baptiſmatis fonte ipſam regenerauit. Audiens hoc egeas Patras ciuitatẽ ingredit᷑ cõpellẽs xp̄ianos ad ſacrificia idoloꝝ. Cui occurrẽs andreas dixit. O potebat vt tu qui iudex hoim̄ eſſe meruiſti in terris iudicẽ tuũ q̄ in celis eſt agnoſceres: ⁊ agnitũ coleres: ⁊ colẽdo animũ a falſis diis penit⁹ reuocares. Cui egeas. Tu es andreas q̄ ſuperſtitioſam p̄dicas ſectã quã romani principes nuper exterminari iuſſerunt. Ad quẽ Andreas. Romani principes nondũ cognouerũt q̄m filius dei veniẽs docuerit idola eſſe demonia q̄ docẽt vt offendatur deus vt offenſus ab eis auertat᷑ et auerſus non exaudiat: ⁊ nõ exaudiẽdo ipſi a diabolo captiuẽtur: ⁊ captiuati tandiu deludant᷑ donec nudi de corpore exeãt nihil ſecũ preter p̄ctã portãtes. Cui egeas. Iſta vana Jeſus veſter p̄dicãs crucis patibulo eſt affixus. Cui andreas. Pro reſtauratione nr̃a nõ pro culpa ſua crucis patibulũ ſpõte ſuſcepit. Ad quem egeas dixit. Cũ a ſuo diſcipulo fuerit tradit⁹: ⁊ a iudeis tẽt⁹: ⁊ a militibus crucifix⁹: q̄m̄o tu dicis eum ſpõte crucis ſubiiſſe ſuppliciũ. Tũc andreas q̄nq; rõnib⁹ cepit oſtẽdere xp̄m voluntarie paſſum fuiſſe. ſ. ex eo q̄ paſſionẽ ſuã p̄uidit ⁊ diſcipulis ſuis futurã p̄dixit. Ecce aſcẽdimus hieroſolymã ⁊c. Et ex eo q̄ petro eũ ab hoc auertere cupiẽti dure indignat⁹ fuit dicẽs. Uade poſt me ſatana ⁊c. Et eo q̄ vtriuſq;. ſ. patiendi ⁊ reſurgendi ſe p̄tãtẽ hr̃e manifeſtauit dicens. Poteſtatẽ habeo ponendi aĩam meã ⁊ iterũ ſumendi eã. Et ex eo q̄ proditorẽ p̄cognouit cũ panẽ intinctũ ei dedit: nec tñ vitauit. Et ex eo q̄ locũ in quẽ proditorẽ venturũ ſciebat elegit ⁊ his o&bus ſe interfuiſſe aſſerit. Addiditq; andreas q̄ myſteriũ crucis magnũ eſſet. Cui egeas. Myſteriũ dici nõ põt ſꝫ ſuppliciũ. Uerũtñ niſi dictis meis obtemperaueris ipm̄ myſteriũ te faciã experiri. Cui andreas. Si crucis patibulũ expaueſcerẽ: crucis gl'iã nõ p̄dicarem. Audire ante te volo myſteriũ crucis ſi forte credas ipꝫ agnitũ colas vt ſalueris. ℱ. ¶ Tũc cepit ei myſterium redemptionis p̄dicere: ⁊ q̄ cõgruũ ⁊ neceſſariũ fuerit q̄nq; rõnib⁹ p̄ſuadere. Prĩa rõ eſt q̄ q̄ primus hõ per lignũ mortẽ intulerat p̄uaricãdo: cõgruũ fuit vt ſcõs hõ p̄ lignũ mortẽ repelleret patiẽdo. Scd̃a q̄ q̄ de immaculata terra fact⁹ fuerat p̄uaricator: congruũ fuit vt de imaculata naſcerer᷑ virgine recõciliator. Tertia q̄ q̄ adã ad cibũ vetitũ incõtinẽter manus extẽderat: cõgruũ fuit vt ſcõs adã in cruce imaculatas manus extẽderet. Quarta q̄ q̄ adã cibũ ſuauẽ vet itũ guſtauerat: cõgruũ fuit ad hoc q̄ oĩũ repelleret᷑ cõtrariũ: vt xp̄s eſca fellea cibaret᷑. Quĩta q̄ ad hoc q̄ xp̄s nobis ſuã imortalitatẽ offerret: cõgrũ fuit vt noſtram ſibi mortalitatẽ aſſumeret. Niſi ei de fact⁹ fuiſſet mortalis hõ nõ fieret imortalis. Tũc egeas dixit. Hec vana tuis narra mihi obtẽpera: diiſq; oĩpotẽtib⁹ ſacrifica. Cui andreas oĩpotẽti deo agnũ imaculatũ q̄tidie offero: q̄ poſtq̄ a toto populo comeſtus fuerit viuus ⁊ integer p̄ſeuerat. Egea quõ hoc fieret requirente dixit andreas formam diſcipuli aſſumeret. Cui egeas. Ego cum tormentis a te exigã huius rei notitiã. Iratuſq; iuſſit eum in carcere recludi. Mane facto tribunali ſidit: et ad ſacrificia idoloꝝ egeas eum iterũ inuitare cepit dicẽs. Niſi mihi obtẽperaueris: in ipſam quã laudaſti crucẽ faciã te ſuſpendi. Cũq; ei multa ſupplicia minaretur. Rñdit. Quicquid tibi videt᷑ in ſupplicijs maius excogita. Tãto eñi regi meo ero acceptior quanto fuero pro noĩe eius in tormẽtis cõſtãtior. Tũc iuſſit eũ a viginti hoĩbus cedi ⁊ ceſum manib⁹ ⁊ pedibus cruci affigari: vt ſic lõgiorẽ reciperet cruciatum. Cũq; duceret᷑ ad crucẽ factus eſt concurſus populoꝝ dicẽtium. Innocens ſanguis eius ſine cauſa dãnatur. Quos tñ rogauit ap'ſe ne ſuũ martyriũ impedirẽt. Uidens autẽ andreas a longe crucẽ: ſalutauit eã dicens. Salue crux que in corpore xp̄i dedicata es: ⁊ ex membris eius tãq; margaritis ornata. Anteq̄ in te aſcẽderet dñs timorẽ terrenũ habuiſti: modo xp̄o celeſtẽ amorem obtinẽs p̄ voto ſuſceperis. Secur⁹ igit᷑ ⁊ gaudẽs venio ad te vt tu exultans ſuſcipias me diſcipulũ ei⁹ q̄ pependit in te: q̄ amator tu⁹ ſemp fui ⁊ deſideraui amplecti te. O bona crux que decorẽ et pulchritudinẽ de mẽbris dñi ſuſcepiſti diu deſiderata: ſolicite amata ſine intermiſſione queſita: ⁊ iã cõcupiſcẽti aĩo p̄parata accipe me ab hoĩb⁹ ⁊ redde me magr̃o meo vt p̄ te me recipiat q̄ p̄ te me redemit. B. ¶ Et hec dicens ſe exuit ⁊ veſtimenta carnificib⁹ tradidit. Sicq; eũ in cruce vt iuſſum fuerat ſuſpẽderũt. In qua biduo viuẽs. xx. milib⁹ hoĩꝫ aſtãtiũ p̄dicauit. Tũc minãte turba egee mortẽ: ⁊ dicẽte virũ ſcm̄ manſuetũ ⁊ piũ nõ debere ita pati: venit vt ip̄m deponeret. Quẽ vidẽs andreas dixit. Quid tu ad nos veniſti egea. Si pro pnĩa ipam cõſecuturus: ſi autẽ vt me deponas: ſcias q̄ ego viuus de cruce nõ deſcẽdã. Jam eñi video regẽ meũ q̄ me expectat. Et cũ vellẽt eũ ſoluere nullo mõ poterãt ad eũ pertingere: q̄ ſtatim eoꝝ brachia ſtupida reddebãtur. Uidens aũt Andreas q̄ plebs volebat eũ deponere hãc orõnẽ in cruce fecit: vt dicit Augu. in li. de penitentia. Ne me p̄mittas dñe deſcẽdere viuũ: ſed tp̄s eſt vt cõmendes terre corpus meũ. tãdiu eñ iam portaui: ⁊ tã tãdiu ſup cõmẽdatũ vigilaui ⁊ laboraui q̄ vellẽ ab ipa obedientia liberari: ⁊ iſto grauiſſimo indumento ſpoliari. Recordor q̄ntũ in portãdo oneroſu: in domãdo ſuperbũ: in fouẽdo īfirmũ: in cocercẽdo laſciuũ labo: aui. Scis dñe quoties a puritate cõtẽplationis retrahere me cõtẽdebat: quoties a dulciſſime quiete tue ſomno me excitare obtẽdebat: q̄ntũ ⁊ quoties laborẽ ingerebat. Qui igit᷑ tãdiu vt potui pater benigniſſime pugnãti reſtiti ⁊ tua ope ſuperaui a te iuſto remuneratore ⁊ pio poſco ne mihi id vltra cõmendes ſed depoſitũ reddo. Cõmẽda aliũ q̄ illo vltro nõ impediat ⁊ reſurrecturũ ſeruet ⁊ reddat vt ⁊ ipſum quoq; meritũ ſui laboris recipias. Terre id cõmẽda vt me ampli⁹ vigilare non oporteat ⁊ libere ad te fontẽ indeficientis gaudij tendere haurientẽ iam nõ retrahat nec impediat. Hec Augu. His dictis ſplẽdor nimius de celo veniẽs dimidia hora eum circũdedit: ita vt nullus eũ videre poſſet. Et aſcẽdẽte lumine ſimul cũ ipſo lumĩe ſpiritũ tradidit. Maximilla vero vxor egee tulit corp⁹ apl'i ſancti ⁊ honorifice ſepeliuit. Egeas xo anteq̄ domum ſuã rediſſet arreptus a demone in via corã oĩb⁹ expirauit. Fluunt quoq; de ſepulchro ſancti andree mãna in modum farine ⁊ oleum cum odore ſuauiſſimo emanare a quo q̄ ſit anni futuri fertilitas incolis regionis oſtenditur. Nã ſi exiguũ p̄fluit exiguũ terra exhibet fructuꝫ ſi copioſe copioſum. Hoc forte antiquitus verum fuit: ſed modo eius corpus apud cõſtantinopolim trãſlatũ eſſe perhibetur. D. ¶ Ep̄s q̄dã religioſam habẽs vitã beatum andreã inter ceteros ſctõs in veneratione habebat: ita q̄ in cunctis ſuis operibus hunc ſemp titulum preponebat ad honorem dei ⁊ beati andree. Inuidens igitur viro ſancto hoſtis antiquus ad eũ decipiẽdum tota calliditate ſe cõtulit: ſeq; in formã mulieris pulcherrime transformauit: venit igitur ad palatium

epiſcopi aſſerens ſe velle confiteri eidē. Mādat epiſcopus vt ſuo penitētiali ↄfiteaꝛ cui plenitudinē tradiderat poteſtatis. Renūciat illa ꝙ nulli hominū niſi ſibi ſecreta ſue cōſcientie reuelabit: ſicqꝫ conuictus ep̄s eā ad ſe venire precepit. Cui illa. Obſecro dn̄e miſerere mei. Ego eñ in annis puellaribus vt cernitis cōſtituta ⁊ a pueritia delicate nutrita: necnō ⁊ regia ſtirpe ꝓgenita: huc in peregrino habitu ſola veni. Nam pater meꝰ rex vtiqꝫ valde potēs cuidā magno pricipi me volebat in coniugiū ſociare. Cui reſpōdi ꝙ omnē thorū abominarer maritalē: qꝛ virginitatē meā xp̄o in perpetuū dedicaui. ⁊ iō nunꝗ̄ poſſem in carnalē copulam ↄſentire deniqꝫ ſic arctata ꝙ oportebat me aut eiꝰ voluntati duriſſime obedire: aut certe diuerſa ſubire ſupplicia: latēter fugā inij: magis eligēs exulare ꝗ̄ ſpōſo meo fidē infringere. Audiēs vero veſtre ſctitatis ꝑconiū ſub alas veſtre ꝓtectiōis cōfugi ſperās me apud vos locū reperire q̄etis vbi poſſim ↄtēplatiōis capere ſecreta ſilentia ꝓſentiſqꝫ vite vitare naufragia: ⁊ perturbationē mūdi fugere perſtrepētis. Admirās in ea ep̄s nobilitatē gn̄is pulchritudinē corpis tā imenſum feruorē ⁊ tāte eloquētie venuſtate placide benigna voce reſpōdit. Eſto ſecura filia: ne formides: quia ille ob cuiꝰ amorē te ⁊ tuos ⁊ tua tā viriliter cōtēpſiſti tibi ob hoc in p̄nti cumulū grē ⁊ in futuro plenitudinē glorie largieꝛ. Sꝫ ⁊ ego fuꝰ eiꝰ me ⁊ mea tibi offero. Eligaſqꝫ vbi tibi placuerit manſionē. Volo autē vt hodie mecū prandere debeas. Cui illa. Noli inq̄t pater noli de hac re me rogare ne forte ex hoc aliqua mali ſuſpitio ꝓueniat ⁊ nitor fame veſtre denigrationē aliquā patiaꝛ. Ad quam epiſcopus dixit. Plures erimus ⁊ non ſoli: et ideo nullum male ſuſpitionis ſcrupulum in aliquo poterit generari. Venientes itaqꝫ ad menſam epiſcopus et illa ex oppoſito cōſederunt: ceteris reſidentibꝰ hinc ⁊ inde. Intendit in eā crebrius epiſcopus eiuſqꝫ faciē nō deſinit intueri ⁊ pulchritudinē admirari. Sicqꝫ dum oculus figitur aīmus ſauciatur. Et dum eius faciem non deſinit intueri: antiquus hoſtis cor eiꝰ graui iaculo vulnerauit. Perpēdit hoc ⁊ ipſe diabolus ⁊ pulchritudinē ſuā cepit magis ac magis augere. Iāqꝫ ep̄s ꝓximꝰ erat cōſenſui vt eā de illicito ope attentaret q̄n poſſibilitas ſe offerret. Tūc ſubito quidā peregrinꝰ venit ad oſtiū crebris ictibus pulſans ⁊ magnis clamoribꝰ poſtulans ſibi aperiri. Cūqꝫ aperire nollēt ⁊ ille magnis clamoribꝰ ⁊ ictibꝰ nimis eis fieret īportunus: interrogat ep̄s mulierē ſi ingreſſum illius peregrini hoīs acceptaret. Cui dixit. Proponaꝛ ſibi aliqua q̄ſtio ſatis grauis: quā ſi enodare ſciuerit admittatur: ſi aūt neſcierit tanꝗ̄ inſciꝰ ⁊ idignꝰ ep̄i p̄ſentia repellatur. Fauēt eius oēs ſentētie ⁊ q̄s ſufficiens eſſet hāc q̄ſtionē ꝓponere ſciſcitanꝛ. Cūqꝫ nullus ſufficiēs inueniretꝛ ep̄s dixit. Quis eñ noſtrū ad hoc tam ſufficiens eſt ſicut vos o dn̄a q̄ ceteros nos ⁊ eloquētia p̄cedítis et ſapientia nobis omnibus amplius rutilatis. Vos igiꝛ hāc ꝓponite q̄ſtionē: tunc illa dixit. Interrogetur qđ eſt maius mirabile qđ deus vnꝗ̄ in parua re fecerit. Interrogatꝰ de hoc peregrinus ꝑ nunciū dixit. Diuerſitas ⁊ excellentia facierū. Inter tot eñ hoīes q̄ fuerūt ab initio mūdi ⁊ vſqꝫ in finem futuri ſunt: duo reperiri nō poſſunt: quoꝝ facies ꝑ oīa ſilēs eſſent ⁊ in ipſa quoqꝫ tam minima facie omnes ſenſus corporis deus collocauit. Audientes omnes eius reſpōſionem admirantes dixerunt. Vera et optima eſt ſolutio queſtionis. Tunc mulier ait. Proponatur ſibi ſecūda q̄ſtio grauior in qua melius poſſimus eius ſapientiam experiri. Queraꝛ ab eo vbi terra ſit altior oī celo. Percunctatus de hoc peregrinus reſpōdit. In celo empyreo vbi reſidet corpus chriſti. Corpus eñ chriſti quod altius oī celo eſt de noſtra carne formatū. Porro caro noſtra q̄dā terra ſubſtātia eſt. Cū ergo corpus xp̄i ſuper oēs celos ſit de noſtra carne originem duxit. Caro aūt nr̄a cū de terra ſit cōdita cōſtat ꝙ vbi corpꝰ chriſti reſidet ibi ꝓcul dubio terra altior celo manet. Refert nūcius q̄ reſpōderat peregrinus. Et ecce oēs reſpōſionem eiꝰ mirabiliꝛ approbāt: ⁊ magnifice ſapiētiā eius laudāt. Tūc illa iterū dixit. Fiat ei tertia q̄ſtio grauiſſima ⁊ occulta ⁊ ad ſoluendū difficilis ⁊ obſcura: vt ſic eius ſapiētia tertio cōprobetur: ⁊ dignus ſit vt ad mēſam ep̄i merito admittaꝛ. Queraꝛ ab eo quātum ſpaciū ſit a terra vſqꝫ in celū. Requiſitus de hac peregrinus nuncio dixit. Vade ad eum qui te miſit a me ⁊ de hoc diligēter ꝑcūctare: ipſe eñ melius me hoc nouit: ⁊ ideo tibi de hoc melius reſpōdebit: nam ipſe illud ſpacium mēſurauit q̄n de celo in abyſſum cecidit: ego de celo nūq̄ cecidi: ⁊ ideo illud ſpaciū nunꝗ̄ mēſuraui. Nō eñ eſt mulier: ſed diabolus q̄ ſe poſuit in ſimilitudinē mulieris. Audiēs hec nūcius vehemēter expauit: ⁊ ea q̄ audierat corā omnibus recitāuit. Mirantibus itaqꝫ oibus ⁊ ſtupentibus: antiquus hoſtis de medio coꝝ euanuit. Ep̄s aūt rediēs ad ſe redarguit amare ſemetip̄m ⁊ de perpetrata culpa veniam lamētabiliter p̄cabaꝛ. Miſitqꝫ nunciū vt peregrinus introduceretꝛ: ſed nequaꝗ̄ amplius inuenitur. Tūc ep̄s pplm̄ cōuocauit ⁊ eis euidēter expoſuit ordinē geſte rei: p̄cepitqꝫ vt oēs ieiunijs ⁊ orōnibus inſiſterēt: ſi forte dn̄o reuelare alicui dignaretur quiſnam ille peregrinus fuerit qui eū a tāto ꝑiculo liberauit. Reuelatum autē eſt illa nocte ep̄o ꝙ btūs andreas fuerit qui ꝓ liberatione ipſius ſe poſuerit in habitu ꝑegrini. Cepit igiꝛ ep̄s in deuotiōe btī andree magis creſcere ac eū erinde reuerētia plus habere. I. ¶ Cū p̄poſitꝰ q̄dā cuiuſdā ciuitatis agrū ſcti andree abſtuliſſet: ⁊ ob hoc grauiſſimis febribus orante ep̄o fuerit correptus: ille ep̄z rogauit: vt pro ſe oraret ⁊ agrū ſibi redderet. Sed cū orāte ep̄o ſanitatē recepiſſet: agrū iterū vſurpauit: tūc ep̄s orationi ſe dedit ⁊ oēs lāpades eccl̄ie fregit dicēs. Hoc lumen non accendetur: donec dn̄s ſe de ſuo inimico vindicet ⁊ eccl̄ia quod amiſit recuperet. Ecce p̄poſitꝰ grauiſſimis iterū febribus laborauit: miſitqꝫ nūcios ep̄o vt ꝓ ſe oraret ⁊ agrū ſuū ⁊ aliū ſibi ſimilem redderet: cui cū ep̄s reſpōderet iam oraui ⁊ exaudiuit me deus: ipſe ad eum ſe portare fecit ⁊ vt eccleſiam intraret ad orandum coegit. Ep̄s dū eccleſiam ingreditur: ille ſubito moritur ⁊ ager eccleſie reſtituitur.

## ¶ De ſancto Nicolao. iiij. A.

Nicolaus dr̄ a nicos qđ eſt victoria ⁊ laos qđ eſt pplˢ: inde nicolaus quaſi victoria populi. i. vitiorū q̄ popularia ⁊ vilia ſunt: vel dicitur victoria ppl̄i: qꝛ multos populos vita ⁊ doctrina docuit vitia ⁊ pctā vincere. Vel nicolaus a nicos qđ eſt victoria et laus quaſi victorioſa laus. Vel a nitor et laos qđ eſt populus quaſi nitor populi. Habuit enim in ſe ea q̄ nitorem ⁊ mundiciam faciūt. Nam ſm̄ Ambro. mūdat ſermo diuinus: mūdat vera cōfeſſio: mūdat ſancta cogitatio: mūdat bona operatio. Eius legendā doctores argolici conſcripſerunt. Eſt autem argos ſm̄ Iſidorum ciuitas grecie: vnde et argolici greci vocantur. Alibi quoqꝫ legitur ꝙ methodius patriarcha eius vitam grece ſcripſit quā Ioānes diaconus in latinū tranſtulit ⁊ plura addidit. B.



NIcolaus ciuis patere vrbis ex diuitibus ⁊ ſanctis parentibꝰ originē duxit: pater eiꝰ Epiphanus mater vero Joāna dicta eſt: quē cū in primeuo iuuētutis ſue flore parētes genuiſſent: deinceps cōtinēter viuētes celibē vitā duxerūt. Hic i prima die dū balnearet erectꝰ ſtetit ī pelui. Inſup q̄rta ⁊ ſexta feria tm̄ ſemel ſuggebat vbera. Factꝰ aūt iuuenis aliorꝫ iuuenū deuitans laſciuias eccleſiarū potiꝰ ferebat lumina: ⁊ q̄cq̄d in ſacra ſcriptura ītelligere poterat memoriter retinebat. Parētibꝰ vo ſuis defunctis cogitare cepit qualr̄ tātā diuitiarū copiā non ad laudē humanā: ſꝫ ad dei gloriā diſpēſaret. Tūc q̄dā cōuicaneꝰ ſuꝰ ſatis nobilis tres filias ꝟgines ob īopiā ꝓſtituere cogit̄: vt ſic infami earū cōmercio aleretur. Qđ vt ſctūs cōperit: ſcelus abhorruit: ⁊ maſſam auri pāno inuolutā in domū eiꝰ ꝑ feneſtrā nocte clā ieſſit: ⁊ clā receſſit. Mane aūt ſurgēs hō maſſam auri reperit: ⁊ deo gratias agens primogenite nuptias celebrauit. Nō multo poſt tp̄e dei famulꝰ ſilr̄ peregit opꝰ. Qđ rurſus ille reperiens in laudes immēſas ꝓrūpēs decetero vigilare ꝓpoſuit vt ſciret q̄s eſſet q̄ ſue īopie ſubueniſſet. Poſt paucos etiā dies duplicatā auri maſſaꝫ in domū ꝓiecit: ad cuiꝰ ſonitū ille excitat̄ ⁊ nicolaū fugiētem inſequit̄ taliq̄ȝ voce alloquit̄. Siſte gradum: teq̄ȝ aſpectui ne ſubtrahas meo. Sicq̄ȝ accurrēs velociꝰ Nicolaū hūc eſſe cognouit moxq̄ȝ humi ꝓſtratꝰ oſculari volebat pedes eius. Qđ ille refutās ab eo exegit ne eum q̄diu viueret publicaret. Poſt hoc Myree ciuitatis defuncto ep̄o cōuenerūt ep̄i illi eccl'ie de ep̄o ꝓuiſuri. Aderat aūt inter eos quidā magne auctoritatis ep̄us ad cuiꝰ electionē oīm ſn̄ia dependebat. Cū igit̄ cūctos ieiunijs ⁊ orōnibꝰ inſiſtere monuiſſet nocte illa vocem audiuit dicētem ſibi vt hora matutinali fores eccleſie obſeruaret ⁊ quē primū ad eccleſiam cuiꝰ etiā nomen eſſet Nicolaus venire cōſpiceret ipm̄ in ep̄m cōſecraret. Hoc ergo alijs reuelās ep̄is admonuit: vt oēs orationibꝰ inſiſterēt: ⁊ ip̄e pre foribꝰ excubaret. Mirū immodū: hora matutinali q̄ſi a deo miſſus añ oēs ſe agebat Nicolaus. Quē apprehēdēs ep̄s dixit ei. Qđ tibi nomē eſt? Ille vt erat colūbina ſimplicitate plenꝰ inclinato capite Nicolaus inq̄t veſtre ſanctitatis ſeruꝰ. Quē in eccleſia ducētes: lꝫ plurimū renuētē in cathedrā collocauerūt. Ipſe aūt eandē quā priꝰ humilitatē ⁊ morū grauitatē in oībꝰ ſectabat̄. In orationibus puigilabat: corpꝰ macerabat: mulierū conſortia fugiebat: humilis erat in omnes ſuſpiciēdo: efficax in loquēdo: alacer in exhortando: ſeuerus in corripiendo. Fertur quoq̄ȝ ſicut legit̄ in chronica quadā Nicolaū Niceno interfuiſſe cōſilio. C. ¶ Quadā aūt die dū q̄dā naute periclitarent̄: ita cū lachrymis orauerūt. Nicolae famule dei: ſi vera ſunt que de te audiuimus nūc ea experiamur. Mox q̄dā in eiꝰ ſimilitudine apparuit dicēs. Ecce aſſum vocaſtis enim me. Et cepit eos in antenis ⁊ rudentibus alijſq̄ȝ iuuare nauis armamentis. Statimq̄ȝ ceſſauit tempeſtas. Cum aūt ad eius eccleſiam veniſſent: quem nūq̄ ante viderant ſine indice cognouerūt. Tunc deo ⁊ ſibi de ſua liberatione gratias egerunt. Qđ ille diuine mīe ⁊ eorū fidei nō ſui meritis attribuere docuit. Quodā tp̄e totā ꝓuinciā ſancti Nicolai fames valida percuſſit: ita vt oībus deficerent alimenta. Audiēs aūt vir dei naues onuſtas tritico portu applicaſſe: illuc ſtatim proficiſcitur: rogās nautas vt ſaltem in centum modijs per quālibet nauem fame periclitātibꝰ ſubueniret. Cui illi. Nō audemꝰ pr̄ q2 mēſuratū Alexādrie oportet in horrea imꝑatoris nos reddere. Quibꝰ ſanctꝰ dicit. Facite nūc qđ dico ⁊ vobis in dei virtute ꝓmitto qđ nullā minorationem habebitis apud regiū exactorē. Qđ cū feciſſent ⁊ eandē mēſuraꝫ quā Alexādrie ceperāt reddidiſſent miniſtris imꝑatoris miraculū referūt ⁊ deum in ſuo famulo magnifica laude attollūt. Frumētū aūt ſcḋm vniuſcuiuſq̄ȝ indigentiam vir dei diſtribuit: ita vt miraculoſe duobꝰ annis non tm̄ ad victū ſufficeret: ſed etiam ad vſum ſeminis abūdaret. Cū aūt regio illa idolis deſeruiſſet pre ceteris nephande diane ſimulachrum ꝑple coluerat adeo vt vſq̄ȝ ad tp̄s viri dei nōnulli ruſtici predicte religiōi execrabili deſeruirēt: ac ſub quadā arbore conſecrata Diane quoſdā ritus gentiliū exercerēt. At vir dei predictū ritū de oībus finibꝰ expulit ipſamq̄ȝ arborē preſcindi mādauit. Iratꝰ eſt hoc cōtra eū hoſtis antiquus oleū midyatō qđ cōtra naturā in aqua ⁊ lapidibus ardet cōfecit: ſeq̄ȝ in formā cuiuſdā religioſe femine trāſfigurās q̄buſdā ad virū dei nauigātibꝰ in quadā ſagenula obuiauit. Sicq̄ȝ affata eſt eos. Mallem ad ſāctū dei venire vobiſcū: ſꝫ neq̄o. rogo ergo vos vt hoc oleuꝫ ad eius eccl'iam deferatis: ⁊ ob mei memoriam ex illo oleo eiꝰ parietes liniatis: ⁊ ſtatim euanuit. Et ecce a lōgē cernūt nauiculā cū honeſtis ꝑſonis iter quas vnus erat ſimillimꝰ ſctō nicolao. Qui ſic ait illis. Heu; quid mulier illa locuta eſt vobis vel q̄d attulit. Ille aūt cūcta ꝑ ordinē narrauerūt. Quibꝰ ille. Hec eſt impudica diana: ⁊ vt me verū dicere cōprobetis oleū illud in mare ꝓijcite. Quibꝰ ꝓijciētibꝰ ingēs ignis ī mari ſuccendit̄: ⁊ ꝯ naturā diutiꝰ in mari ardere cōſpicit̄. Venientes igit̄ ad ſeruū dei aiebāt. Vere tu es ille q̄ nobis in mari apparuiſti ⁊ a diaboli īſidijs liberaſti. D. ¶ Per idē tp̄s cū q̄dā gēs romano īperio rebellaſſet ꝯ eā imperator tres principes nepotianū vrſum ⁊ apilionē miſit. Quos portui adriatico ob ventū ꝯtrariū applicatos beatus nicolaꝰ vt ſecū comederēt inuitauit volēs vt gētē ſuā a rapinis cōpeſcerēt q̄s in nūdinis exercebāt. Interim dū ſctūs abeſſet ꝯſul corruptꝰ pecunia tres innocētes milites iuſſerat decollari. Qđ vt vir ſctūs audiuit rogauit principes illos vt ſecū illuc vſq̄ȝ gradu concito ꝓperarēt: veniēſq̄ȝ ad locū vbi decollādi erāt inuenit eos poplite flexo ⁊ facie iā velata ⁊ ſpiculatorē enſem ſup eoꝝ capita iā vibraſſe. At nicolaus zelo accenſus in lictorē ſe audacter iniecit: ⁊ gladium de manu eius eminꝰ ꝓpulit: innocentesq̄ȝ ſoluēs eos īcolumes ſecū duxit. Illico ad ꝑtoriū cōſulis ꝓperat ⁊ fores clauſas vi reſerat. Moꝝ illi cōſul accurrēs ſalutauit euꝫ. Aſpernēs hoc ſctūs dixit. Inimice dei legis preuaricator qua temeritate ꝑſūpſiſti tāti cōſciꝰ ſceleris vultuꝫ cōſpicere nr̄ꝫ. Quē poſtq̄ plurimū obiurgauit: ad preces tn̄ illoꝝ ducū eū penitētem benigne recepit. Recepta igit̄ bn̄dictiōe imꝑiales nūtij iter pagūt ⁊ imperio ſine ſanguine hoſtes ſubdūt. Redeūteſq̄ȝ ab imꝑatore magnifice ſunt recepti. Quidā aūt eoꝝ felicitatibꝰ inuidētes ꝑfecto imperatoris ꝑce ⁊ ꝑcio ſuggeſſerūt: vt eos apud imperatorē de leſe maieſtatis crimīe accuſarent. Qđ cū imperatori ſuggeſſiſſet: ille nimio furore repletꝰ eos incarcerari precepit ſine aliqua interrogatione illa eos nocte occidi mādauit. Qđ cū a cuſtode didiciſſent ſciderūt veſtimēta ſua ⁊ gemere amare ceperūt. Tūc vnꝰ eoꝝ ſcꝫ nepotianus recolens q̄ beatus Nicolaus tres innocentes liberauerat exhortatus eſt alios vt eius patrocinia flagitarēt: q̄rū orātibus ſan

ctus nicolaus nocte illa Cōſtātino imperatori apparuit
dicens. Cur illos principes tā iniuſte cōprehendiſti: ⁊
morti ſine crimine addixiſti? Surge velox eoſq; q̄ to=
tius dimitti iube. Sin aūt oro deū vt tibi ſuſcitet bellū
in quo tu corruas ⁊ beſtijs cibus ſias. Cui imperator.
Quis es tu q̄ hac nocte palatiū meum ingreſſus talia
audes loq̄? Cui ille. Ego ſum Nicolaus myree ciuita
tis epūs: ſic ⁊ pre ſētū ſiſr terruit per viſum di. Mente
⁊ ſenſu perdite cur in necē innocētuꝫ cōſenſiſti? perge
cito ⁊ eos liberare ſtude: Alioquin aūt corpus tuū vermibus
ſcaturiet ⁊ domꝰ tua citius deſtruetur. Cui ille: Quis es
tu q̄ nobis tāta minaris? Scito inq̄t me eſſe nicolauꝫ
myree ciuitatis epūꝫ. Vtriſq; euigilantibus ſtatim mu
tuo ſua ſomnia pandūt: ⁊ ꝓ illis incarceratis cōtinuo
mittūt. Quibus ait imperator. Quas magicas artes
noſtis vt tantis nos illudatis ſomnijs? Cui rñderunt
ſe magos nō eſſe: nec mortis ſētētiā meruiſſe. Tūc im
perator. Noſtis inq̄t hoīem cui nomē eſt nicolaus. At
illi: audito hoc noīe manꝰ extēderūt ad celū rogantes
deum vt eos ſancti nicolai meritis a preſenti periclo
liberaret. Et cū imperator totā vitam eius ⁊ miracula
eius didiciſſet dixit eis. Ite ⁊ grās deo agite q̄ vos eiꝰ
ꝓcibꝰ liberauit. Sꝫ ⁊ de nr̄is eidē afferte gaudiolis ro=
gantes eum vt vlterius mihi minas nō inferat: ſed ꝓ
me ⁊ regno meo ad dn̄m preces fundatis. Poſt pau=
cos dies predicti viri ad dei famulū venerūt: moxq; ad
eiꝰ pedes humiliter ſe ꝓſternūt dicētes. Vere famulꝰ
dei es: vere cultor ⁊ amator xp̄i. Cūq; ſibi oīa ꝑ ordinē
retuliſſent ille eleuatis in celū manibus immēſas deo
laudes retulit: ⁊ inſtructo principes ad ꝓpria remiſit.
E. ¶ Cū aūt dn̄s vellet eum aſſumere negauit dn̄m vt
angelos ſuos ſibi mitteret. Et inclinato capite ange=
los ad ſe venire vidit: Et dicto pſalmo. In te dn̄e ſpe=
raui/vſq; In manus tuas dn̄e ⁊c. tradidit ſpūm anno
dn̄i. cccxliij. vbi celeſtiū melodia audita eſt. Qui dū ſe=
pultus fuiſſet in tūba marmorea a capite fons olei ⁊ a
pedibꝰ fons aque ꝓfluxit: ⁊ vſq; hodie ex eius mēbris
ſacrū reſudat oleū valēs in ſalutē multorꝫ. Succeſſit
aūt ei quidā vir bonꝰ q̄ tn̄ de ſede ſua ab inuidis eſt depl
ſus. Quo eiecto oleū fluere deſijt. Sed eo reuocato ꝓ=
tinus emanauit. Poſt multū vo tēpis turci myreā vr=
bem deſtruxerūt. Quadraginta vo ſeptē milites barē
ſes illuc ꝓfecti quatuor monachis illis oſtendentibus
tūbam ſcti nicolai apparuerūt oſſaq; eius i oleo natā=
tia in vrbē baream reuerēter detulerūt anno dn̄i. M.
lxxxvij. Vir quidā ab vno iudeo quādā ſummam pecu
nie mutuo accepit: iuratus ſuper altare ſancti nicolai
cū aliū fideiuſſorē habere neq̄ret q̄ q̄ citius poſſet ſibi
redderet. Tenēte aūt illo diu pecuniā iudeus eā expo=
ſtulauit/ſꝫ eā ſibi reddidiſſe affirmat. Trahit ergo euꝫ
ad iudiciū ⁊ iuramētū iudicit debitori. Ille baculū ca=
uatū quē auro minuto impleuerat ſecū detulerat: ac ſi
eius adminiculo idigeret: volēs igit̄ facere iuramētū
iudeo baculū tradidit reſeruādū. Iurauit ille q̄ plus ſi
bi reddiderat ēt q̄ deberet. Facto iuramēto baculum
ſuū repetiit. Et iudeꝰ ignarꝰ aſtutie eū ſibi reddidit. re
diēs aūt q̄ fraudē fecerat in quodā biuio oppſſus cor=
ruit ſomno curruſq; cū impetu veniēs eū necauit: ⁊ ple
nū baculū auro fregit ⁊ aurū effudit. Audiēs hoc iudeꝰ
cōcitꝰ illuc venit. Cūq; dolū vidiſſet ⁊ a multis ei ſug
gerer̄ vt aurū reciperet oīno renuit niſi q̄ defunctꝰ fue=
rat ad vitā beati nicolai meritis redderet: aſſerens ſe
ſi hoc fieret baptiſma ſuſcepturū ⁊ xp̄ianū futurū. Cō=
tinuo q̄ defunctꝰ fuerat ſuſcitat̄ ⁊ iudeꝰ in xp̄i noīe ba=
ptizat̄. F. ¶ Quidā iudeꝰ vidēs bti nicolai ꝟtuoſā po
tētiā i miraclis faciēdis imaginē eiꝰ ſibi fieri ꝑcepit:
eāq; i ſua domo collocauit. Cui res ſuas cuꝫ aliq̄ lōgiꝰ
iret eū nimis cōmēdabat hec vl ſilīa ꝟba di. Ecce ni=
colae oīa bona mea vobis cuſtodiēda cōmitto: et niſi
oīa bn̄ cuſtodieritis vltionē expectabitis vobis verbe
ribꝰ ⁊ flagellis. Quadā igit̄ vice dū ille abeſſet fures
adueniūt/cūcta rapiūt/ſol ī imaginē derelinquūt. Iu=
deꝰ aūt rediēs ⁊ ſe ſpoliatū vidēs imaginē alloquitur
talibꝰ vel ſilibꝰ vſus ꝟbis. Dn̄e nicolae nōne in domo
mea vos poſuerā vt res meas a latronibus ſeruaretis
Cur hoc facere noluiſtis: ⁊ latrones quare nō ꝓhib i
ſtis. Igit̄ dire tormēta recipies ⁊ pro latronibꝰ penaꝫ
lues. Sicq; dānū meū in tuis recōpēſabo tormētis: et
furorē meū in tuis refrigero verberibꝰ ⁊ flagellis. Ac=
cipiēs ergo iudeꝰ imaginē dire eā ꝟberat direq; flagel
lat. Mira res prorſus ⁊ ſtupēda diuidētibus furibus q̄
rapuerāt ſanctus dei tanq̄ in ſe verbera recepiſſet ap=
paruit: hec vel ſilīa ꝟba di. Cur tā dire pro vobis fla=
gellatus ſum: cur tā crudeliter ꝟberatꝰ: cur tormenta
tot paſſus: ecce quō corpꝰ meū liuet: ecce qualiter effu=
ſione ſanguinis rubet. Pergite citius ⁊ cūcta reddite
que tuliſtis. Alioquin dei oīpotētis in vos ira deſce=
ndet ita vt ſcelus vr̄m in medio publicet̄: ⁊ q̄libet vr̄m
ſuſpēdiū patiat̄. Ad quē illi. Quis es tu q̄ nobis talia
loqueris. Et ille. Ego ſum nicolaꝰ ſeruus ieſu xp̄i quē
iudeus ille pro rebus ſuis quas tuliſtis tā crudeliter
flagellauit. Territi ad iudeū venerūt miraculū referūt
ab eo: que imagini fecerit audiunt: cūcta reddūt. Sic=
q; ⁊ latrones ad vitā redeunt rectitudinis: ⁊ iudeus fi
dē amplectit̄ ſaluatoris. Vir quidā ꝓ amore filij ſui li=
teras addiſcētis feſtū ſancti nicolai annuatī ſolēniter
celebrabat. Quadā igit̄ vice pr̄ pueri cōuiuiū prepara
uit ⁊ multos clericos inuitauit. Venit aūt diabolꝰ ad
ianuam in habitu peregrini petēs elecmoſyna ſibi da
ri: ⁊ iubet q̄ totiꝰ pr̄ filio vt det elecmoſynā peregrino.
Properat puer: ſꝫ peregrinū nō inueniēs inſequit̄ abeū
te. Cūq; ad quēdā cōpitū ꝑueniſſet apprehēdens diabo
lus puerū eū ſtrangulauit. Qd̄ audiēs pr̄ vehementer
ingemuit/corpꝰ tulit/⁊ i thalamo collocauit. Cepitq;
pre dolore clamaret dicere. Fili dilectiſſime quō eſt ti
bi? Scte nicolae heccine eſt merces honoris quam vo=
bis tādiu exhibui. Et cū hec ⁊ ſilīa pater diceret: ſtatiꝫ
puer q̄ſi de ſomno euigilās oculos aperuit ⁊ ſurrexit. G.
¶ Vir quidā nobilis rogauit btm̄ nicolaū vt ſibi filiū a
dn̄o impetraret: ꝓmittēs ſe filiū ad eccleſiā eius ducu
rū ⁊ cyphū aureū oblaturꝫ. Filiꝰ ergo naſcit̄ ⁊ ad etatē
ꝑducit̄: ⁊ cyphꝰ fieri iubet̄. Qui dū ſibi valde placeret
ſuis eū adaptauit vſibꝰ ⁊ aliū eque valētē fieri ꝑcepit.
Nauigātibꝰ itaq; ad eccleſiā ſcti nicolai: iubet pr̄ filio
vt in illo cypho quē primo fieri fecit aquā ſibi afferre.
Puer aūt cū vellet aquā haurire cū cypho in mare ce
cidit ⁊ ſtatim diſparuit. Pr̄ aūt amare flēs nihilomi=
nus votū ſuum ꝑfecit. Veniēs igit̄ ad altare ſancti ni=
colai cū obtuliſſet ſuū cyphū tanq̄ ꝓiectus cecidit de
altari. Cū aūt eū eleuaſſet ⁊ ſup altare iteꝝ poſuit: rur=
ſus de altari lōgius eſt ꝓiectus. Mirātibꝰ oībus ad tā
grande ſpectaculū ecce puer ſanus ⁊ incolumis adue=
nit primū cyphū in ſuis geſtās manibus. Narrauitq;
corā oībꝰ q̄ qn̄ in mare cecidit ſtatim beatꝰ Nicolaus
affuit ⁊ eū illeſum ſeruauit. Sicq; pater eius letus effe
ctus vtrūq; cyphum beato nicolao obtulit. Quidam
vir diues meritis bti nicolai filiū habuit quē Adeoda
tum vocauit. Hic ſancto dei capellam in domo ſua cō=
ſtruens ⁊ omni anno feſtum eius ſolēniter celebrauit.
Erat autem locus ille ſitus iuxta terram agarenorꝫ

Adeodatus ergo quadã vice ab agarenis capitur ꝛ in ſeruitutẽ regis eoꝝ deputatur. Sequẽti anno dũ feſtũ ſancti nicolai pr̃ eius deuote celebraret: ꝛ puer cyphũ precioſum tenẽs regi aſſiſteret recolit ſuã captionem: parentũ dolorẽ: ꝛ gaudiũ qđ in domo ſua ea die fiebat cepitq; altius ſuſpirare. Quoꝝ ſuſpirioꝝ cauſam dum rex minis extorſiſſet ait rex. Quicqđ tuus Nicolaus agat tu hic nobiſcũ manebis: ꝛ ſubito facto vento vehemẽti totãq; domũ cõcutiẽte puer cũ cypho rapit᷑ et ante fores eccleſie vbi parẽtes agebãt ſolẽnia colloca tur ꝛ magnũ gaudiũ oĩb⁹ generat᷑. Alibi tñ legit᷑ ꝙ p̃dictus iuuenis fuit de normãdia ꝙ vltra mare pgens a Soldano capit᷑ ꝛ ante eũ ſepe verberabat᷑. Qui du᷑ in feſto ſancti nicolai verberaret᷑: ꝛ in carcere incluſus ſtaret ꝓ ſua liberatiõe: pro leticia quã tunc habere cõſueuerant parentes eius: ꝛ ſubito obdormiuit ꝛ euigilans in capella patris ſui ſe inuenit.

## ¶ De ſancta Lucia virgine. iiij.

Lucia dĩ a luce. Lux eñ habet pulchritudiñe in aſpectione: qꝛ vt dicit Ambr. lucis natura hec eſt vt oĩs in eius aſpectu grã ſi habet etiã diffuſionẽ ſine coinquinatione: qꝛ per quecũq; immũda diffuſa nõ coinqnat᷑ rectũ inceſſum ſine curuitate longiſſimam lineã pertranſit ſine moroſa dilatione. Per hoc oñditur ꝙ btã virgo lucia habuit decorem virginitatis ſine aliqua corruptione: diffuſionẽ charitatis ſine aliquo immundo amore: rectũ inceſſum tẽtionis in deũ ſine aliq̃ obliquitate: longiſſimã lineã diuine opationis: ſine negligentie tarditate. Uel lucia dĩ quaſi lucis via.



Lucia virgo ſiracuſana nobilis genere audiẽs famã ſctẽ agathe per totã ſiciliã diuulgari ſepulchrũ eius adijt cũ matre ſua euthicia annis q̃tuor fluxũ ſanguinis incurabilr̃ patiẽte. Inter ipſa igit᷑ miſſarũ ſolẽnia cõtigit vt illud euãgeliũ legeret᷑ in q̃ dñs mulierẽ ab hac paſſione ſanaſſe narrat᷑. Tũc lucia matri dixit. Si credis his q̃ legunt᷑ crede agathã illũ ſẽper hñre pñtem ꝓ cuius noĩe ſuſtinuit paſſionẽ. Si ergo ei⁹ ſepulchrũ credẽs tetigeris perfecta cõtinuo ſanitate gaudebis. Igit᷑ recedẽtib⁹ cũctis ꝛ matre ꝛ filia iuxta ſepulchrũ in orõne cõſiſtẽtib⁹: luciã ſomnus arripuit: viditq; agathã in medio angeloꝝ gẽmis ornatã ſtantẽ ꝛ dicẽtẽ ſibi. Soror mea lucia virgo deo deuota qđ a me petis ipſa poteris preſtare continuo matri tue. Nã ecce p fidẽ tuam ſanata eſt. Euigilans aũt lucia matri ſue dixit. Mr̃ mea ecce ſanata es Per ipſam ergo te deprecor q̃ ſuis orõnibus te ſanauit ne mihi decetero noĩes ſpõſum: ſꝫ quicqđ mihi daturã eras ꝓ dote pauperib⁹ elargire. Cui mr̃ ait. Tege prius oculos meos ꝛ quicqđ volueris de facultatibus facito. Ad quã lucia. Qđ moriẽs das: iõ das: qꝛ ferre tecũ nõ potes. Da igit᷑ dũ viuis ꝛ mercedem habebis. Cũ ergo rediſſent fit quotidie diſtractio rerũ ꝛ datur neceſſitatib⁹ pauperũ. Interea dũ patrimoniũ diſtribuit᷑ ad ſpõſi notitiã puenit᷑. Requirit ſponſus a nutrice de his. Rñdit illa caute ꝙ vtiliorẽ poſſeſſionem ſponſa ſua inueniſſet quã ſuo volebat noĩe cõparare: ꝛ iõ videbatur aliquanta diſtrahere. Credidit ſtultus carnale cõmerciũ ꝛ cepit autor eſſe vendentiũ. Uenditis autem oĩb⁹ ꝛ pauperibus ergo erogatis: ſponſus trahit eã corã paſcaſio cõſulari dicens eã xpianã eſſe ꝛ cõtra leges agere auguſtoꝝ. ¶ Inuitante igit᷑ cauſa Paſcaſio ad ſacrificia idoloꝝ rñdit. Sacrificiũ placẽs deo eſt viſitare pauperes: ꝛ eis in neceſſitatibus ſubuenire: ꝛ qꝛ iã ampli⁹ non habeo qđ offerã. meipſaꝫ ſibi tribuo offerẽdã. Cui paſcaſius. Iſta verba tibi ſiũ ſtulto xpiano narrare poteris: mihi aũt q̃ principuꝫ decreta cuſtodio iſta fruſtra pſequeris. Ad quẽ lucia. Tu principũ tuorum decreta cuſtodis: ꝛ ego dei mei legẽ cuſtodiã. Tu principes times: ꝛ ego deũ timeo. Tu illos offendere nõ vis: ꝛ ego deũ offendere caueo. Tu illis placere deſideras: ꝛ ego vt xpo placeã cõcupiſco. Tu ergo fac qđ tibi vtile eſſe cognoſcis: ꝛ ego faciã qđ vtile mihi eſſe pſpero. Cui paſcaſius. Patrimoniũ tuũ cũ corruptoribus expoſuiſti: ꝛ ideo quaſi meretrix loqueris. Cui lucia. Patrimoniũ meũ in tuto loco cõſtitui: corruptores aũt mẽtis ꝛ corporis nũq̃ ſciui. Rñdit paſcaſius. Qui ſunt corruptores mẽtis ꝛ corporis. Lucia dixit. Corruptores mẽtis vos eſtis: q̃ ſuadetis vt anime ſuum deſerant creatorem. Corruptores vero corporis ſunt q̃ corporalem delectationẽ preponunt epulis ſempiternis. Paſcaſius dixit. Ceſſabũt verba cũ peruẽtũ fuerit ad verbera. Cui lucia dixit. Uerba dei ceſſare non poſſunt. Cui paſcaſius. Tu ergo deus es. Rñdit lucia Ancilla dei ſum. q̃ dixit. Cũ ſteteritis ante reges ꝛ pñſides ꝛc. Non eñ vos eſtis ꝛc. Paſcaſius dixit. In te ergo ſpũſſanctus eſt. Cui lucia. Qui caſte viuunt tẽpluꝫ ſpũſſancti ſunt. Cui paſcaſius. Ego faciã te duci ad lupanar vt ibi violationẽ accipias ꝛ ſpũm ſanctũ perdas Cui lucia. Non inquinat᷑ corpus niſi de cõſenſu mẽtis. Nã ſi me inuita violari feceris caſtitas mihi duplicabit᷑ ad coronã. Nũq̃ aũt volũtatẽ meã ad cõſenſuꝫ poteris ꝓuocare. Ecce corpus meũ ad oẽ ſupplicium eſt paratũ. Quid moraris: incipe fili diaboli deſideria penarum tuaꝝ exercere. Tũc paſcaſius lenones fecit venire dicẽs eis. Inuitate ad eã oẽm pplm̃ ꝛ tandiu illudatur donec mortua nuntiet᷑. Uolentes aũt eã trahere tanto põdere ſpũſſanct⁹ eã fixit vt oĩno eã mouere nequirẽt. Fecitq; paſcaſi⁹ mille viros accedere: ꝛ man⁹ eius ꝛ pedes ligare: ſed eam nullatenus poterant mouere. Tunc ꝛ cũ viri mille plura paria boũ adhibuit: ſed tñ virgo dñi immobilis pmãſit. Uocatis autẽ magis vt ſuis incãtationib⁹ moueret᷑ oĩno moueri nõ potuit. Tũc dixit paſcaſi⁹. Que ſunt iſta maleficia ꝙ vna puella a mille viris non mouet᷑. Lucia dixit. Non ſunt iſta maleficia: ſꝫ beneficia xpi. Porro ſi adhuc decem milia adhibueris eque vt prius immobilẽ me videbis putans vero paſcaſius ſm quorũdã figmenta ꝙ lotio fugarent᷑ maleficia: iuſſit eã lotio perfundi. Cũq; nec ſic moueri poſſet: anguſtiat⁹ nimis copioſum ignẽ circa eã accẽdi picẽq; reſina ꝛ feruẽs oleũ ſup eam fundi iuſſit. D. ¶ Dixitq; lucia. Inducias impetraui martyrij mei: vt credẽtibus timorẽ auferã paſſionis ꝛ nõ credẽtibus vocẽ inſultationis. Uidẽtes aũt amici paſcaſij eum anguſtiari in gutture eius gladiuꝫ immiſerũt: que nequaq̃ loquelã amittens dixit. Annuncio vobis pacem eccleſie redditam maximiano hodie mortuo ꝛ de regno ſuo diocletiano expulſo. Et ſicut ciuitati Cathañ. ſoror mea agatha data eſt ꝓtectrix: ſic ꝛ ego ciuitati ſyracuſane cõceſſa ſum interuentrix. Dum hec virgo loquitur ecce miniſtri romanoꝝ veniunt paſcaſiũ apprehendunt: vinctum ad ceſarem ſecum ducũt. Audierat eñ ceſar ꝙ vniuerſam prouinciam fuerat depdatus. Ueniens ergo romam ꝛ ſenatu accuſatus pariter ꝛ cõuictus capitali ſententia eſt punitus. Uirgo vero lucia de loco in quo percuſſa eſt: mota non eſt nec ſpiritum tradidit quouſq; ſacerdotes venirẽt ꝛ cor

pus dn̄i ei traderent. Et omnes aſtantes amen dn̄o reſponderunt. In eodem aūt loco eſt ſepulta ⁊ eccleſia fabricata. Paſſa eſt autem tempore conſtantini ⁊ maxētij: circa annos dn̄i. ccc𝔵.

¶ De ſancto Thoma apoſtolo. v. A.

Thomas interp̄tat̄ abyſſus vel geminus qḋ ⁊ grece didimus dr̄. vel dr̄ thomas a thomos qḋ eſt diuiſio ſiue ſectio. Dicit̄ ergo abyſſus eo qḋ profunditatem diuinitatis penetrare meruit qn̄ ad ſui interrogationem chriſtus ſibi reſpondit. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Dicitur geminus eo qḋ reſurrectionem xp̄i quaſi geminare ⁊ in duplū plus ꝙ aliȷ̄ cognouit. Nā illi cognouerant videndo: iſte videndo ⁊ palpando. Diuiſio aūt ſiue ſectio dicitur: q2 mentem ſuam ab amore mūdi diuiſit: vel q2 ab aliȷ̄s in fide reſurrectionis diuiſus ⁊ ſectus fuit: vel dr̄ thomas quaſi totus means: in dei ſcȝ amore ⁊ contemplatione. Habuit eñ tria q̄ in ipſo indicauerunt fuiſſe amorē dei. De quibus dicit Proſper in libro de vita cōtēplatiua. Quid eſt deū diligere niſi aīo concipere feruidū viſionis dei affectū peccantium: ⁊ mundi faſtidium. Uel Thomas dicitur a theos quod eſt deus ⁊ mens: vnde thomas quaſi deus meus: ⁊ hoc propter illud quod dixit cum certificatus credidit. Dominus meus ⁊ deus meus. B



Thomas ap̄ls cū eſſet apud ceſareā apparuit ei dn̄s dicens: Rex indie gōdoforus miſit prepoſitū abanē querere hoīem architectoria arte eruditū. Ueni igitur ⁊ mittā te ad eū. Cui Thomas. Dn̄e quovis mitte me preter ad indos: cui dn̄s. vade ſecure: q2 ero cuſtos tui. Cūq3 indos conuerteris ad me cum palma martyrȷ̄ venies. Cui thomas. Dn̄s meꝰ es: ⁊ ego ſeruus tuus. Fiat volūtas tua. Cūq3 prepoſitꝰ forū perambularet dixit ei dn̄s. Quid cōpare vis iuuenis. Cui ille. Dn̄s meꝰ miſit me vt cōducaȝ ſeruos in arte architectoria eruditos vt romāo ope palatiū ſibi conſtruatur. Tūc dn̄s tradidit ei thomā aſſerens eum plurimū in tali arte peritū. Nauigantes autē ad quādam ciuitatē venerūt in qua rex filie ſue nuptias celebrabat. Hic cū preconizari feciſſet vt oēs nuptiȷ̄s intereſſent: alꝛ regē offenderēt: illuc cōtingit abanē ⁊ ap̄lm introire. Puella aūt hebrea fiſtulā ī manu gerēs vnūquēq3 laude aliqua commēdabat. Uidenſq3 ap̄lm intellexit hūc eſſe hebreū eo qḋ nō manducaret: ſȝ oculos fixos ad celū haberet. Cūq3 puella corā eo hebraice caneret dicēs. Unꝰ eſt deꝰ hebreoꝝ qui creauit oīa ⁊ fundauit maria: ap̄ls ipſam hec eadē v̄ba repetere ſatagebat. Uidēs aūt pincerna ꝙ nō manducaret, nec biberet: ſȝ tn̄ oculos fixos ad celū hr̄et ap̄lm dei ī maxillā ꝑcuſſit. Cui ap̄ls. meliꝰ eſt vt in futuro indulgētia ſibi tradat̄ ⁊ hic trāſitoria plaga reddat̄. Nō hīc ſurgā donec manus q̄ me ꝑcuſſit huc a canibꝰ afferat̄. Hic igitur ad hauriēdā aquā abiīt: ⁊ leo ipſuȝ occidēs ſanguinē eius bibit. Lacerātibꝰ aūt canibus eius corpus: vnus niger canis manū eius dexterā in medium cōuiuiū apportauit. Quo viſo oīs turba obſtupuit: et puella eiꝰ v̄ba referēs ꝓiecta fiſtula ad pedes ap̄li ſe ꝓiecit. Hmōi aūt vltionē factā reprobat Aug. in lib. ȝ fauſtū: ⁊ aſſeruit a pſeudo hoc fuiſſe incertū. Un̄ ⁊ legēda hec quo ad plura ſuſpecta habet̄. Poſſet tn̄ dici ꝙ hoc nō aīo īprecādi: ſȝ mō ꝓdicādi dictū ſit. Si tn̄ Augu. verba diligēter inſpiciant̄ nō penitꝰ iſta reprobare vident̄. Ait eñ ſic in eodē lib. Legūt ſcripturas apocriphas manichei neſcio a q̄bus fictoribꝰ fabulaꝝ ſub apoſtoloꝝ noīe ſcriptas q̄ ſuoꝝ ſcriptoꝝ tp̄ibus in autoritatē ſc̄tē eccl̄ie recipi mererent̄ ſi ſc̄ti ⁊ docti hoīes q̄ tūc in hac vita erant ⁊ examinare poterant: eos vera locutos eſſe cognoſcerent. Ibi tn̄ legit̄ ap̄lm thomam cū eſſet in quodā nuptiaꝝ cōuiuio peregrinꝰ ⁊ proſus incognitus a quodā miniſtro palma ꝑcuſſum: imprecatum fuiſſe hoī cōtinuā ſeuāq3 vindictā. Nā cū egreſſus fuiſſet ad fontē: vn̄ ⁊ aquā cōuiuātibus miſtraret: in eū leo irruēs interemit: manūq3 eius q̄ caput apoſtoli leui ictu percuſſerat a corpore auulſam ſm̄ verbū eiuſdē ap̄li adoptātis atq3 imp̄cātis canis intulit mēſis in q̄bꝰ ip̄e ap̄ls diſcūbebat. Quid hoc videri crudelius pōt. Uerū q̄ ibi niſi tn̄ fallor hoc ēt ſcriptū eſt qḋ ei veniā in ſcl̄o futuro peterit: facta eſt cōpēſatio officij maioris vt ⁊ ap̄ls ꝙ charus deo eſſet: ⁊ dn̄s hunc timorē cōmēdaret̄ ignotis: ⁊ illi poſt hāc vitā q̄q3 finē dā meternū conſularet̄. Utrū illa ſit vera vel ficta narratio nihil mea nūc intereſt. Certe eñ manichei a q̄bꝰ ille ſcripture quas canō eccl̄iaſticus reſpuit tanq̄ vere atq3 ſincere acceptant̄: ſaltē hic cogunt̄ fateri illaȝ patiētie virtutē quā docet dn̄s dicēs. Si q̄s te ꝑcuſſerit ī maxillā tuā dexterā ꝓbe ei ſiniſtrā. poſſe ī ꝓparatione cordis ēt ſi nō exhibeat̄ geſtu corpis ⁊ expreſſione v̄borū q̄ſ q̄dem ap̄ls palma ꝑcuſſus potius dn̄m rogauit vt iniurioſo homini in futuro ſeculo parceret̄: in preſenti aūt illa iniuria nō inulta relinqueret̄ ꝙ vel prebuit feriēti alterā partē aut vt iterū feriret admonuit. Tenebat certe interius dilectionis affectū ⁊ exteriꝰ requirebat correctionis exēplū. Siue hoc verū ſit ſiue fictū cur nolūt credere: tali aīo famulū dei Moyſen idoli fabricatores ⁊ adoratores gladio ꝓſtrauiſſe. Si aūt penas illas cōpamꝰ q̄d ſiſe ferro interimi ⁊ a feris trucidari atq3 laniari. Quūquidē iudices publicis legibꝰ ſeruientes maioris criminis reos beſtiȷ̄s tradi ꝙ gladio percuti iubēt. hec Aug. Tūc ap̄ls ad petitionē regis ſponſum ⁊ ſpōſam benedixit. Da inquiens dn̄e adoleſcentibus his benedictionē dextere tue: ⁊ in corū mētibus ſemina ſemen vite. Abeunte autē ap̄lo in manu iuuenis eſt repertus plenus dactilis palme ramꝰ. Comedentibus vero ſponſo ⁊ ſponſa de fructibus eiꝰ ambo obdormiunt ⁊ ſomnium ſimile ambo cernūt. Uidebatur etenī eis ꝙ rex gēmatus eos amplecteret̄ ⁊ diceret. Ap̄ls meꝰ benedixit vos: ⁊ eterne vite participes ſitis. Euigilātibꝰ aūt ⁊ inuicem ſibi ſomnia reuelātibꝰ, ap̄ls aūt eos ingredit̄ dicens. Rex modo meus vobis apparuit ⁊ me clauſis ianuis huc adduxit vt ſuper vos benedictio mea fructificet. Habeatis carnis integritatem q̄ eſt oīm regina virtutū ⁊ fructus ſalutis ꝑpetue. Uirginitas ſoror eſt angeloꝝ: poſſeſſio oīm bonorū: victoria libidinum: fidei tropheū: expugnatio demonū: ⁊ eternoꝝ ſecuritas gaudiorū. De libidīe aūt corruptio gignit̄: de corruptiōe pollutio naſcit̄: de pollutione reatus orit̄: de reatu cōfuſio generat̄. Hec illo referēte duo angeli apparuerūt dicentes ei. Nos ſumus angeli vobis ad cuſtodiā deputati: qui ſi ap̄li bene ſeruaueritis monita offeremus deo oīa vota veſtra. Eos igit̄ ap̄ls baptizauit ⁊ de fide diligēter edocuit. Poſt multū v̄o tp̄is ſponſa nomine Pelagia ſacro velamine conſecrata martyriū patit̄: ⁊ ſponſus noīe Dionyſius illi ciuitati in ep̄m ordinat̄. C. ¶ Poſt hoc aūt ap̄lus ⁊ abanes ad regem indie peruenerunt. Deſignato vero ab apoſtolo mirabili palatio ⁊ copioſo theſauro accepto rex in aliā ꝓuinciā proficiſcitur: ⁊ apoſtolus vniuerſum theſaurū pauperibus elargitur. Per totū aūt biēniū quo

ſent eterna palatia que ſunt gēmis coruſcātibus fabri=
cata: claritatis mirabilia ⁊ cōiectiua: copioſis epulis re=
fecta: delitijs: plena gaudijs glorioſa: ⁊ in perpetuum
permālura. De inferno autem octo penas dixit q̄ his
verſibus cōtinentꝰ. Uermes ⁊ tenebre flagelluꝫ frigus
⁊ ignis. Demonis aſpectus ſcelerū ꝯfuſio luctus. Tūc
ille qui fuerat ſuſcitatus ⁊ illi duo diſcipuli ad pedes
apl'i ſe proſternentes rogabāt vt miām cōſequerētur.
Quibus apl's ait. Triginta diebus penitētiam agite
inter quos orate vt virge ⁊ lapides ad naturā priſtinā
reuertantꝰ. Quod cum factū eſſet ait eis. Jte ⁊ vnde tu
liſtis virgas et lapides deferatis. Quod cuꝫ feciſſent
⁊ virge ⁊ lapides in ſui naturā reuerſi fuiſſent oīꝫ vir=
tutū gratiā quā prius habuerāt receperunt. F. ❡ Cū
autem beatus Joannes per totam aſiam predicaſſet:
cultores idolorum ſeditionem in populo concitantes
Joannem ad templū diane trahebant cogentes eū ſa=
crificium offerre. Quibus Joānes hanc diſiūctionem
propoſuit vt aut ipſi ad inuocationeꝫ diane eccleſiam
Chriſti euerterēt: ⁊ ipſe idolis ſacrificaret: aut ipſe ad
inuocationē chriſti templum diane euerteret vt ipſi in
Chriſtū crederēt. Huic ergo ſnīe cū maior pars popu=
li cōſenſiſſet exeūtibus cunctis de templo orauit apo=
ſtolus ⁊ funditus templum corruit ⁊ diane imago pe=
nitus comminuta eſt. Ariſtodemus autē pōtifex ido=
lorum in ppl'm ſeditionē maximā cōcitauit: ita vt vna
pars ꝯ aliā ad prelīū pararetꝰ. Cui apl's. Quid tibi vis
faciā vt placeris? Cui ille. Si vis vt credā in deū tuū
dabo tibi venenū bibere ⁊ ſi nullā in te leſionē intule
rit: verus deus dñs tuus apparebit. Cui apl's. Fac vt
locutꝰ es. Et ille. Uolo vt alios inde morientes videas
vt ſic ampliꝰ ꝑtimeſcas. Pergēs igitꝰ Ariſtodemꝰ ad
ꝓconſulē duos viros decapitādos petijt: ⁊ eis corā oī=
bus venenū dedit q̄ mox vt venenū biberunt ſpm̄ exa=
larunt. Tūc apl's calicē accipiēs et ſigno crucis ſe mu
niens totū venenū bibit ⁊ nullā leſionē incurrit: qua
propter deū oēs laudare ceperūt. Ariſtodemus autem
dixit. Adhuc mihi ineſt dubietas ſꝫ ſi veneno mortuos
ſuſcitaueris abſqꝫ dubio vere credā. Tūc apl's ei tuni=
cam ſuā tribuit. Cui ille. Cur mihi tunicā tuā dediſti?
Cui apl's. Ut ſic ꝯfuſus a tua infidelitate diſcedas. Cui
ille. Nūquid tunica tua credere me faciet. Et apl's. Ua
de ⁊ mitte eam ſuper corpora defunctoꝝ dicens. Apl's
xp̄i me miſit ad vos vt in xp̄i nomine exurgatis: qꝺ cū
feciſſet: ⁊ illico ſurrexerūt. Tunc apl's pontificē ⁊ procō=
ſulē credētes cū omni parētela ſua in xp̄i noīe bapti=
zauit: qui in honorē beati Joānis eccleſiam cōſtruxe=
runt. G. ❡ Refert btūs Clemēs ſicut in quarto libro
eccl'iaſtice hyſtorie inuenitꝰ φ quodā tpe apl's quēdam
iuuenem pulchrū ⁊ ferocē conuenit ⁊ cū cuidā ep̄o ſub
depoſiti noīe cōmendauit. Poſt aliquod autē tp̄s iu=
uenis dereliquit ep̄m ⁊ factꝰ eſt pīceps latronū. Apo
ſtolus itaqꝫ ad ep̄m venit ⁊ ſuū depoſitum requiſiuit.
Cūqꝫ ille de pecunia intelligeret: ⁊ ex hoc vehementer
ſtuperet. Dixit ei apoſtolus. Juuenē illum a te repeto
quē tibi tam curioſe rꝫ cōmēdaui. Cui ille. Pater ſan
cte in anima mortuus eſt: ⁊ in tali monte cum latroni
bus degit: quorū ipſe pīceps exiſtit. Quibus auditis
veſtem ſuam ſcidit ⁊ caput ſuū pugnis feriens bonum
inquit te cuſtodē fratris aīe dereliqui. Cōfeſtim igitꝰ
equū ſibi parare iuſſit ⁊ ad illū mōtē intrepidus cucur
rit. quē cū iuuenis inſpexiſſet pre pudore nimio ſtatiꝫ
equum aſcēdit ⁊ velocius aufugit. Apl's autem etatis
oblitus vrget calcaribus equū ⁊ poſt tergum clamitat
fugiētis: vt qd fili dulciſſime fugis patrē ⁊ ſenē iner=
mē ne timeas fili: qꝛ ꝓ te xp̄o rationē reddā: ⁊ certe ꝓ
te libēter moriar ſicut xp̄s ꝓ nobis eſt mortuus: reuer
tere fili reuertere: qꝛ deus me miſit. Qui audiens cō=
pūctus redijt ⁊ amariſſime fleuit. Apl's autem ad pe=
des eius procidit ⁊ manū eius tanφ per penitentiā tā
purgata oſculari cepit. Jeiunante igitur ⁊ orante ꝓ eo
apoſtolo veniā impetrauit ipſumqꝫ poſtmodū in ep̄m
ordinauit. Legitur quoqꝫ in eadē hyſtoria eccleſiaſti=
ca ⁊ habetur in gloſſa ſup ſcdam canonicā Joannis φ
cum Joannes apud epheſuꝫ balnea lauādi gratia in=
troiſſet: ⁊ ibideꝫ cherinthū hereticū vidiſſet: protinus
exiluit dicens. Fugiamus hinc ne balnea ſup nos cor=
ruāt: in q̄bus lauatꝰ cherinthus xitatis inimicus. H.
❡ Cum auis q̄ perdix dr̄: vt ait Caſſianus in libro col
lationum viua beato Joāni a quodam oblata fuiſſet
et ille eam quaſi demulcendo tangeret ⁊ contractaret
quidam adoleſcēs hoc videns ad coetios ſuos riden=
do dixit. Uidete quomodo ille ſenex cum auicula ſicut
puer ludit. Quod beatus Joānes per ſpiritū recogno
ſcens iuuenem ad ſe vocauit. Cui dixit adoleſcēs. Tu
ne es Joannes q̄ talia agis ⁊ tā ſcrūs haberis. Quem
Joannes quid in manu teneret requiſiuit. Cui cum
arcū videret tenere ait. Quid inde facis? Et iuuenis:
Aues inde ac beſtias ſagittamꝰ. Cui apoſtolus. Qua

liter. Tūc iuuenis arcū cepit tēdere ⁊ tenſum in manu tenere cū nil ei apoſtolus diceret iuuenis arcū diſtendit. Cui Ioannes. Quare ſic arcū diſtēdiſti? Et ille: q2 ſi diutius tēſus teneretur ad iaciēda iacula infirmior redderet. Et apl's ad hoc. Sic ⁊ humana fragilitas ad cōtēplationē min⁹ valida fieret: ſi ſemꝑ in ſuo rigore ꝑſiſtens fragilitati ſue interdū cōdeſcēdere recuſaret: nam ⁊ aquila cunctis auibus celſius volat ⁊ ſolē clarius conſpicit: ⁊ tñ nature neceſſitate ad ima deſcendit Sic ⁊ human⁹ animus cū ſe modicū a cōtemplatione retrahit crebra innouatione ardentius ad celeſtia redit. Beat⁹ igit Ioannes vt teſtatꝛ Hier. cū ipſe vſq₃ ad ipſam ſuam vltimam ſenectutē epheſi moraretꝛ: et vix inter diſcipulo2 manus ad eccleſiā deferretꝛ: nec plura verba dicere poſſet ad quālibet pauſam hec dicebat verba. Filioli: diligite alterutrū. Tandē fratres q̄ cum eo erant admirātes ꝙ ſemꝑ eadē verba diceret: dixerunt ei. Magiſter quare ſemper loq̄ris hec verba? Qui reſpondit. Quia preceptum dñi eſt: ⁊ ſi ſolum hoc fiat ſufficit Refert quoq₃ Helinandus ꝙ cum Ioannes euangeliſta euangelium ſcribere deberet prius indixit ieiuniū: vt orarent ſe digna ſcripturum. Fertur autem ipſu3 pro illo loco ſecretiſſimo: in quo diuina ſcripturus ſeceſſerat oraſſet vt nullus huic inſiſtens operi ventorum ibi aut imbrium iniurias pateretur. Hācq₃ eidem loco vſq₃ hodie reuerentiam elementa ſeruare dicuntur. Hec Helinandus. I. ¶ Cum igitur eſſet nonagintanouem annorum: ⁊ a paſſione dñi ſm Iſido. anno. lxvij. Apparuit ei dñs cum diſcipulis ſuis dicēs. Ueni dilecte mi ad me: q2 tempus eſt vt in mēſa mea cum tuis fratribus epuleris. Surgēs autem Ioannes cepit ire. Cui dñs. Dñica die ad me venies. Ueniente igitꝛ dñica vniuerſus populus conuenit in eccleſiam q̄ fuerat in ipſi⁹ nomine fabricata. Qui a primo pullorum cantu predicauit eiſdem hortans eos: vt in fide eſſent ſtabiles: ⁊ in mandatis dei feruentes. Poſt hoc foueam quadratam iuxta altare fecit fieri ⁊ terram extra eccleſia3 iactari. Deſcendenſq₃ in foueam expanſis ad deū manibus dixit. Inuitatus ad cōuiuiū tuū dñe ieſu chriſte: ecce venio gratias agens q2 dignatus es me ad tuas epulas inuitare: ſciens ꝙ ex toto corde meo deſiderarem te. Cumq₃ orationem finiſſet tanta lux ſuper eum emicuit ꝙ nullus in eū reſpicere potuit. Recedente autem lumine: manna fouea plena inuenitur ꝙ in loco illo vſq₃ hodie generatꝛ: ita vt in fundo fouee inſtar minute arene ſcaturire videatur ſicut in fontibus fieri cōſueuit. Sanctus eadmandus rex anglie nulli petēti in nomine ſancti Ioannis euāgeliſte aliquid denegabat. Unde contigit ꝙ quidam peregrinus abſente camerario in nomine ſancti Ioannis euangeliſte importune a rege eleemoſynam poſtularet. Cui rex precioſum anulū cum nil aliud in promptu haberet dedit. S3 poſt plures dies quidā miles anglie in tranſmarinis partibus conſtitutus ab eodē peregrino anulum regi referendū in hec verba recepit. Ille cui ⁊ pro cuius amore anulum hūc dediſti tibi remandat. Unde liquide patuit ꝙ beatus Ioannes eidem in forma apparuit peregrini. Iſido. in lib. de ortu ⁊ vita ⁊ obitu ſancto2 patrum. Mutauit Ioannes in aurum ſiluestres frondiū virgas litoriaq₃ ſaxa in gemmas gemmarū fragmina in propriam reformauit naturam: viduā precepto populi ſuſcitauit ⁊ rediuiuū corp⁹ iuuenis remeāte aīa reparauit: bibēs letiferū hauſtū euaſit periculū: ⁊ eodē poculo proſtratos in vite reparauit ſtatū. Hec Iſidorus.

¶ De Innocentibus. F A.

Innocētes dicti ſunt triplici rōne. ſ. rōne vite: ratione pene: ⁊ rōne innocētie aſſecute. Rōne vite dicti ſunt innocētes ex eo qd vitam innocētem. i. non nocētē habuerunt. Nulli enī vnq̄ nocuerunt. nec deo per inobediētiam: nec proximo per iniuſtitiam. nec ſibi per alicuius peccati maliciam. Et ideo dr in ps. Innocentes ⁊ recti corde adheſerūt mihi. Innocentes in vitā ⁊ recti in fide. Rōne pene: quoniam innocenter ⁊ iniuſte paſſi ſunt. vnde ps. Effunderunt ſanguinem innocentem ⁊c. Ratione innocentie aſſecute: quoniam in ipſo martyrio aſſecuti ſunt baptiſmalem innocentia3: id eſt ab originali peccato mundiciam: de qua innocentia dicitur in ps. Cuſtodi innocentiam ⁊ vide equitatem. i. cuſtodi innocentiam baptiſmatis ⁊ poſtmodum vide equitatem bone operationis. B.



Innocentes ab herode aſcalonita interfecti ſunt. Tres enī herodes ſacra ſcriptura cōmemorat: q̄s famoſos fecit eo2 infamis crudelitas. Primus dict⁹ eſt herodes aſcalonita ſub quo dñs nat⁹ ē ⁊ a q̄ pueri occiſi ſunt Scds dict⁹ ē herodes antipas q̄ ioānē decollauit. Terti⁹ dict⁹ ē herodes agrippa q̄ Iacobū occidit ⁊ petrū incarcerauit. Unde de hoc extāt verſus. Aſcalonita necat pueros: ātipas ioānē: Agripa Iacobū: claudēs i carcere petrū. S3 primi herodis hiſtoriā breuiter videam⁹. Antipater idume⁹ vt in hiſtoria ſcolaſtica legitꝛ neptā regis arabū duxit in vxorē: ex q̄ filiū habuit quē vocauit herodē q̄ poſtmodū aſcalonita dict⁹ ē hic a ceſare auguſto regnū iudee accepit. Et tūc primit⁹ ablatū eſt ſceptrū de iuda: huic ſex filij nati ſunt. ſ. antipr: alexāder: ariſtobol⁹: archela⁹ herodes antipas: ⁊ philipp⁹: alexādrū aūt ⁊ ariſtobolū ex eadē matre iudea genitos romā miſit liberalib⁹ artib⁹ imbuēdos: poſt hoc a ſtudio redierūt. Et erat alexāder grāmatic⁹: ariſtobol⁹ aūt acerrim⁹ potatorum: iāq₃ liberi licēti⁹ de ſuſceptiōe regni cū patre diſceptabāt. Ob hoc pater offenſus antipatrē illis ꝑponere ſatagebat. Cūq₃ illi de morte patris tractaſſent ⁊ ob hoc a pr̄e reiecti fuiſſent ceſarē adeunt de pr̄is iniuria cōqueſturi. Interea magi hieroſolymā venerūt ⁊ de ortu noue legis diligēti⁹ ſciſcitantꝛ. Herodes hoc audiēs perturbatꝛ: timēs ne de vero2 regū genere aliquis natus eſſet: qui eū tāq̄ regni inuaſorē expelleret. Rogat igitur magos vt eo inuento ſibi renūtient ſimulans ſe velle adorare quē volebat occidere: veruntamen magi per aliā viam reuerſi ſunt in regionē ſuā. Uidens herodes qd nequaq̄ ad ſe venirent ſtelle viſione eos deceptos ad ſe redire erubuiſſe credidit: ⁊ ideo ab inquiſitione pueri animū reuocauit. Cū aūt audiſſet q̄ paſtores dixerāt: ⁊ q̄ ſymeō ⁊ anna ꝓphetauerant vehementer timuit ⁊ ſe a magis turpiter illuſum putauit. Tunc herodes de nece puero2 qui erant in bethleē tractare cepit: vt cū eis ille quē ignorabat occideretꝛ. Admonitione autē angeli Ioſeph cū puero ⁊ matre in egyptū in ciuitatē hermopolim fugit: ibiq₃ ſeptem annis vſq₃ ad obitum herodis permāſit. Ingrediēte igitꝛ dño egyptum ſm Iſaie vaticiniū vniuerſa idola corruerunt. Tradūt quoq₃ ꝙ ſicut in exitu filio2 iſrael de egypto nō fuit domus in egypto in qua ꝓcurante dño nō iaceret mortuū primogenitū: ita nec tūc fuit tēplū in quo non corruiſſet idolum. Refert Caſſiodorus in hiſto. triper. qd in hermopolim ciuitate thebaide dicebatur eſſe arbor que vocatur perſidis valens in ſalutem

multoꝝ ſi fruct⁹ aut foliū aut pars corticis collo egrotātiū alligeṫ. Cū igiṫ btā maria cū filio in egyptū fugeret hec arboꝛ vſqꝫ ad terrā inclinata eſt: ⁊ xp̄m ſuppliciter adoꝛauit. Hec Caſſiodo. C. ❡ Cuꝫ igiṫ Herodes de nece pueroꝝ diſponeret a ceſare auguſto p epl̄aꝫ eſt citatus filioꝝ accuſationib⁹ rñſurus. Qui cū p Tharſum iter faceret intellexit ꝙ magos naues tharſētiuꝫ trāſuectiſſent. ⁊ iō oēs naues tharſis cōburi fecit ſꝫ qḋ predictū fuerat. In ſpū vehemēti cōteres naues tharſis. Cūqꝫ pṙ cū filijs corā ceſare diſceptaret: diffinitum eſt vt filij pr̄i in oībus obedirēt: ⁊ ipſe cui vellet regnū dimitteret. Audiens igiṫ herodes: ⁊ ex cōfirmatione factus eſt audacioꝛ mittēs occidit oēs pueros q̄ erant in bethleē a bimatu ⁊ infra ſm tp̄s qḋ exquiſierat a magis. Hoc aūt duplicē intelligētiā cōtinet. Pꝛimo vt infra dicat oꝛdinē tp̄is: ⁊ eſt ſenſus. A bimatu ⁊ infra. i. ab infantib⁹ duoꝝ annoꝝ vſqꝫ ad pueros vnius noctis. Didicerat eñ herodes a magis ea die qua ſtella apparuit eis dñm natū eſſe: ⁊ qꝛ iam annus fluxerat eo qḋ romā iuerāt ⁊ redierat: dñm anniculū ⁊ aliqꝛ inſuper dieꝝ eſſe credebat: ideoqꝫ ſupꝛa etatē ei⁹ vſqꝫ ad imos ⁊ infra. i. vſqꝫ ad vnius noctis infantes deſeuit in pueros timēs pueri moꝛphoſeō ne. ſ. puer cui ſydera famulabanṫ: ſupꝛa etatē ſuā vel infra faciē tranſformaret. Et hec ſñia vſitatioꝛ habeṫ ⁊ verioꝛ reputatur. Alio mō exponiṫ ſm Chꝛiſoſto. vt infra dicat oꝛdinē numeri: ⁊ eſt ſenſus a bimatu ⁊ īfra. i. a pueris duorum annoꝝ vſqꝫ ad pueros quinqꝫ annoꝝ. Dicit enim ſtellā per annū ante oꝛtū ſaluatoꝛis magis apparuiſſe Herodes aūt poſtꝙ hoc a magis didicit Romā vadēs adhuc p annū diſtulit. Credebat aūt tūc dñm natum fuiſſe qñ magis ſtella apparuit: ⁊ iō dñm duoꝝ ānoꝛuꝫ eſſe credebat: vñ pueros bimos occidit: ⁊ deſcḋs vſqꝫ ad duos annos: ſꝫ nō minoꝛes bimis: cui aſſertioni fidē facere vꝫ ꝙ q̄dā oſſa innocētiū habenṫ adeo grandia ꝙ bimoꝝ eſſe nō pñt. Pōt tñ dici ꝙ lōge maioꝛis erant tunc hoīes quātitatis ꝙ mō. Ipſe aūt Herodes ſtatim ibidē punitus eſt. Nā ſicut ait Machꝛobi⁹ ⁊ ſcḋs Methodi⁹. ⁊ in quadā chꝛonica legiṫ vnus paruulus filius herodis ibidē ad nutriēdū caſu fuerat datus: q̄ cū alijs a carnificib⁹ eſt occiſus. Tūc adīpletū eſt qḋ dictū eſt p ꝓphetā. Uox ploꝛatus ⁊ vlulatus pꝛarū ſcꝫ matrū audita eſt in rama. i. in excelſo. D. ❡ Deus autē iudex iuſtiſſim⁹: vt in eiſdē hiſtoꝛijs legiṫ ſcholaſticis non eſt paſſus tantā herodis nequitiā remanere īpunitā. Diuino eñ iudicio factū eſt vt q̄ multos oꝛbauerat filijs ipſe ſuis miſerabilius oꝛbareṫ. Nā Alexāder ⁊ Ariſtobolus iterū patri habiti ſunt ſuſpecti. Cōfeſſ⁹ eſt aūt vnus de eoꝝ cōplicibus ꝙ Alexāder multa ſibi donaria ꝓmiſiſſet ſi patri venenū ꝓpinaret. Cōfeſſus eſt etiā ⁊ barbitonſoꝛ de muneribus ſibi ꝓmiſſis ſi dū pr̄is barbā raderet cum cōtinuo iugularet. Addiditqꝫ Alexādrū dixiſſe nō eſſe ponēdā ſpē in ſene qui ſibi capillos tīgeret vt iuuenis appareret. Ob hoc pṙ iratus eos occidi fecit antipatrē aūt futurū regem inſtituit. Sed ipſi antipatri herodē antipā in regnū ſubſtituit: inſup herodē agripā ⁊ herodiadē vxoꝛē philippi quos ex Ariſtobolo ſuſceperat: paterna dilectiōe fouebat. Hac duplici de cauſa antipṙ intolerabile cōtra patrē cōcepit odiū: intantū ꝙ eū attēptauit occidere p venenū. Qḋ herodes preſentiēs euꝫ in carcere poſuit. Auguſtus aūt ceſar audito ꝙ herodes filios occidiſſet dixit. Mallem eſſe herodis poꝛcus ꝙ filius: qꝛ cum ſit proſelitus poꝛcis parcit ⁊ filios occidit. Ipſe autē Herodes iam cum annos. lxx. haberet in grauiſſimā egritudinem cecidit. Nam febꝛe valida pꝛurigine coꝛpoꝛis colli continuis toꝛmentis pedum inflatiōe vermeſcentibus teſticulis: intolerabili fetoꝛe crebꝛo anhelitu ⁊ interruptis ſuſpirijs toꝛquebaṫ. A medicis vero ī oleo poſitus: inde quaſi moꝛtu⁹ eſt ablatus. E. ❡ Audiens autē iudeos moꝛtem ſuam cū gaudio expectare nobilioꝛes iuuenes ex omni iudea collectos in carcere poſuit dixitqꝫ Salome ſoꝛoꝛi ſue. Scio iudeos de moꝛte mea gauiſuros: ſed potero habere multos lugētes ⁊ nobiles exequias mei funeris: ſi meis volueris parere mandatis: vt cū ſpm̄ emiſero cunctos occidas quos in cuſtodia ſeruo: vt ſic omnis iudea me defleat: lꝫ inuita. Habebat aūt in conſuetudine vt poſt oēm cibū pomū per ſe gladio purgaret ⁊ comederet. Cumqꝫ gladiū in manu teneret tuſſiqꝫ violētia diſtēdereṫ circūſpiciēs ne ſe aliqs impediret ſeipm̄ ꝑcuſſur⁹ manū dexterā ſuſtulit. Sed cōſobꝛin⁹ ei⁹ ſuſtinēdo dexteraꝫ eius īpediuit. Pꝛotin⁹ aūt q̄ſi rex moꝛtu⁹ eēt in aula regia vlulat⁹ inſonuit. Quo audito exultat ātipṙ multaqꝫ dona ſi ſaluareṫ cuſtodib⁹ polliceṫ: qḋ cuꝫ cognouiſſet Herodes grauī⁹ filij exultatiōnē ꝙ ꝓpꝛiā tulit moꝛtē. Mittēſqꝫ ſatellites eū occidi fecit ⁊ archelaum poſt ſe regnaturū inſtituit. Sicqꝫ poſt quīqꝫ dies moꝛtuus eſt in bellis foꝛtunatiſſim⁹: in rebus domeſticis infeliciſſimus. Salome aūt ſoꝛoꝛ eius oēs abſoluit qs rex occidi mandauerat. Remigius aūt in oꝛiginali ſuper Mat. dicit ꝙ herodes gladio quo pomū purgabat ſe ꝑemit: ⁊ ꝙ Salome ſoꝛoꝛ eius omnes vinctos ꝑut cum fratre oꝛdinauerat interfecit.

❡ De ſancto Thoma Cantuarienſi. xj. B.

Thomas interp̄taṫ abyſſus gemin⁹ vel ſect⁹. abyſſus. i. ꝓfundū ī humiliatiōe: qḋ pꝫ in cilicio ⁊ pedū pauperū lotione. Gemin⁹ in pꝛelatione: qꝛ geminare pꝛefuit. ſ. verbo ⁊ exēplo. Sectus in paſſione. B




Thomas cātuarienſis archiepꝰ dum in curia regis Anglie cōſiſteret: ⁊ q̄dā ibidē fieri contraria religioni videret curiam ipſam deſeruit: ⁊ cantuariēſi archiepo ſe commiſit a quo archidiaconus factus ad preces tñ ipſius archiepi regis cācellariam ſuſcepit vt prudētia qua erat pꝛedit⁹ malignoꝛū in eccleſiam ꝓhiberet inſultus. Quē adeo rex dilexit poſt deceſſum archiepi eū in cathedralē honoꝛē ꝓcurauerit ſublimari: q̄ lꝫ plurimū reſiſteret: tādem ad obediētie pꝛeceptū humeros ſuppoſuit ad poꝛtandū. Subito aūt in virū perfectū alterum permutatur: ⁊ caro eius cilicio ⁊ ieiunijs maceratur. Non ſolū eñ cilicium pꝛo camiſia deferebat: ſꝫ ⁊ femoꝛalia cilicina vſqꝫ ad poplitem baiulabat. Sanctitatē autē ſuaꝫ ita ſubtiliter occultabat vt ſaluo ſemper honeſtatis rigoꝛe ſub decētia veſtium ⁊ apparatu vtenſilium concoꝛdaret moꝛibus ſinguloꝛum. Tredecim pauperum pedes quotidie curuatus genibus abluebat: ⁊ refectos datis cuilibet quatuoꝛ argenteis remittebat. Rex autem ad voluntatē ſuam in detrimentum eccleſie ipſuꝫ inflectere nitebatur volens vt cōſuetudines quas cōtra libertatem eccleſie pꝛedeceſſoꝛes ſui habuerāt ab eodē ſibi firmarenṫ qui dū oīno aſſentire noluit contra ſe irā regis ⁊ pꝛincipum ꝓuocauit. Quadam aūt vice ſic ipſe cū alijs ep̄is a rege artatus: vt etiā ſibi moꝛtis ſententiam minareṫ: magnoꝝ viroꝝ deceptus cōſilijs verbotenus aſſenſum pꝛebuit voto regis. Ueruꝫ ex hoc videns animarū periculū imminere ſeipſum poſtmo-

dū in pnīa grauiꝰ cruciauit ꝛ ab altaris officio ſe ſuſpēdit quouſq; a ſummo pōtifice reſtitui mereretᷓ. Redijt deniq; rex vt qḋ vbo dixerat ſcripto cōfirmaret cui viriliť contradixit ꝛ a curia erectā ſibi baiulās crucē diſceſſit cōclamātibꝰ impijs ꝯ eū. Capite furē ſuſpēdite ꝓditorē. Et ecce duo magni ꝓceres ꝛ fideles ad eū fuſis lachrymis veniētes ſub iuramēto aſſerūt ꝙ ī eiꝰ mortem multi ꝓceres cōiurarūt. Uir igiť dei magis eccleſie ꝙ ſibi metuēs fugā iniit ꝛ ſenonis a papa alexādro ſuſceptꝰ ꝛ in monaſterio pontiniacēſi cōmēdatus poſt modū in frāciā vſq; deuenit. Rex vero dū romā miſiſſet vt legati venirēt ꝗ hoc negotiū diffinirent: omnino repulſam patiť: ꝛ ob hoc in irā ꝯ archiepm̄ ampliꝰ concitať. Un̄ oīa q̄ erāt archiepi ꝛ ſuoꝝ diripuit: ꝛ totā eiꝰ progeniē exilio cōdēnauit nequaq; deferēs conditioni vel ſexui ordini vel etati. Ipſe autē ꝓ rege et ꝓ regno anglie quotidie exorabat. Reuelatur autē archiepō ꝙ ad ſuā eſſet eccleſiā redditurꝰ ꝛ ad xp̄m cū palma martyrij migraturus. Septimo igiť anno ſui exilij redire cōcediť. ꝛ a cunctis cū honore ſuſcipiť. C. ¶ Per aliq̄t dies ante eiꝰ martyriū iuuenis q̄dā de corpore exiens ꝛ poſtmodū miraculoſe rediēs aiebat qḋ vſq; ad ſupmū ſanctoꝝ ordinē ductus fuit ꝛ inter apoſtolos ſedē quādā vacuā vidit. Percūctāti aūt cuius eſſet hec ſedes angelꝰ rn̄dit qḋ cuidā magno ſacerdoti angloꝝ a dn̄o ſeruareť. Sacerdos quidā miſſam de btā virgine celebrabat quotidie. Cui archiepo accuſatus ab eo accerſiť ꝛ tanq̄ idiota ꝛ inſcius ab officio ſuſpendiť. Cū autē btūs Thomas ciliciū ſuū ſuere deberet et ſub lecto ipſum abſcōdiſſet: vt ad cōſuendū horam captaret beata maria ſacerdoti apparuit dicēs. Uade ad archiepiſcopū eiq; dicas ꝙ illa ob cuius amorē miſſas dicebas eius cilicium qḋ eſt in tali loco cōſuit: ꝛ ſetā rubeam de qua illud conſuit ibidē reliquit. Illa igiť ſibi mandat qḋ interdictū qḋ tibi fecerat debeat relaxare. Quod ille audiēs ꝛ ita inueniēs ſtupuit: ꝛ interdictū relaxans ſacerdotem hoc ſecretū habere precepit. Defendit vt prius iura eccleſie nec a rege flectiť vi vel prece. Cū ergo nullatenus flecti poſſet ecce milites regis armati veniūt ꝛ vbi archieps ſit vociferādo inquirūt. Quibꝰ ille occurrēs dixit. Ecce ego. Quid vultis? Et illi. Uenimus vt occidaris ꝛ vltra viuere nō valebis. Quibus ille dixit. Ego ꝓ deo mori paratus ſum et ꝓ defenſiōe iuſtitie ꝛ eccleſie libertate. Si igiť me q̄ritis ex pte dei oīpotētis ꝛ ſub anathemate ꝓhibeo ne hoꝝ cuiq̄ aliquatenus noceatis. Deo aūt ꝛ beate marie et ſctīs oībus ꝛ btō Dioniſio cauſam eccleſie ꝛ meipſum cōmēdo. Quibꝰ dictis venerandū caput gladijs impioꝝ impartitur: ſacra capitis corona pſcindiť: cerebrū per eccleſie pauimētū diſpergiť ꝛ ſic martyr dn̄o cōſecrať anno dn̄i. M.clxxiij. D. ¶ Dū igiť clerici requiē eternam inciperēt ꝛ ꝓ eo miſſam egerēt defunctoꝝ: ſubito vt aiunt angeloꝝ chori aſtantes voces cantātium interrūpūt ꝛ martyris miſſam incipiū: letabiť iuſtus cōcinnūt ꝛ ceteri clerici ꝓſequunť. Hec eſt reuera mutatio dextere excelſi dum cātus meroris vertiť in cāticū laudis cū illū cui defunctoꝝ ſuffragia inchoauerāt martyrum poſtmodū hymnis laudāt. Reuera eximia comprobatur ſanctitate preditus ꝛ martyr dn̄i glorioſus quē tanto honore angeli preuenerūt et ſanctorum martyrum cathalogo aſcripſerūt. Paſſus eſt aūt ſanctus iſte pro eccleſia: in eccleſia ꝛ in loco ſctō: ꝛ in tpe ſacro inter manus ſacerdotū ꝛ religioſoꝝ: vt patiētis pietas ꝛ perſequentiū crudelitas oſtēdatur. ¶ Multa inſuper ꝛ alia miracula ꝑ ſanctū ſuum dn̄s operari dignatꝰ eſt: meritis eñ eiꝰ cecis viſus: ſurdis auditus: claudis greſſus: vita mortuis reſtituta ſunt. Porro aqua: qua pāni cōſperſi eius ſanguine lauabātur multis extitit ī medelā. Quedā domina de anglia varios oculos habere ob laſciuiā ꝛ maiorē pulchritudinē affectabat ſup hoc vouens votū nudis pedibus ſepulchꝝ btī Thome viſitauit. Que cū in orōne proſtrata iaceret: ſurgēs inuenit ſe penitꝰ excecatā. Statimq; penitens cepit rogare btm̄ Thomā vt iā nō varios: ſʒ ſaltem ſuos ſibi redderet oculos: qḋ tandē cū magna difficultate vix valuit obtinere. E. ¶ Quidā autē illuſor aquā ſimplicē ꝓ aqua ſancti Thome dn̄o ſuo ī pixide obtulit cōmuaāti. Cui dn̄s ait. Si nil mihi vnq̄ furatus fuiſti ſctūs Thomas aquā ſuā huc te deferre ꝑmittat. Si aūt reus furti es: aqua ipſa ꝓtinus euaneſcat. Huic igitur dicto ille conſenſit ſciens ꝙ pixidem aqua nuper impleuiſſet. Mira res pixidē cōtinuo apperuerūt ꝛ vacuā inuenerūt. Sicq; ſeruēs in mendacio deprehenditur: ꝛ furti reus euidētius cōprobatur. Auis quedā docta loq̄ui cū niſus eā inſeq̄retur ſicut didicerat cepit clamare. Sctē thoma adiuua me: ꝛ ſtatim niſus mortuus cecidit ꝛ illa euaſit. Quidā quem ſctūs Thomas valde dilexerat: cū grauiter īfirmaretur iuit ad eius tūbā ꝛ ꝓ ſanitate ſua rogauit ꝛ ad libitum impetrauit. Sʒ cū ſanatus rediret cepit cogitare ꝙ illa ſanitas aīe ſue forſitā nō expediret. Unde iterū rediēs ad ſepulchrū orauit vt ſi non eſſet vtile aīe ſue cōtinuo infirmitas ipſa rediret. Statimq; infirmitas rediit ſicut prius. In eius aūt interfectores intantum vltio diuina deſeruit: vt alij digitos dentibꝰ ſuis fruſtratim diſcerpētes: alij ſanie diffluentes: alij paraliſi diſſoluti: alij amētes effecti miſerabiliter interirent.

## ¶ De ſancto Silueſtro. xij. A.

Silueſter dr̄ a ſile qḋ ē lux ꝛ terra quaſi lux terre. i. eccleſie q̄ iſtar bone terre hʒ pinguedinē bone operationis nigredinē humiliationis ꝛ dulcedinē deuotionis. Per iſta eñ tria agnoſcitur bona terra vt ait. Paladius: vel Silueſter dr̄ a ſilua et theos: qꝛ holes ſilueſtres. i. incultos ꝛ duros ad fidē xp̄i traxit. Uel ſicut dr̄ in gloſſario ſilueſter dr̄ viridis agreſtis vmbroſus nemoroſus. Uiridis celeſtia cōtēplando. Agreſtis ſeipm̄ excolēdo. Umbroſus ab omni cōcupiſcētia refrigeratus: nemoroſus inter arbores celi plantatꝰ. Eius legendā cōpilauit Euſebius ceſarienſis: quā btūs Geloſius in cōcilio ſeptuaginta epoꝝ a catholicis legendā cōmemorat ſicut in decreto habetur. B.



Silueſter a mr̄e re ꝛ noīe iuſta genitus ꝛ a cyrino pſbytero eruditus hoſpitalitatē ſummopere exercebat. Timotheus aūt quidā xp̄ianiſſimus ab eo in hoſpitiū ſuſcipitur: q̄ tamē ob perſecutionē ab alijs vitabatur. Hic timotheus per vnū annū ꝛ tres mēſes pdicauit: ꝛ poſtea coronam aſſecutus eſt martyrij dū predicaret conſtātiſſime fidē xp̄i. Putās autē Tarquinius pfectus timotheū multis abūdaſſe diuitijs eas a ſilueſtro expetiit inferens ei minas mortis. Sed cū vere timotheum hmōi diuitias nō habuiſſe cōperit ſilueſtrū idolis immolare pcepit alioquin in craſtinū diuerſa reciperet genera tormētoꝝ. Cui ſilueſter. Stulte hac nocte morieris ꝛ ſempiterna tormenta recipies: ꝛ velis nolis verū deū eſſe quē colimꝰ recognoſces. Silueſter igitur carceri traditur ꝛ Tarquinius ad prādiū inuitať. Dū ergo co-

mederet os piſcis in eius gutture ſic verſatur vt nulla ratiõe reijcere potuerit vel glutire. Sicq; media nocte defunct⁹ ad tumulū cū luctu ducit: ⁊ ſilueſter cū gaudio a carcere liberat q̄ nõ ſolū a xp̄ianis ſ; etiā a paganis miro diligebat affectu. Erat em̄ aſpectu angelic⁹: ſermone nitidus integer corpe: ſcūs ope: conſilio magnus: fide catholic⁹: ſpe patientiſſim⁹: charitate diffuſus. Mortuo igitur melciade ep̄o vrbis rome ſilueſter ab oī plebe plurimū renitēs ī ſūmū pōtificē eſt elect⁹. Hic oīm orphanoꝝ viduaꝝ ⁊ pauperū noīa ī matricula ſcripta habebat: ⁊ oībus neceſſaria prouidebat. Hic quartū ⁊ ſextū diē ⁊ ſabbatū ieiunijs inſtituit obſeruādū. Quintū vo quaſi dñicū celebrādū. Grecis āt vo xp̄ianis dicētib⁹ ſabbatū diē poti⁹ q̄ quītū celebrādū rūdit hoc fieri nō debere: qr hoc eſt traditionis aplice: et qr dñice debet cōpaſſio ſepulture. Cui ille. Unum eſt ſabbatum ſepulture in quo ſemel in anno ieiuniū eſt exhibendū. Quib⁹ ſilueſter. Sicut oīs dies dñic⁹ reſurrectionis gloria: ſic oē ſabbatū decorat dñica ſepultura igit pdie ſabbato acquieſcunt: ſed de quinta feria vehemēter cōtēdūt aſſerētes nō debere xp̄ianoꝝ ſolēnitatibus aſſociari. Silueſter aūt eius dignitatē precipue in trib⁹ oſ̄dit. Qm̄ hac die dñs ad celos aſcēdit ⁊ corporis ⁊ ſanguinis ſacramentū inſtituit ⁊ ſacrū criſma eccleſia cōficit. Oēs igitur rōnibus ei⁹ acquieſcūt. C.

¶ Perſequēte aūt cōſtātino xp̄ianos ſilueſter de vrbe exijt ac in quodā mōte cū ſuis clericis māſit. Ipſe aūt cōſtantin⁹ merito pſecutionis tyrānice in incurabilē cecidit plagā lepre. Tandē ad cōſiliū pōtificū idoloꝝ adducta ſūt tria milia pueroꝝ vt eos occidi faceret ⁊ ſe in eorū ſanguine recēti ⁊ calido balnearet. Egrediente aūt eo ad locū vbi balneum parari debebat matres puerorū eidē occurrūt que ſolutis crinibus miſerabiliter vlulabant. Et lachrymās Conſtātinus iuſſit ſtare currū ⁊ erigens ſe dixit. Audite me comites ⁊ cōmilitones et oēs ppli q̄ aſtatis. Dignitas romani imperij de fonte naſcit pietatis q̄ hāc etiā legē dedit: vt capitali ſnīa ſubderet quicūq; in bello aliquē occidiſſet infantē. Quāta ergo erit crudelitas vt hoc nr̄is faciam⁹ filijs qḋ fieri phibuimus alienis. Quid iuuat barbaros ſuperaſſe ſi a crudelitate vincamur. Nā viciſſe exttraneas nationes rōne viriū eſt bellātiū pploꝝ. Uincere aūt pctā ⁊ vitia vtus eſt moꝝ. In illis ergo pretijs fortiores nos extitimus illis. In his vero nobiſmetipſis fortiores ſum⁹. Qui em̄ fuerit in iſto certamine ſupatus victoriā obtinet victus. Uictor em̄ poſt triūphum vincit: ſi pietas ab īpietate ſuparet. Uincat ergo nos pietas in iſto cōgreſſu. Bene em̄ oīm aduerſariū poterim⁹ eſſe victores ſi ſola pietate vincamur. Oīm em̄ ſe eſſe dñm cōprobat q̄ ſeruū ſe monſtrauerit pietatis. Melius eſt ergo memoria ſalua vita innocētiū q̄ per eoꝝ interitū vitā recuperare crudelē: quā tñ recuperare īcertū eſt: cū tñ certū ſit q̄ ſic recupata crudelis eſt. Iuſſit igitur vt matrib⁹ ſuis pueri redderētur: ⁊ dona plurima ⁊ infinita vehicula pberētur. Sicq; matres q̄ flēdo venerāt ad loca ſua cū gaudio redierūt. Ipſe aūt imperator ad palatiū ſuū reuerſus eſt. D. ¶ Sequenti vo nocte Petrus ⁊ Paulus apparuerūt ei dicentes. Qm̄ exhorruiſti effuſionē ſanguinis īnocētis: miſit nos dñs Jeſus xp̄o dare tibi recuperāde cōſiliū ſanitatis. Silueſtrū igit ep̄m q̄ apud mōtē ſi raptim latitat acceſſire: hic tibi piſcinā oſtēdet in qua immerſus tertio ab omni curaberis lepre morbo. Tu vo Chriſto hanc viciſſitudinē reddas ⁊ idoloꝝ templa diruas: Chriſti reſtaures eccleſias ⁊ eius deinceps cultor has. Euigilās igit Cōſtantin⁹ ſtatim milites miſit ad Silueſtrū. Uides aūt Silueſter milites ſtatim ad palmā martyrij credidit ſe vocari. Deo aūt ſe recōmendans ⁊ ſocios ſecū exhortās. Cōſtātino intrepitus pſentat. Cui conſtantinus aſſurgens ait. Bene te veniſſe gratulamur. Qui a Silueſtro reſalutat⁹ narrauit ei per ordinē ſui ſomnij viſionē. Perſcrutāti vo Cōſtātino q̄ eſſent illi duo dij q̄ ſibi apparuerūt. Silueſter rn̄dit illos eſſe xp̄i aplos ⁊ nō deos. Tūc ad pces imperatoris Silueſter apſtoꝝ imagines iuſſit ſibi afferri: vt quas īpator aſpexit tales eſſe qui ſibi apparuerunt declamauit. Silueſter igitur eū cathecuminū fecit: ⁊ vnius hebdomade ieiuniū ſibi indixit: ⁊ carceres apire monuit. Cūq; in aquā deſcendiſſet baptiſmatis mirabilis ibi emicuit ſplēdor lucis. Sicq; īde mūdus exiuit ad xp̄m ſe vidiſſe aſſeruit. Prima aūt die ſui baptiſmatis hāc legem dedit vt xp̄s ab vrbe romana tanq̄ verus deus coleretur. Scda vt ſi qs chriſtū blaſphemaret capite puniretur. Tertia vt quicunq; xp̄iano feciſſet iniuriā bonorū ſuoꝝ parte dimidia priuaret. Quarta vt ſicut imperator rome ſic romanus pontifex caput ab vniuerſis epiſcopis habeatur. Quinta vt quicq; in eccleſias cōfugerit ab oībus ſeruetur iniurijs immunis. Sexta vt nullus niſi de licētia ſui antiſtitis eccleſiā edificet iuxta muros alicuius ciuitatis. Septima vt ad edificatiõnē eccleſiarū decime poſſeſſionū regaliū tribuant. Octaua imperator ad eccleſiā ſancti Petri venit: ⁊ de ſuis culpis ſe lamētabiliter accuſauit. Poſtmodū arrepto bidente ad fundamētū baſilice eccleſie cōſtruendū terrā primus aperuit ⁊ duodecim cophinos in ſuis ſcapulis foras eiecit. E. ¶ Hec vbi Helena mater Conſtantini auguſti in bethania cōſiſtēs audiuit p literas laudat filium q̄ abrenūciaſſet ſimulacris idoloꝝ: ſed dure increpat q̄ relicto deo iudeoꝝ crucifixū hominem deum colat. Reſcribit aūt auguſtus vt iudeorum magiſtros ſecū adducat: ⁊ ipſe xp̄ianoꝝ doctores pferet: vt ſic ex diſputatiõe mutua appareat fides vera. Adduxit igit ſancta Helena cētū quadraginta viros doctiſſimos iudeorū: inter quos duodecim erāt q̄ ſapiētia ⁊ eloquentia pre ceteris rutilabāt. Cū igitur Silueſter cū clericis ſuis ⁊ predicti iudei ad diſputādum corā imperatore inſimul conueniſſent de cōi cōſenſu duos iudices gētiles ſapiētiſſimos ⁊ pbatos noīe Craton ⁊ Zenophilum ſtatuerūt: ad quos ptineret ſnīa dicendorum. Qui licet gentiles erāt: tñ iuſtiſſimi ⁊ fideles. Taliſq; inter eos ſnīa eſt firmata: vt vno ſtāte ⁊ loquēte alius nō loquatur. Incipiēs igit primus de illis duodecim noīe Abiathar ait. Cū iſti tres deos dicāt patrē ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ſanctū: manifeſtū eſt eos ɔtra legē agere q̄ dicit. Uidete q̄ ego ſum ſolus deus ⁊ nō eſt alius de⁹ preter me. Denique ſi dicūt xp̄m eſſe deū: qr multa fecit ſigna. In nr̄a etiā lege multi fuere q̄ miracula plurima fecerūt: ⁊ tn̄ nunq̄ ex hoc deitatis nomē ſibi vſurpare auſi ſūt: ſicut iſte Jeſus quē iſti adorāt. Ad quē Silueſter. Nos vnū deū colimus: ſed nō in tāta ſolitudine cū dicimus vt gaudiū filij nō haberet. Ex veſtris aūt libris vobis trinitatē pſonarū demōſtrare valemus. Nā patrem dicimus de quo propheta ait. Ipſe inuocauit me pater me⁹ es tu ⁊c. Filiū de quo idē. Filius me⁹ es tu ego hodie genui te. Spiritūſctm̄ de quo idē. Spiritu oris ei⁹ oīs virtus eoꝝ. In hoc etiā qḋ dicit. Faciam⁹ hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā euidenter ⁊ pſonarū pluralitatē ⁊ diuinitatis vnitatē demōſtrat. Licet autē ſint tres perſone: vnus tñ deus eſt. Quod exemplo viſibili aliquatenus demonſtrare valemus.

Et accipiens purpurā imperatoris tres ſibi plicas fe=
cit dicēs. Ecce videtis tres plicas. Et explicās eas ait
Ecce qz tres plice ſunt vnus pannus: ita tres perſone
ſunt vn⁹ deus. De hoc aūt qđ dī: q ex miraculis deus
credi nō dz cū alij plures ſancti miracl'a fecerūt: nec tū
ſe deos dixerūt ſicut xp̄s deū ꝑ hoc ſe aſſerere voluit.
Certe de⁹ ſupbiētes ꝯtra ſe nunq̄ paſſus eſt ſine pena
acerrima preterire: ſicut ptz in dathā ꝛ abirō aliiſq̄ q̄
plurib⁹. Quō ergo mētiri potuit: ꝛ ſe deū dicere qđ nō
erat: cū eū ſe deū dicentē nulla pena ſecuta fuerit: ſed
virtutū efficacia comitabat̄. Tūc iudices dixerūt. Con
ſtat abiathar a ſilueſtro ſuperatū. Nā ꝛ rō hoc docet:
qz ſi deus nō eſſet ꝛ ſe deū dixiſſet: ꝯferre vitā mortuis
nō valeret. Tūc illo amoto ſcđs q̄ ꝛ ionas vocabatur
ad cōflictū accedēs: ait. Abrahā a deo circūciſionē ac=
cipiēs iuſtificatus fuit ꝛ ēt oēs filij abrahe ꝑ circūciſio
nē iuſtificabant̄. Igit̄ q̄ nō fuerit circūciſus nō erit iu=
ſtificatus. Ad quā ſilueſter. Cōſtat abrahā ante circun
ciſionē deo placuiſſe ꝛ amicū dei appellatū eſſe: igitur
nō circūciſio ipſum ſctificauit: ſꝫ fides ꝛ iuſtitia ipſum
deo placere fecit. Nō igit̄ accepit circūciſionē in ſancti
ficationē: ſed in diſtinctionē. Iſto ſuperato tertius qui
ꝛ godolias accedens ait. Quomodo xp̄s veſter pōt eē
de⁹ cū aſſeratis eū eſſe natū: tētatū: traditū: nudatū:
felle potatū: ligatū: crucifixū: ſepultū. Cum hec oīa in
deo eſſe non poſſint. Ad hoc ſilueſter. De veſtris libris
hec omnia probamus de xp̄o fuiſſe predicta. Nam de
eius natiuitate dicit Eſaias. Ecce virgo cōcipiet ꝛ pa=
riet ꝛc. de eius tētatione Zacha. Vidi Ieſum ſacerdo=
tem magnū ſtantē coram angelo ꝛ ſathā ſtabat a dex=
tris eius ꝛc. De eius traditione ps. Qui edebat panes
meos magnificauit ſuper me ſupplantationē ꝛc. De ei⁹
nudatione idē. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. De ei⁹
potatione fellis idē. dederunt in eſcā meam fel ꝛ in ſiti
mea ꝛc. De eius ligatione Eſdras. Vinxiſtis me nō ſi=
cut patrē qui liberauit vos de terra egypti clamantes
ante tribunal iudicis humiliaſtis me ſuſpēdentes in
ligno tradidiſtis me. De ei⁹ ſepultura. Hieremias. In
ſepultura eius reuiuiſcent mortui. cum ergo godolias
q̄d rūderet nō hēret data ſnīa remot⁹ eſt. ¶ Quar=
tus qui ꝛ annas accedēs ait. Ea que de aliis dicta ſūt
ſilueſter iſte de ſuo xp̄o predicta fuiſſe firmat. Vn̄ ꝓba
eſt vt ꝓbet hec de ſuo xp̄o dicta fuiſſe. Ad quē Silue=
ſter. Dabis ergo aliū quē virgo concepit q̄ felle ē ci=
batus: ſpinis coronatus: crucifixus: mortuus ꝛ ſepult⁹
qui reſurrexit a mortuis ꝛ ad celos aſcendit. Tūc con=
ſtantinus ait. Si aliū nō dederit: ſciat ſe eſſe ſuperatū
Qui cū hoc facere nō poſſet amouet̄. Quintus qui et
doeth ꝓducit̄ qui ꝛ ait. Si ex ſemine dauid xp̄s iſte na
tus eſſet ꝛ ſctificatus vt dicitis: ergo baptizari nō de=
buit vt iterū ſctificaret̄. Ad quē ſilueſter. Sicut circun
ciſio in xp̄i circūciſione finē accepit: ita noſter baptiſ=
mus in xp̄i baptiſmi ſtc initiū ſanctificationis habuit:
non ergo baptizatus eſt vt ſanctificaret̄: ſed vt ſanctifi
caret. Qui cū taceret: ait ꝯſtātinus. Nō taceret doeth
ſi haberet contraria q̄ ꝓferret. Tūc ſext⁹ q̄ ꝛ Cuſi ait.
Vellemus vt ſilueſter ille cauſas hui⁹ virginalis par
tus nobis exponeret. Ad quē ſilueſter. Terra de qua
Adam formatus eſt incorrupta erat ꝛ virgo: qz necdū
ſe ad bibendū humanum ſanguinē aperuerat: nec ma
ledictionē ſpinarum acceperat: nec hominis mortui
ſepulturam habebat: nec ſerpenti data fuerat ad eden
dum. Oportuit ergo ex maria virgine nouū Adam fie
ri: vt ſicut ſerpens natum ex virgine vicerat: ſic a nato
ex virgine vinceretur. Et quia deuictor extitit in para
diſo ipſe tentator factus eſt dn̄i in deſerto: vt qui adam
vicerat manducantē vinceret̄ a dn̄o ieiunante. Hoc ſu
perato ſeptimus qui ꝛ beniamin ait. Quō xp̄s veſter fi
lius dei poteſt eſſe q̄ a diabolo tentari potuit: vt mo=
do fame panē ex lapidibus facere vrgeret̄: modo in tē
pli celſitudinē leuaretur: modo ad adorandum ipſum
diabolum induceretur. Ad quod ſilueſter: ſi diabolus
ideo vicit: qz ab adam manducante eſt auditus: cōſtat
iōcū fuiſſe ſuperatū: qz eſt a xp̄o ieiunante contēptus.
Nos aūt eū nō inq̄tū deus: ſed inquātū hō tentatum
eſſe fatemur. Ideo aūt tripliciter eſt tētatus vt a nobis
oēs tētationes excluderet: ꝛ formā vincendi daret. Se
per nāq̄ in homine victoriā abſtinētie ſequit̄ tentatio
humane glorie: ꝛ tētationē humane glorie appetitus
dominij ꝛ excellētie comitat̄. Ipſe igitur a xp̄o in his
vincitur vt vincēdi nobis forma daret̄. Iſto ſuperato
octauus qui ꝛ aroel ait. Cōſtat qz de⁹ ſummus ꝑfect⁹
ꝛ nullius indiget: quid ergo et opus fuit vt naſceret̄ in
xp̄o. Quō iterum xp̄m verbum appellas? Sed et hoc
conſtat: qz deus ante q̄ haberet filiū pr̄ dici nō potuit
Ergo ſi pater xp̄i poſtea dictus eſt mutabilis fact⁹ eſt.
Ad hoc ſilueſter. Filius ante tēpora ex patre eſt geni=
tus vt faceret q̄ non erant: ꝛ in tempore eſt natus vt re
ficeret que perierant. Que ꝛ ſi ſolo verbo reficere pote
rat: tū per paſſionē niſi hō fieret redimere non valeat
quia in ſua deitate ad patiendum aptus non erat nec
hoc erat imperfectionis: ſed perfectionis ſiq̄ in ſua non
erat deitate paſſibilis. Porro filium verbum dei dici
ex eo patet: qz propheta ait. Eructauit cor meū verbū
bonū. Deus quoq̄ ſemper pater fuit: qz ſemper eius fi
lius extitit. Filius enī eius eſt verbum eius: ſapientia
eius: virtus eius. In patre autem ſemper fuit verbum
iuxta illud. Eructauit cor meū verbū. Semp ſapia iu=
xta illud. Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita ante
oēm creaturā. Semp virtus iuxta illud. Ante oēs col=
les ego parturiit: necdū fontes aquarū eruperant ꝛc. cū
ergo pr̄ nunq̄ fuerit ſine vbo ſapiētia ꝛ vtute quō pu=
tas hoc nomen ſibi ex tpe aduenſſe. Hoc ergo amoto
nonus qui ꝛ iubal dixit. Conſtat qz deus coniugia non
damnat nec eis maledixit: quare ergo de coniugio na
tū denegatis hunc eſſe quē colitis: niſi vt obfuſcare cō
iugia ſtudeatis. Rurſum quō tētat̄ qui potēs eſt: patit̄
qui virtus eſt: moritur q̄ vita eſt. Deniq̄ ad hoc coge=
ris vt duos filios eſſe dicas: vnū quē pr̄ genuit: alterū
quē virgo generauit. Rurſus quō fieri pōt vt patiatur
homo q̄ aſſumptus eſt ſine leſione ei⁹ a quo aſſumpt⁹
eſt. Ad hoc ſilueſter. Nos xp̄m nō ideo natū de virgīe
dicimus: vt cōiugia cōdēnemus: ſed cauſas vginei par
tus rōnabiliter accepimus. Nec hac aſſertione obfu=
ſcant̄: ſꝫ ornant̄ cōiugia: qm̄ hec virgo q̄ xp̄m peperit
de cōiugio nata eſt. Tētat̄ aūt xp̄s vt oēs tētatiōes dia
boli vinceret: patit̄ vt vniuerſas paſſiones ſubijceret:
moritur vt mortis imperiū ſubiugaret. Dei quoq̄ fili⁹
vnus in xp̄o eſt q̄ ſicut eſt vere dei fili⁹ inuiſibilis: ita
viſibiliū ē xp̄s. Eſt ergo inuiſibile hoc qđ eſt de⁹: ꝛ ē vi=
ſibile hoc qđ eſt hō. Pati vo poſſe hoīem aſſumptū ſi
ne paſſiōe ei⁹ q̄ aſſumpſit exēplo doceri pōt. Nā ſūtis
purpure regie vtamur exēplo. Lana enī fuit: ꝛ huic la
ne ſanguis accēdis colorē purpureū prebuit. Cū ergo
teneret̄ digitis ꝛ torq̄ret̄ in filo: q̄d torquebat̄ hoc qđ
regie dignitatis color eſt: an hoc qđ lana extiterat an=
teq̄ purpura fieret. Lane ergo aſſimilatur homo colo
ri purpuree deus qui ſimul in paſſione fuit dum pate=
retur in cruce: ſed paſſioni in nullo ſubiacuit. Deci=
mus qui ꝛ Th. ra dixit. Non mihi placet iſtud exem=

plum:qꝛ ſimul color toꝛquet cū lana. Cui cū oēs ↄtra
dicerent. Silueſter dicit. Accipe ergo aliud exēplū:ar
boꝛ habēs in ſe ſolis ſplendoꝛē cū incidit ictū quidem
ſuſcipit:ſplēdoꝛ aūt ab inciſiōe immunis exiſtit. Sic⸗
qꝫ hoīe patiente diuinitas nulli paſſioni ſubiacuit. G.
¶ Undecimus q̄ ⁊ ſileō ait. Si de xp̄o tuo ꝓphete iſta
vaticinati ſunt tāte irriſionis paſſiōis ⁊ mortis cau⸗
ſas ſcire vellemus. Et ſilueſter. Eſuriuit xp̄s vt nos re
ficeret. Sitiuit vt ariditati nr̄e vitalia pocula miniſtra⸗
ret. Tēptatus eſt vt nos a tēptationib⁹ liberaret. Tēta⸗
tus eſt vt nos a demonū captura redimeret. Irriſus ē
vt nos ab irriſione demonū erueret. Ligat⁹ eſt vt nos
a nodo maledictionis abſolueret. Humiliatus eſt: vt
nos exaltaret. expoliatus eſt vt nuditatē prime ꝑua⸗
ricationis indulgētie indumēto tegeret. Spineā coꝛo
nā accepit vt floꝛes paradiſi perditos redonaret. In li
gno ſuſpenſus eſt vt concupiſcentiam in ligno genitā
dānaret. Felle ⁊ aceto potatus eſt vt hoīem ad terraꝫ
fluētē lac ⁊ mel introduceret. ⁊ fontes nobis mellifu
os aperiret. Moꝛtalitatē ſuſcepit vt ſuā nobis immoꝛ
talitatē donaret. Sepult⁹ eſt vt ſanctoꝝ ſepultura be⸗
nediceret. Surrexit vt moꝛtuis vitam redderet. Aſcē⸗
dit in celū vt celi ianuaꝫ aperiret. Sedet a dextris dei
vt preces credentiū exaudiat: Hec ſilueſtro proſequen
te vniuerſi tam imperatoꝛ q̄ iudices ⁊ iudei in laudē
ſilueſtri pꝛoꝛuperunt vnanimiter. Tūc indignat⁹ duo
decimus qui ⁊ zambri indignatione magna dixit. Mi
roꝛ vos ſapientiſſimos iudices verboꝝ ambagib⁹ cre⸗
dere: ⁊ dei omnipotentiam eſtimare: humana ratione
cōcludit. Sed iam ceſſent verba ⁊ veniamus ad facta
Stultiſſimi nāqꝫ ſunt qui crucifixum colūt cū ego no⸗
men dei omnipotentis ſciā: cuius virtutem nec ſuffe⸗
rūt ſaxa: nec audire valet quelibet creatura. Et vt me
verū dicere cōpꝛobetis taurus ad me ferociſſimus ad
ducatur. ⁊ dū in eius aure nomē iſtud inſonuerit tau
rus ilico moꝛiet. Ad quē ſilueſter. Et tu quō hoc no⸗
men nō audiēs didiciſti. Zambri dixit. Nō eſt tuū hoc
noſcere myſteriū qui iudeoꝝ inimicus es. Adducitur
autē taurus ferociſſimus vix centū hominibus foꝛtiſ⸗
ſimis tractus. At vbi Zambri in aure ei⁹ verbū ꝓtu
lit: cōtinuo taurus mugiēs oculoſqꝫ euciens expirauit
Oēs igit̄ iudei vehementer acclamant ⁊ ſilueſtro in⸗
ſultant. Quibus ſilueſter. Nō dei nomē pꝛotulit. ſꝫ no
mē peſſimi demonis noīauit. Deus enī meus Jeſus
xp̄s nō ſolū viuētes moꝛtificat: ſed etiā moꝛtuos viui⸗
ficat. Nō ne occidere poſſe ⁊ viuificare nō poſſe eſt leo⸗
num ſerpētū ⁊ ferarū: ſi ergo vult vt credam q̄ nomē
demonis non fuerit dicat iterum ⁊ viuificet qd̄ occidit
Nā de deo ſcriptū eſt: Ego occidam ⁊ ego viuere faciā
Quod ſi nō poterit nomē demonis abſqꝫ dubio nomi
nauit qui viuentē occidere poteſt moꝛtuum viuificare
non pōt. Cūqꝫ zambri ad ſuſcitandū taurū a iudicib⁹
vrgeret dixit: ſuſcitet eū ſilueſter in noīe Jeſu galilei
⁊ oēs in eū credemus. Nam ⁊ ſi pennis poſſet volare:
iſtud tū non valet perficere. Oēs igit̄ iudei ſi taurū
ſuſcitauerit ſe credituros pꝛomittunt. Tunc ſilueſter
oꝛatione facta ad aurem tauri ſe applicans dixit. O
nomen maledictionis ⁊ moꝛtis egredere iuſſu domi⸗
ni noſtri Jeſu xp̄i in cuius nomine tibi dico. Taure ſur
ge ⁊ ad armentum tuum manſuetus recede: taurum igi⸗
tur taurus ſurrexit ⁊ cū omni manſuetudine abiit. Tūc
regina iudei ⁊ iudices ⁊ ceteri oēs conuerſi ſunt ad fi
dem. H. ¶ Poſt aliquot vero dies idoloꝝ pontifices
ad imperatoꝛem venerunt dicentes. Sacratiſſime im
peratoꝛ ille draco qui eſt in fouea poſtq̄ fidē xp̄i rece⸗
piſtis pluſq̄. ccc. homines quotidie interfecit flatu ſuo
Conſulente ſuper hoc conſtantino ſilueſtrum reſpon⸗
dit. Ego per Chriſti virtutem eū ab omni leſione ceſſa
re faciā. Pꝛomittunt pontifices ſe ſi hoc faceret credi
turos. Oꝛanti autem ſancto Silueſtro ſanctus petr⁹
apparuit ei dicens. Securus ad draconē deſcēde tu et
duo pꝛeſbyteri q̄ tecū ſunt. Cumqꝫ ad eū veneris eum
taliter alloquaris. Dominus noſter Jeſus xp̄s de vir⸗
gine natus crucifixus ⁊ ſepultus. Qui reſurrexit ⁊ ſe⸗
det ad dexteram dei patris: hic venturus eſt iudicare
viuos ⁊ moꝛtuos. Tu ergo ſathana eum in hac fouea
vſqꝫ dū venerit expecta. Os aūt eius ligabis filo. Et
nullo crucis hn̄te ſignū deſup ſigillabis: poſtea ad me
ſani ⁊ incolumes venietis: ⁊ panē quem vobis paraue
ro comedetis. Deſcēdit itaqꝫ ſilueſter cū duob⁹ pꝛeſby
teris in foueā ꝑ gradus. cl. duas ſecū ferens laternas.
Tunc draconi pꝛedicta verba dicit: ⁊ os ipſi⁹ ſtridētis
⁊ ſibilantis vt iuſſus fuerat alligauit. Et deſcēdēs in⸗
uenit duos magos q̄ eos ſecuti fuerāt vt viderent ſi vſ
qꝫ ad draconē deſcenderēt ex dracōis fetoꝛe pene moꝛ⸗
tuos ⁊ eos ſecum adduxit incolumes atqꝫ ſanos. Qui
ſtatim cū multitudine infinita conuerſi ſunt. Sicqꝫ ro
manoꝝ populus duplici moꝛte eſt liberatus. ſ. a cultu⸗
ra demonis ⁊ veneno draconis. Tandē beatus Silue
ſter moꝛti appꝛopinquans clerum de tribus admōuit
ſ. vt inter ſe claritatem haberent: eccleſias ſuas diligen
tius gubernarent: ⁊ gregem a luporum moꝛſibus cu⸗
ſtodirēt. Poſt hec in domino feliciter obdoꝛmiuit cir⸗
ca annum domini. cccxx.

¶ De circumciſione domini. xiij. A.



Circunciſiōis dominice diē qua⸗
tuoꝛ celebrē faciunt ⁊ ſolennem
Primum eſt octaua natiuitatis dn̄i
Scd̄m impoſitio noui ⁊ ſalutiferi no
minis. Tertiū effuſio ſanguīs. Quar
tum ſignaculū circūciſionis. Pꝛimū
ergo ē octaua natiuitatis dn̄i. Si enī
alioꝝ ſctōꝝ octaue ſolēnes ſunt: quā⸗
to magis octaua dies ſancti ſctōꝛum
ſolēnis erit. Sed nō videt̄ qd̄ natiui
tas dn̄i debeat habere octauaꝫ: quia
eius natiuitas tendebat ad moꝛtem: obitus autē ſan⸗
ctoꝛum ideo octauas habēt: qꝛ ipſi tunc naſcuntur ea
natiuitate que eſt ad vitam eternā: vt poſtea reſurgāt
in coꝛpoꝛibus gloꝛioſis. eadē ratione videt̄ q̄ non de⸗
beat habere octauā natiuitas beate virginis nec bea⸗
ti Joannis baptiſte: ſimiliter nec reſurrectio dn̄i: qꝛ iā
facta erat in ipſa reſurrectione. Sed notandum qd̄ ſi⸗
cut dixit pꝛepoſitiuus: ſunt octaue ſuppletionis vt ē octa
ua natiuitatis dn̄i in qua ſupplemus qd̄ minus in fe⸗
ſto factum fuerat: ſcilicet officium de parturiēte. Unde
etiam in miſſa olim conſueuerat cantari ad honoꝛem
beate virginis. Uultum tuum ⁊c. Item ſunt octaue ve
nerationis vt Paſche / Penthecoſtes / beate virgīs
beati Joannis baptiſte. Item deuotionis vt cuiuſlibet
ſancti poſſunt fieri octaue. Figurationis vt ſunt octa⸗
ue inſtitute de ſanctis que ſignificant octauam reſur⸗
rectionis. B. Secundum eſt impoſitio noui ⁊ ſalutife⸗
ri noīs. Hodie enī impoſitū eſt ei nomē nouum qd̄ os
domini nominauit. Nomē pꝛopter qd̄ nō eſt aliud ſub
celo in quo opoꝛteat nos ſaluos fieri. Nomen quod ſe⸗
cūdum Bernar. eſt mel in oꝛe: melos in aure: ⁊ iubil⁹
in coꝛde. Nomē qd̄ ſicut dicit idē Bernar. inſtar olei lu
cet pꝛedicatum / paſcit recogitatum / lenit ⁊ vngit inuo
catum. Habuit autem triplex nomen ſicut ex euāgelio

Reminiſcere qd feciſti illi deicole q̃ dr̃ petrus velut eē
aliqd magnū. Pānoſus deformis macerie ↄſumpt⁹ ꝑ
oĩa vileſcit ſolo ſermone clareſcit ⁊ talē te decet in car
cerē ponere. Qui potius ſi libertate ſolita frueret̃ poſ
ſet tibi in aliquo vtilior eſſe. Nā ſicut de illo hoīes qui
dā aiūt. Infirmos ſanat: mortuos ſuſcitat. Cui Theo-
philus. Fabuloſa ſunt iſta paule q̃ dicis: q2 ſi mortuos
ſuſcitare poſſet ſeipſm̄ de carcere liberaret. Cui paul⁹.
Sicut xp̄s ſuus a mortuis reſurrexit et dicit qui tñ de
cruce deſcēdere noluit: ſic petr⁹ vt aiūt hoc exēplo ſe
nō liberat ⁊ pati ꝓ xp̄o nō formidat. Cui theophilus.
Dic ſ ei vt filiū meū iā ꝑ.xiiij.ānos mortuū reſuſcitet
⁊ incolumē eū reddā ⁊ liberū. Ingrediēs igit̃ paul⁹ di
xit: quō reſuſcitationē filij principis ſpopōdiſſet. cui pe
trus. Rē grādē paule ꝓmiſiſti: ſed dñi xtute facilimā.
Sed cū petrus eductus de carcere monumēto aperto
ꝓ eo oraſſet: cōtinuo reſurrexit. S3 pene ꝑ oĩa veriſiſe
nō videt̃: vt aut paul⁹ humana aſtutia ſe talia fabri-
lia ſcire cōponere fingeret: aut vt ſnĩa iuuenis ꝑ.xiiij.
annos ſuſpēſa fuiſſet. Tūc theophilus ⁊ vniuerſus po
pulus anthiochie ⁊ alij q̄plures dño crediderūt ⁊ glio
ſam eccl'iam fabricauerūt. In cui⁹ medio excelſam ca-
thedrā collocauerūt vt Petr⁹ ab oĩb⁹ videri ⁊ audiri
poſſet exaltauerūt. In qua ſeptē annis ſedit ſ3 poſtmo
dū veniēs Romā in romana cathedra ſedit.xxv.ānis.
De primo tñ honore eccl'ia celebrat: q2 tūc primo ꝓlati
eccl'ie ceperūt loco ꝑtāte ⁊ noīe ſublimari. Tūc ergo i-
pletū eſt illud qđ legit̃ in ꝓs. Exaltēt eū in eccl'ia ⁊c. et
notandū ꝙ triplex eſt eccl'ia in qua beat⁹ petrus fuit
exaltat⁹. ſ. eccl'ia militātiū malignātiū ⁊ triūphantiū.
In hāc triplicē eccl'iam exaltat⁹ eſt ſm̄ triplicē feſtiui
tatē quā de ipſo eccleſia celebrat. Eſt eñ exaltat⁹ in ec
cleſia militātiū eidē preſidēdo ⁊ eā in aīo ⁊ fide ⁊ mori
bus laudabilr̃ regendo: ⁊ hoc quātū ad ſolēnitatez ho
diernā q̃ dr̃ cathedra: q2 tūc ſup anthiochenā eccl'iam
pontificatū accepit: ⁊ eā.vij.annis laudabilr̃ rexit. Se
cūdo eſt exaltatus in eccl'ia malignantiū ipſam. ſ. diſſi
pando ⁊ eā ad fidē cōuertendo: ⁊ hoc ptinet ad ſecūdā
feſtiuitatē q̃ dr̃ ad vincula. Tūc eñ malignātiū eccl'iaz
diſſipauit: ⁊ multos ad fidē cōuertit. Tertio eſt exalta
tus in eccleſia triūphātiū in ipſam feliciter introeūdo
⁊ hoc quantū ad tertiā ſolēnitatē que eſt paſſionis ei⁹:
q2 tunc eccleſiam triūphantiū introiuit. C. ¶ Notan-
dū etiam ꝙ pluribus alijs rōnibus eccleſia ter in āno
de eo feſtiuitatem facit. ſ. propter priuilegiū ꝓpter of-
ficium: ꝓpter beneficiū: ꝓpter debitum ⁊ ꝓpter exem
plū. Propter priuilegiū qm̄ beat⁹ petr⁹ ab alijs apl'is
in tribus fuit priuilegiat⁹ ꝓpter q̃ tria priuilegia eccle
ſia ter in āno eū honorat. Fuit eñ pre ceteris dignior
in autoritate: qm̄ pri̇ceps aploꝝ extitit: ⁊ claues regni
celorum accepit. Feruentior in amore: cū maiore eniz
feruore xp̄m dilexit q̄ ceteri: ſicut in multis locis euā
gelij manifeſtat̃ ⁊ efficacior in virtute. Nam ad vmbrā
petri (vt legitur in actibus) ſanabātur infirmi. Secū-
do ꝓpter officium. Ipſe eñ officium prelationis ſuper
vniuerſam eccleſiam habuit: ⁊ ideo ſicut petr⁹ fuit pri
ceps ⁊ prelatus totius eccleſie que diffuſa eſt in tribus
partibus mūdi. ſ. aſia: affrica: ⁊ europa: ita eccleſia ter
in anno celebrat feſtum eius. Tertio propter bñficiuz:
q2 ipſe qui poteſtatem accepit ligandi atq3 ſoluendi li
berat nos a tribus generibus peccatorum. ſ. cogitatio

nis: locutionis: ⁊ operationis: vel qđ in deū. ꝙ in ꝓxi-
mum: qđ in nos peccauimus. Vel iſtud bñficium pōt
eſſe triplex bñficiū aliud qđ virtute clauiū peccator in
eccleſia cōſequit̃. Primū eſt abſolutionis a reatu oſtē
ſio. Scđm eſt pene ſempiternalis in tp̄alē cōmutatio.
Tertiū pene tp̄alis ſm̄ partē relaxatio. Et ꝓpter hoc
triplex bñficiū ſanct⁹ petr⁹ tripliciter eſt honorandus
Quartū ꝓpter debitū q2 eñ ipſe tripliciter pauit ⁊ pa
ſcit nos. ſ. verbo: exēplo ⁊ tp̄ali ſubſidio: ſiue oꝛonis ſuf
fragio: iō obligamur vt ipſm̄ tripliciter honorem⁹. Quin
tū ꝓpter exēplū vt nul'⁹ pctōr deſperet etiā ſi tertio ſi-
cut petr⁹ deū negauerit ſi tñ euz ſicut ipſe velit corde:
ore ⁊ opere cōfiteri. D. ¶ Scđa cā inſtitutionis eſt hec
q̃ quidē de itineratione clemētis eſt ſumpta. Cū enim
petr⁹ verbū dei predicās anthiochiā appropinquaret
oēs de ciuitate illa ei obuiauerūt nudis pedib⁹ pergē-
tes cilicijs ſe induētes ⁊ caput puluere aſpergētes agē
tes pñiam qđ cōtra eū ſimoni mago cōſenſiſſent. Pe
trus vero eoꝝ pñiam videns grãs deo egit. Tūc illi ob
tulerūt ei oēs vexatos langoribus ⁊ demonib⁹ fatiga
tos. Quos cū petr⁹ ante ſe poni iuſſiſſet ⁊ ſup eos no-
mē dñi inuocaſſet immēſum lumē ibidē apparuit / et
oēs ꝓtinus ſunt ſanati currētes ⁊ oſculantes veſtigia
ſancti petri. Tūc intra ſeptē dies plus q̄ decem milia
hoīm baptiſma ſuſceperūt: ita vt theophilus princeps
ciuitatis illius domū ſuā i baſilicā fecerit cōſecrari: et
ibidē petro excelſam cathedrā collocari vt ab oĩb⁹ vi-
deretur ⁊ audiretur. Nec iſtud ↄtrariū eſt his q̃ ſupius
dicta ſunt. Potuit eñ fieri ꝙ petrus per operationez
Pauli a Theophilo ⁊ toto populo magnifice ſit ſuſce
ptus. Sed recedente petro ſimō magus pplm̄ peruer-
tit: ⁊ cōtra petrū grauiter incitauit. Poſtmodum vero
pñiam agens iterū honorabiliter eū recepit. Hoc autē
feſtū de cathedratione btī petri conſueuit appellari fe-
ſtum epularū beati petri: ⁊ hinc tertia ſumitur rō inſti
tutionis huius feſti: conſuetudo eñ fuit antiquus gen-
tilium (vt ait magiſter Joannes beleth) ſingulis ānis
in menſe februario certo die epulas offerre ſup tumu-
los parentum ſuoꝝ: ⁊ eas de nocte demones conſume
bant. Ipſi aūt ab aīabus circa tumulos errantib⁹ ↄſu
mi putabant. Solebant eñ an
tiqui dicere vt idem ait ꝙ qñ in humanis corporibus
ſunt dr̄ aīe: in inferis inanes. ſpūs vero vocabant qñ
ad celos aſcēdebant vmbras qñ recens erat ſepultura
ſiue qñ circa tumulos errabant. Hec aūt cōſuetudo de
ipſis epulis vix a xp̄ianis potuit extirpari. Qđ ſancti
patres attendentes ⁊ hoc penitus extirpare volentes
feſtū de incathedratione beati petri: tum de illa q̃ fuit
rome: tū de illa q̃ fuit anthiochie ſtatuerunt illo. ſ. eo-
dē die quo talia fiebāt. Vñ ab illis epulis adhuc ab ali
quibus feſtum btī petri epularū vocat̃. Quarto inſti-
tuta eſt ꝓpter reuerentiam corone clericalis. Notādū
eñ ꝙ iuxta aliquoꝝ traditionem corona clericoꝝ hic
primo ſumpſit initiū. Nā dū petrus anthiochie predi-
caret in cōtumeliā noīs xp̄iani ſummitatē eius capit̃
abraſerūt. Qđ quidē poſtmodū toti clero tradit̃ in ho
norē ꝙ pro xp̄o apoſtoloꝝ principi in contumeliā fue-
rat irrogatū. Circa aūt ipſaz coronā clericoꝝ tria attē
dunt̃. ſ. capitis abraſio: capilloꝝ detrūcatio: ⁊ forme cir
cularis. Abraſio aūt in ſuperiori parte capitis fit tri-
plici rōne: q̄rū duas aſſignat dionyſi⁹ i eccl'iaſtica hie-
rarchia dicēs. Detōſio capilloꝝ ſignat mūdā ⁊ nō for-
mabilē vitā. Ad capilloꝝ detōſionē ſiue capitis abra-
ſionē tria ſequunt̃. ſ. mūditie cōſeruatio: deformatio ⁊
denudatio. Munditie conſeruatio: q2 ex capillis for-

deſ ĩ capite aggregãt. Deformatio: qꝛ capilli ad orna-
tũ ſũt. ſignãt ergo tõſura mũdã ⁊ nõ formabilẽ vitã.
hoc eſt ꝙ clerici debẽt hr̃e mũdiciã mẽtis iteri⁹: ⁊ non
formabilẽ. i. nõ exq̃ſitũ habitũ exteri⁹. Denudatio aũt
ſignat ꝙ inter ſe ⁊ deũ nihil dꝫ eſſe mediũ. ſꝫ imediate
debẽt deo vniri ⁊ eleuata facie dñi gl'iam ſpeculari. Ca
pilloꝝ detrũcatio fit vt ex hoc det̃ itelligi ꝙ clerici oẽs
cogitatiões ſupfluas a mẽte ſua debẽt abſcindere ⁊ ad
verbũ dei ſemp audiẽdũ patũ ⁊ expeditũ hr̃e: ⁊ oĩa tpa-
lia pter ꝙ̃ ad neceſſitatẽ a ſe penit⁹ remouere. Fit aũt
circularis figura multiplici rõne. Pmo qm̃ hec figura
nõ hꝫ finẽ neqꝫ principiũ: p qᷓ dat̃ itelligi ꝙ clerici ſũt
miniſtri dei: q nec hꝫ principiũ nec finẽ. Scdo qm̃ hec
figura nullũ angulũ hꝫ ⁊ ſignificat ꝙ clerici nõ debẽt
hr̃e ſordes in vita: qm̃ vbi angulus ibi ſordes: vt dicit
Bern̄. Et debẽt habere veritatẽ in doctrina: qm̃ veri-
tas angulos non amat ſicut dicit hierony. Tertio qm̃
hec figura eſt oĩm figurarũ pulcherrima. Unde in hac
deus celeſtes creaturas fecit: per qᷓ ſignificat̃ ꝙ cleri
ci debẽt hr̃e pulchritudinẽ interius ĩ mẽte: ⁊ exteri⁹ in
cõuerſatiõe. Quarto qm̃ hec figura eſt oĩm figuraruꝫ
ſimpliciſſima. Nulla eñ figura vt dicit Aug. ex vna li
nea cõſiſtit. Sola circularis figura eſt q̃ vna tm̃ linea
claudit̃ p qᷓ ſignificat̃ ꝙ clerici hr̃e debent ſimplicita
tem columbaꝝ iuxta illud. Et ſimplices ſicut colũbe.

¶ De ſancto Mathia apoſtolo. xlv. A

Mathias hebraice: latine dr̃ donat⁹ dño: vel do-
natio dñi vel humilis ſiue paruul⁹. Nã donat⁹
a dño fuit qñ ipm̃ de mũdo elegit ⁊ inter ſeptua
ginta duos diſcipulos deſignauit: donatio dñi fuit qñ
ſorte electus inter apoſtolos nolari promeruit: paru⁹
fuit: qꝛ veram ſemp humilitatẽ ſeruauit. Eſt aũt tri
plex humilitas ſicut dicit Ambro. Prima eſt afflictio
nis qua quis dr̃ humiliatus. Scd̃a cõſiderationis q̃
pcedit ex conſideratione ſui. Tertia deuotionis q̃ pro
cedit ex cogitatione creatoris. Primã habuit beatus
Mathias martyrium patiendo. ſecũdã ſeipſum deſpi
ciendo. tertiã maieſtatem dei admirãdo: vel dr̃ a ma-
nu qᷓ eſt bonũ ⁊ thesis poſitio: inde Mathias bonuꝫ
poſitum pro malo. ſ. pro iuda. Eius vitam q̃ per eccliãs
legitur Beda ſcripſiſſe creditur. B.



Mathias apl's in locũ iude ſub-
ſtitut⁹ eſt: ſꝫ primo ortũ ⁊ origi
nẽ ipſi⁹ iude pditoris breuiter videa
mus. Legit̃ eñ in quadã hiſtoria: lꝫ
apocripha q̃ fuit q̃dã vir ĩ hierl'm no
mine rubẽ ꝙ̃ alio noĩe dict⁹ eſt ſimõ
de tribu dã: vel ſm̃ Hieroñ. De tribu
yſachar qᷓ habuit vxorẽ q̃ cyborea
nũcupata eſt: Quadã igit̃ nocte cuꝫ
ſibi mutuo debitũ exoluiſſent cybo-
rea obdormiẽs ſõniũ vidit ꝙ pterri-
ta cũ gemitib⁹ ⁊ ſuſpirijs viro ſuo retulit dicẽs. Uidẽ
batur mihi ꝙ filiũ flagitioſum parerem q̃ toti⁹ gẽtis
noſtre cauſa perditõis exiſteret. Cui ruben nephariã
inquit rẽ: nec relatu dignam pphatis ⁊ ſpũ ſeu puto
phitonico raperis. Cui illa. Si me cõcepiſſe ſenſero ⁊
filium peperero abſqꝫ dubio nõ ſpũs phitonic⁹ extitit:
ſꝫ reuelatio certa fuit. Procedẽte igit̃ tpe cũ filiũ pepe
riſſet parẽtes plurimũ timuerũt: ⁊ q̃d de eo facerẽt co
gitare ceperũt. Cũqꝫ filiũ abhorrerẽt occidere: nec vel
lent deſtructionẽ ſui generis enutrire: ipm̃ in fiſcella
poſitũ mari expoſuerũt. Quẽ maris fluctus ad inſulam
ptulerũt que ſcarioth dr̃. Ab illa igit̃ inſula iudas ſca
riotes appellatus eſt. Regina aũt illius loci carẽs li-

beris ad littus maris cã ſpaciãdi pceſſit: ⁊ fiſcellam a
marinis fluctib⁹ iactari vidẽs ipſam aperiri precepit
inueniẽſqꝫ ibi puerũ elegãtis forme ſuſpirãs ait. O ſi
ſolatijs tãte ſubleuarer ſobolis ne regni mei priuarer
ſucceſſore. Puerũ igit̃ ſecreto nutriri fecit ⁊ ſe grauidã
ſimulauit. Tãdẽ ſe filiũ peperiſſe mentit̃: ⁊ per totũ re
gnũ fama hec celebris diuulgat̃. Princeps p ſuſcepta
ſobole vehemẽter exultat: ⁊ ingẽti gaudio plebs letat̃
Ipm̃ igit̃ ſm̃ magnificẽtiam regiã regina educari fe-
cit. Nõ poſt multũ vo tp̃s regina de rege cõcepit ⁊ ſuo
tpe filiũ parturiuit. Cũ aũt pueri aliquãtulũ iã creuiſ-
ſent adinuicẽ ſepius colludebant: ⁊ puerũ regiũ iudas
crebris moleſtijs ⁊ iniurijs moleſtabat: ⁊ ad fletum ſe
pius puocabat. Regina aũt hoc moleſte ferẽs ⁊ iudaꝫ
ad ſe nõ ptinere ſciẽs ipm̃ crebri⁹ verberabat: ſed nec
ſic a moleſtia pueri deſiſtebat. Tãdẽ res pꝺdit̃: iudas
nõ ver⁹ regine fili⁹: ſꝫ inuẽtus fuiſſe aperit̃: qᷓ iudas
vt cõperit vehemẽter erubuit ⁊ fratrẽ ſuũ putatiuuꝫ fi-
liũ regis latenter occidit. Ob hoc capitalem ſniam ti
mẽs cũ tributarijs in hierl'm aufugit: ſeqꝫ curie pilati
tũc preſidis mãcipauit. Et qm̃ res ſiles ſibi ſunt habi-
les. Pilatus iudã ſuis morib⁹ inuenit cõgruere: et tõ
cepit ipm̃ valde charũ hr̃e. Uniuerſe igit̃ curie pilati
iudas preficitur: ⁊ ad eius nutũ oĩa diſponunt̃. Qua-
dã igit̃ die pilatus de palatio ſuo in quoddã pomeriuꝫ
aſpiciẽs: illoꝝ pomoꝝ tanto deſiderio captus eſt: vt pe
ne deficere videret̃. Erat aũt illud pomeriũ Rubẽ pa-
tris Jude: ſed nec iudas patrẽ neqꝫ Ruben filiũ agno-
ſcebat: qꝛ ⁊ ruben ipm̃ in marinis fluctib⁹ periiſſe pu
tabat: ⁊ iudas quis pr̃ aut q̃ patria ſua fuerit penitus
ignorabat. Pilatus atqꝫ accerſito iuda ait. Tãto illo
rũ fructuũ capt⁹ ſum deſiderio ꝙ ſi his fruſtratus fue
ro ſpm̃ exalabo. Cõcitus igit̃ Judas in pomeriũ inſi-
lijt ⁊ velocius mala carpit. Interea Ruben venit ⁊ iu
dam mala ſua carpẽtẽ inuenit. Fortiter igitur ambo
contẽdũt ⁊ iurgia ſupaddũt. Poſt iurgia ſurgũt ad ver-
bera ⁊ mutuis ſe iniurijs affecerũt. Tandẽ iudas Ru-
bẽ in ea parte qua ceruix collo cõnectit̃ lapide pcuſſit
pariter ⁊ occidit. Poma igit̃ ſuſtulit ⁊ pilato q̃d acci-
derit enarrauit. Iã die inclinãte ⁊ nocte ſupueniẽte ru
bẽ mortuus inuenit̃: ſubitanea morte preuentus eẽ pu
tat̃. Tũc pilat⁹ oẽs facultates rubẽ iude tradidit ⁊ cy
boreã vxorẽ rubẽ ĩ ꝯiugẽ iude ei dedit. Quadã igit̃ die
dũ cyborea grauit̃ ſuſpiraret ⁊ iudas vir ei⁹ q̃d haberet
diligẽter interrogaret: illa rñdit. Heu infeliciſſima ſuꝫ
oĩm feminarũ: qꝛ infantulũ meũ marinis fluctib⁹ im
merſi: ⁊ virũ meũ morte pueтũ inueni: ſed ⁊ dolori mi
ſere Pilat⁹ addit dolorẽ q̃ me meſtiſſimã nuptui tra-
didit ⁊ inuitiſſimã tibi in cõiugiũ copulauit. Cũqꝫ illa
oĩa de illo ifantulo enarraſſet: ⁊ iudas illa q̃ ſibi acci-
derãt retuliſſet inuẽtũ eſt ꝙ iudas matrẽ ſuã in vxorem
duxerat: ⁊ ꝙ patrẽ ſuũ occiderit. Penitẽtia igit̃ duct⁹ ſua-
dẽte cyborea dñm nr̃m ieſum xp̃m adijt: ⁊ ſuoꝝ delicto
rũ veniã implorauit. Hucuſqꝫ in predicta hiſtoria apo
cripha legit̃: q̃ vtrũ recitanda ſit lectoris arbitrio reli
quat̃: lꝫ ſit potius relinquẽda ꝙ̃ aſſerenda. Dñs aũt eũ
ſuũ fecit diſcipulũ: ⁊ de diſciplo in ſuũ elegit aplm̃. qui
adeo ſibi familiaris extitit ⁊ dilect⁹ vt eũ faceret ſuuꝫ
pcuratorẽ quem poſtmodũ pertulit ſuũ pditorẽ. Por
tabat eñ loculos ⁊ ea que xp̃o dabantur furabat̃. Do-
lens vero tpe dñice paſſionis ꝙ vnguentum qᷓ tricen
tos denarios valebat nõ fuerat venditũ vt illos etiaꝫ
denarios furaretur: ⁊ abijt ⁊ dominũ. xxx. denarijs vẽ-
didit quoruꝫ vnuſquiſqꝫ valebat decem denarios vſua
les: ⁊ ſic dãnũ trecentorum denarioꝝ recompẽſauit.

Uel vt qdā aiūt olim q̄ xp̄o dabant decimā partē furabat: ⁊ iō ꝓ decima parte quā in vnguēto amiſerat.ſ.ꝑ xxx.denarijs dn̄m vendidit. Quos tn̄ pn̄ia ductus retulit: ⁊ abiēs laq̄o ſe ſuſpēdit ⁊ ſuſpēſus crepuit medi⁹ ⁊ diffuſa ſunt viſcera ei⁹. In hoc aūt delatū eſt ori: ne ꝑ os offenderet. Nā nō erat dignū vt os tā viliter inq̄naret qd tā glioſum os.ſ.xp̄i cōtigerat. Dignuꝫ etiā erat vt viſcera q̄ ꝓditionē ↄceperāt rupta caderēt ⁊ guttur a quo vox ꝓditionis exierat laq̄o artaret. In aere etiā interijt vt q̄ angelos in celo ⁊ hoīes in terra offenderat: ab angeloꝝ ⁊ hoīm regione ſepararet: ⁊ in aere cum demonib⁹ ſociaret. C. ¶ Cū igit̄ inter aſcēſionē ⁊ pentecoſtē apl'i in cenaculo ſimul eſſent: vidēs petrus qd nūer⁹.xij.aploꝝ erat diminut⁹ quos tn̄ dn̄s in hoc nūero elegerat: vt fidē trinitatis in quatuor mūdi partib⁹ ꝑdicarēt ſurrexit ī medio fratrū dicēs. Uiri fr̄es oportet aliquē loco iude ſubſtituam⁹: q̄ teſtet̄ nobiſcū reſurrectionē xp̄i: q2 dn̄s dixit nobis. Eritis mihi teſtes ī hieruſalē ⁊ in oī iudea ⁊ ſamaria ⁊ vſq3 ad vltimū terre: q2 teſtis nō niſi de his q̄ vidit dꝫ teſtimoniū ferre eligēdus eſt vn⁹ ex his viris q̄ nobiſcū ſemꝑ fuerūt dn̄i miracula viderūt ⁊ eius doctrinā audierūt. Et ſtatuerūt duos de ſeptuaginta duob⁹ diſcipulis.ſ. Joſeph qui cognominatus eſt iuſtus ꝓ ſanctitate ſua q̄ fuit frater iacobi alphei ⁊ mathiā de cuius laude ſubticet̄ q2 ſufficit ei ꝓ laude q̄ in aplm̄ eſt electus: ⁊ orantes dixerūt Tu dn̄e q̄ noſti corda oīm oſtn̄de quem elegeris ex his duobus accipere locū miniſterij huius ⁊ apoſtolatus quē iudas amiſit. Et datis illis ſortib⁹ cecidit ſors ſuꝑ mathiā: ⁊ annumeratus eſt cū.xj.aplis. Et notandū q̄ exēplo hoc vt ait Hiero. nō eſt ſortib⁹ vtēdū: q2 priuilegia paucoꝝ cōem legē nō faciūt. Rurſus etiā ſicut ait Beda donec veniret veritas figuram licuit obſeruare Uera eīn hoſtia in paſſione fuit immolata: ſꝫ in pentecoſte cōſummata. Et ideo in electione mathie ſortib⁹ vſi ſunt ꝑne a lege diſcreparēt: ī qua ſummus ſacerdos ſorte q̄rebat̄. Poſt pentecoſtē xō iā veritate propalata ſeptē diacones nō ſorte ſꝫ diſcipuloꝝ electione ⁊ apoſtoloꝝ oratiōe: ⁊ manuū impoſitione ordinati ſunt cuiuſmodi aūt he ſortes fuerint due ſanctoꝝ patrū cōtrariū ſnīe. Hiero. eīn ⁊ Beda volūt q̄ he ſortes tales fuerūt quales ille quarū in veteri lege creberrim⁹ vſus erat. Dionyſius aūt q̄ fuit pauli diſcipulus irreligioſū eſtimat hoc arbitrari aſſerens ſibi videri q̄ illa ſors nihil aliud fuerit niſi quidā ſplendor ⁊ radius diuinit⁹ ſuꝑ mathiā emiſſus: ꝑ quē ipſe oſtēdebat̄ in aplm̄ aſſumendus. Ait eīn ſic in lib. eccl'ia. hierarch. De diuina autēꝫ ſorte q̄ ſuꝑ mathiā diuinitus cecidit: alij qdā alia dixerūt nō religioſe ſicut arbitror: meā aūt ⁊ ipſe intentionē dicam. Uident̄ eīn mihi eloq̄a ſortē noīare hierarchicū quoddā donū demonſtrās illi hierarchico choro a diuina electione ſuſceptū. Hic igit̄ mathias apls iudeam in ſortem accepit: ⁊ predicationi ibidē inſiſtens ⁊ multa miracula faciēs in pace q̄euit. In nōnullis vero codicibus legit̄ q̄ patibulum crucis pertulit: ⁊ tali martyrio coronatus celos aſcendit. Huius corpus rome in eccleſia ſancte marie maioris ſub lapide porphiretico ſepultum eſſe dr̄: ⁊ ibidē caput eius ꝑplo dmōſtrat̄. D. ¶ In q̄dā vero legēda q̄ treueris inuenit̄: ſic inter cetera legit̄. Mathias de tribu Juda ⁊ ciuitate Bethleē illuſtri ꝓſapia oriundus fuit. Qui literis traditus oēm in breui legis ⁊ prophetarū ſciētiā apprehēdit. Laſciuiam quoq3 abhorrens pueriles annos moꝝ maturitate vincebat. Informabat̄ quoq3 eius aīus ad virtutē vt eſſet ad intelligentiam habilis ad miaꝫ facilis: in ꝓſperis nō elat⁹: in aduerſis cōſtās ⁊ intrepidus. Satagebat vt qd iuſſu ꝑceperat ope cōpleret: et oris doctrinā manuū operatione mōſtraret. Hic cū ꝑ iudeā ꝑdicaret cecos illuminabat: leproſos mūdabat: demōes expellebat: claudis greſſum: ſurdis auditūꝫ: mortuis vitā reſtituebat. Qui cū corā pōtifice accuſaret ī multis r̄ndit de obiectis q̄ crimīa dicitis nō opꝫ me multa dicere qm̄ xp̄ianū eē nō eſt crimē ſed glīe. Cui pōtifex. Si tibi dant̄ inducie vis penitere. Et ille Abſit vt a veritate quā ſemel inueni ꝑ apoſtaſiā digrediar. Igit̄ mathias ī lege erat doctiſſim⁹: corde mūd⁹ aīo prudēs: in ſoluēdis q̄ōnib⁹ ſacre ſcripture acutus in cōſilio ꝓuidus: in ſermocinatione expedit⁹. Qui cū xbū dei ꝑ iudeā ꝑdicaret multos ſignis ⁊ ꝓdigijs conuertebat. Uñ iudei inuidētes ipm̄ in cōſilio ſtatuerūt. Duo ergo falſi teſtes q̄ ipm̄ accuſauerāt primo in ipm̄ lapides miſerūt: quos lapides in teſtimoniū illis ſecū petijt ſepeliri. Qui dū lapidaret̄ ſecuri more romano ꝑcutit̄: ⁊ extēſis in celū manibus ſpm̄ dn̄o reddidit. Et ſubdit̄ ibidē. Cuius corpus de iudea romā ⁊ inde treuerim eſt trāſlatū. E. ¶ In q̄dā xō alia legēda legit̄ q̄ dū mathias in macedoniā aduenīſſet: ⁊ fidē xp̄i ꝑdicaret quādā potionē toxicatā q̄ viſu cūctos priuabat ſibi dederūt: quā in xp̄i noīe bibit ⁊ nullā leſionē incurrit. Et cū illa potiōe plus q̄.cc.l. excecaſſent: ille ſingulis manū īponēs oēs illuminauit. Diabol⁹ aūt in ſilitudine infantis eis apparēs ſuaſit vt mathiā occiderēt: q̄ coꝝ cultū euacuaret ⁊ cū ipſe in medio coꝝ cōſiſteret: trib⁹ tn̄ dieb⁹ eū q̄rētes minime inuenerūt. Tertia autē die ſe eis manifeſtās dixit. Ego ſum quem manibus poſt tergū ligatis ⁊ fune collo impoſito crudeliter affixerūt ⁊ ſic in carcere recluſerunt. Ubi demones apparētes dētib⁹ in eū fremebāt: ſed appropinquare nō poterāt. Dn̄s aūt cū multo lumine ad eū veniēs ipm̄ de terra leuauit ⁊ vincula ſoluēs ⁊ dulciter cōfortās oſtium aperuit. Qui egreſſus verbū dei ꝑdicauit. Cū aūt q̄dā obſtinati ꝑſiſterēt dixit eis. Denūtio vobis q̄ viui ī infernū deſcēdetis. Moxq3 terra ſe aperuit ⁊ cūctos illos deglutiuit: reliqui vero ad dn̄m ſunt conuerſi.

¶ De ſancto gregorio. xlvj. A.

Gregorius dr̄ a grege ⁊ gore qd eſt predicare ſiue dicere: vñ Gregori⁹ quaſi gregis ꝑdicator. Uel dicit̄ gregorius quaſi egregorius ab egregius ⁊ gore quaſi egregius predicator ⁊ doctor. Uel gregorius in ligua noſtra vigilās ſonat: q2 ipſe vigilauit ſibi deo ⁊ gregi. Sibi per mūdicie cōſeruationē: deo per internā cōtemplationem: gregi ꝑ aſſiduā predicationē ⁊ hecrūs merentur dei viſionē. Aug. in lib. de ordine. Is videt deū q̄ bn̄ viuit bene ſtudet ⁊ bene orat. Eius vitam ſcripſit paulus longobardorū hiſtoriographus quā Joannes diaconus diligentius poſtmodum cōpilauit. B



Gregorius ſenatoria ſtirpe progenitus: cuius pater gordianus et mater ſiluia dicebat̄. Cū ſummū philoſophie apicem in ipſa ſui adoleſcentia attigiſſet: ac rerū diuitiarum copia plurimū abundaret: cogitauit tn̄ hec oīa deſerere: ⁊ in religionē ſe transferre. Sed dum longius conuerſionē ꝑtraheret: ⁊ vt tutius ſe xp̄o famulaturum putaret ſi ſub pretoris vrbani habitu mundo ſpecietenus deſeruiret ceperunt multa contra eū ex ſeculi cura ſuccreſcere: ita vt non tm̄ ſpecie: ſed in eo retineret̄ ⁊ mente. Tandeꝫ patre orbatus ſex monaſteria in ſicilia cōſtruxit: ſepti-

mū intra menia vrbis ſub honore ſancti Andree apl'i
ꝓprio dogm ate fabricauit. In quo relictis ſericis au
ro gemiſqꝫ radiantibus vili monaſtico habitu tegeba
tur. Ubi ad tantā pfectionē in breui deuenit: vt in ipſo
ſue cōuerſionis initio poſſet iā in perfectoꝝ numero cō
putari. Cuius quidē pfectio ex verbis ſuis q̄ in prolo=
go ſuper dialogū ponit aliqualiter perpēdi pōt: vbi ſic
dixit. Infelix animus meꝰ occupationis ſue pulſatus
vulnere: meminit qualis aliqñ in monaſterio fuit quō
ei labētia cūcta ſubter erāt: q̄ rebus oībꝰ q̄ voluunt
eminebat: qꝫ nulla niſi celeſtia cogitare cōſueuerat: qꝺ
etiā retentus corpore ipſa iā carnis clauſtra cōtempla
tione tranſibat: qꝫ mortē quoqꝫ q̄ pene cūctis pena eſt:
vtꝫ vt ingreſſum vite ⁊ premiū laboris ſui amabat. Tā
ta deniqꝫ diſtrictione corpus ſuum afflixit vt infirma=
to ſtomacho ſuſtinere vix valeret: ⁊ inciſionē vitalium
quā greci ſincopim vocāt patiēs crebris anguſtijs per
horarū momēta ad exitum propinquaret. Quadā vi=
ce dū quidā in monaſterio ſuo vbi abbas preerat ſcri=
ptitaret angelus dñi in ſpecie naufragi ſibi affuit: ſibi=
qꝫ miſereri lachrymabilr poſtulauit. cui cū Gregoriꝰ
ſex argēteos dari feciſſet ⁊ abijſſet eadē die iterū rediit
ſeqꝫ multa pdidiſſe: pauca xo recepiſſe perhibuit. qui
cū ab eo totidē argenteos recepiſſet itez vice tertia re
uerſus miſereri ſibi importunis clamoribꝰ poſtulabat
Sed Greg. cū a ꝓcuratore ſui monaſterij didiciſſet ni=
hil dandū preter ſcutellā argenteam quā mr̄ ſua cū le
guminibus mittere ſolebat in monaſterio remanſiſſe
illā ſtatim dari p̄cepit. Quā ille libēter accipiens letꝰ
abſceſſit. Hic aūt angelus dñi fuit ſicut ſe ſibi poſtmo=
dū reuelauit. C. ¶ Quadā die btūs Greg. ꝑ forū vrbis
romane trāſiens cernit quoſdā pueros forma pulcher
rimos: vultu venuſtos: capilloꝝ nitore pſpicuos eē ve
nales. Interrogat igit̃ mercatorē de qua illos patria at=
tuliſſet. Qui r̄ndit. De britānia cuius incole ſiīt cando
re refulgēt. Interrogat itez ſi xp̄iani ſunt. Cui merca=
tor. Nō: ſed daganicis erroribus implicati tenent̃. Tūc
Grego. acriter ingemiſcēs: heu prochdolor inq̄t quam
ſplēdidas facies princeps tenebraꝝ nunc poſſidet. In=
terrogat inſup qꝺ eſſet vocabulū gētis illius. Cui ille
Anglici vocant̃. Bene inquit anglici quaſi Angelici:
qꝛ angelicos vultus habēt. Interrogauit iterū euz qꝺ
nomen haberet illa prouincia: ait mercator. Prouin=
ciales illi deiri vocant̃: Et Grego. Bene inq̄t deiri vo=
cant̃: qꝛ de ira ſunt eruēdi. Ruſus de nomine regis in
terrogante. Ait mercator qꝫ aelle diceret̃: ⁊ gregorius
bene aelle: qꝛ alleluya in partibus illis decātari opor
tet. Qui mox ad ſummū pōtificē accedēs cū multa in
ſtantia ⁊ precibus vix obtinuit vt ad illos cōuertēdos
mitteret̃. Cūqꝫ iā iter arripuiſſet romani de eiꝰ abſen=
tia plurimū ꝑturbati papā adeūt: ⁊ eū taľr alloquūtur
Petrū offendiſti romā deſtruxiſti: gregorium demiſi=
ſti. Sicqꝫ papa perterritꝰ ad eū reuocādū cōtinuo nun
tios deſtinauit. Hicqꝫ greg. iam iter triū dierū ꝑegiſſet
⁊ in quodā loco diuertēs qdam ceteris quieſcētibus le
ctitaret locuſta ſuperueniēs cum coegit a legēdo quie
ſcere ⁊ ex cōſideratione ſui nois docuit eū in eodē loco
ſtare debere. Qꝺ ille ſpū prophetico dicens ſtatim co=
mites adhortat̃: vt velociꝰ debeāt ꝓficiſci. Sed ſuque=
nientibus apoſtolicis nūtijs redire cōpellit̃: lꝫ de hoc
plurimū triſtaret̃. Tūc papa ipm̄ a monaſterio ſuo ab
ſtraxit: ⁊ ſuum diaconē cardinalē ordiauit. D. ¶ Quo
dam tp̄e tyberis fluuius alueū ſuū egreſſus intantum
excreuit: vt ſup muros vrbis influeret: ⁊ plurimas do=
mos euerteret. Tūc etiā per tyberiz fluuiū multitudo
ſerpētū cū dracone magno in mare deſcendit. Sꝫ a flu
ctibus preſocati ⁊ ad littus ꝓiecti totū aerē ſua putre
dine corruperāt. Sicqꝫ plaga peſſima quā inguinariaꝫ
vocāt ſecuta eſt: ita vt ēt corꝑali viſu ſagitte celitꝰ veni
re ⁊ ſingulos quoſqꝫ ꝑcutere viderent̃. Que primo oīꝫ
pelagiū papā ꝑcuſſit ⁊ ſine mora extinxit. Poſtmodū
vero ita in reliquū vulgus deſeuit: vt ſubtractis habi
tatoribus domos plurimas vacuas in vrbe reliq̄rit. ſꝫ
qꝛ eccl'ia dei ſine rectore eſſe nō poterat Gregoriū lꝫ to
tis viribꝰ retinentem plebs oīs elegit. Cum ergo bn̄=
dici deberet ⁊ lues pplm̄ deuaſtaret ſermonē ad popu
lū fecit proceſſionē faciēs letanias inſtituit vt oēs deū
attētius exorarēt admonuit. Cū igit̃ deum oīs cōgre=
gatus ppl's exoraret intrā lues ipſa deſeuit: vt in vna
hora. xc. hoīes ſpm̄ exalarent. Sed neq̄q̄ ceſſauit ppl'ꝫ
admonere vt ab oꝛone nunq̄ deſiſteret donec peſtem
ipſam diuina ꝓpulſaret miſeratio. Finita ꝓceſſiōe fu
gere voluit: ſꝫ nequiit: qꝛ die noctuqꝫ portas vrbis pro
pter eū vigiles obſeruabāt. Tādē mutato habitu a q̄=
buſdā negociatoribus obtinuit vt in quodaꝫ dolio ſup
quadrigā de vrbe educeret̃. Qui mox ſiluā expetijt ca=
uernaꝝ: latibula requiſiuit: ibiqꝫ tribus diebꝰ latuit ve=
rūtū dū ſolicite quereret̃ colūna lucis ꝑfulgida a celo
depēdēs ſup locū in quo latitabat apparuit i qua colū
na angelos deſcēdentes ⁊ aſcēdētes q̄dā recluſus aſpe
xit. Moxqꝫ ab vniuerſo pplo capit̃: trahit̃: ⁊ ſummꝰ pō
tifex cōſecrat̃. Qꝺ xo ad hoc honoris culmen inuitus
aſcenderit: q̄ verba ſua legit patenter aduertit. Naꝫ in
ep'la ad narſum patriciū ſic ait. Dū cōtēplationis alta
deſcribitis: ruine mee mihi gemitū renouatis. Qꝛ au=
diui quid intus perdidi dū foras ad culmē regiminis
immeritus aſcēdi. Tāto autem me merore ꝑcuſſuꝫ co
gnoſcite: vt vix loqui ſufficiaꝫ. Nolite ergo me vocare
noemi. i. pulchrū: ſꝫ vocate me mara: qꝛ amaritudine
plenus ſum. Itē alibi qꝺ me ad ep'atus ordinē cogno=
ſcitis ꝑueniſſe ſi me diligitis plāgite: qꝛ ⁊ ego inceſſan
ter defleo atqꝫ vt deū ꝓ me exoretis rogo. In prologo
quoqꝫ ſup dialogū ſic ait. Et occaſione cure paſtoralis
animꝰ meus ſecularium hoīm negotia patit̃: ⁊ poſt tam
pulchrā ſue q̄etis ſpeciē terreni actus puluere fedatur
Perpēdo itaqꝫ q̄d tolero perpēdo q̄d amiſi. Dūqꝫ in=
tueor illud qꝺ ꝑdidi fit hoc grauius qꝺ porto. Ecce cū
nūc magni maris fluctibus quatuor atqꝫ in naui men
tis tēpeſtatis valide ꝓcellis illidor: ⁊ cuꝫ prioris vite
recolo quaſi poſt tergū ductis oculis viſo littore ſuſpi=
ro. Sed qꝛ romā adhuc predicta peſtis vaſtabat more
ſolito ꝓceſſionē cū letanijs per ciuitatis circuitū quo=
dā tp̄e paſchali ordinauit in qua imaginē beate marie
ſemper virginis q̄ adhuc vt aiunt eſt rome in eccleſia
q̄ dr̄ ſancta Maria maior quā Lucas arte medicꝰ ⁊ pi
ctor egregius formaſſe dr̄: ⁊ eidē virgini ſimilima per
oīa ꝑhibet̃ añ ꝓceſſionē reuerēter portare fecit. Et ec=
ce tota aeris infectio ⁊ turbulētia imagini ſedebat: ac
ſi ipſam imaginē fugeret ⁊ eiꝰ preſentiā ferre non poſ
ſet. Sicqꝫ poſt imaginē mira ſerenitas ⁊ aeris puritas
remanebat. Tunc in aere vt refert̃ iuxta imaginē au=
dite ſunt voces angelorum cātantium. Regina celi le=
tare alleluya: quia quem meruiſti portare alleluya: re
ſurrexit ſicut dixit alleluya. Statimqꝫ beatus Grego=
rius qꝺ ſequit̃ adiunxit. Ora pro nobis deū rogamus
alleluya. Tūc beatꝰ Greg. vidit ſupra caſtrū creſcentij
angelū dñi q̄ gladiū cruentatum detergēs in vaginaꝫ
remittebat. Intellexitqꝫ Grego. quod peſtis illa ceſſaſ
ſet ⁊ ſic factum eſt. Unde ⁊ caſtrum illud caſtrum an=
geli deinceps vocatum eſt. Tandem vt deſiderauerat

auguſtinū mellitū ⁊ ioānē cū qbuſdā alijs ī angliā mi
ſit ⁊ eos ſuis ꝓcib⁹ ⁊ meritis ad fidē ↄuertit. E. ¶ Tā
te etiā humilitatis beatus Greg. exſtitit vt ſe laudare
nullo mō ꝑmitteret. Nā ſtephano epō q̄ eū ī ſuis epl̄is
laudauerat ita ſcripſit. Multū mihi (vt vltra q̄ꝫ audire
debui indignus) fauorē in veſtris epl̄is demōſtratis.
Et tn̄ ſcriptū eſt. Ne laudes hoīez q̄diu viuit: tn̄ ⁊ au-
dire talia dign⁹ nō fui orōnib⁹ veſtris peto vt dignus
efficiar: vt ſi bona iō ī me dixiſti qꝛ nō ſunt iō ſint: qꝛ di
xiſtis. Item in epl̄a ad narſum patritiū q̄ cauſe ⁊ noīs
ſimilitudinē faciēdo ꝑ ſcripturas clauſulas declamatio-
neſq̄ꝫ formatis certe frater chariſſime ſimiā leonē vo
cas qđ eo mō vos agere cōſpicimus quo ſcabioſos ca-
tulos ſepe pardos vel tigres vocam⁹. In epl̄a ad ana-
ſtaſiū patriarchā antiochenū q̄ vos meos dn̄i lucernā
dicitis q̄ loquēdo multis ꝓdeſſe multiſq̄ꝫ poſſe lucere
ꝓhibetis exiſtimationē meā fateor mihi ī dubitationē
maximā ꝑduxiſtis. Cōſidero nāq̄ꝫ qui ſum ⁊ nihil me
ex hmōi boni ſigno deprehēdo. Cōſidero aūt q̄ eſtis et
vos mētiri poſſe nō arbitror. Cū ergo credere volo q̄
dicitis ↄ̄dicit mihi īfirmitas mea: cū diſputare volo q̄
in laude mea dr̄ cōtradicit mihi ſctītas veſtra. Sed q̄-
ſo vir ſctē nobis aliqd de hoc certamine nr̄o ↄueniat:
vt ſi nō qđ dicitis ita eſt: ſit ita qꝛ dicitis. Uocabula et
iactantia vel vanitatē ſonātia oīno reſpuebat. Un̄ eu-
logio patriarche alexādrino q̄ eū vniuerſalē papā vo-
cauerat ita ſcribit. In ꝑfatione epl̄e quā ad me direxi-
ſtis ſupbe appellatiōis verbū vniuerſalē me papā di-
cētes īprimere curauiſtis. Qđ peto dulciſſima ſctītas
vr̄a vltra nō faciat: qꝛ vobis ſubtrahit̄ qđ alteri pluſq̄ꝫ
rō exigat ꝑbetur. Ego eñ verbis ꝓſperari nō q̄ro: ſed
morib⁹ nec honorē eſſe reputo in q̄ fratres honorē ſuū
ꝑdere cognoſco. Recedāt ergo vba q̄ vanitatē inflant
charitatē vulnerāt. Hinc eſt cū ioānes epō conſtanti-
nopolitanus hoc vocabulū vanitatis ſibi vſurparet: ⁊
ſe vniuerſalē papā vocari fraudulēter a ſynodo obti-
nuiſſet inter cetera ſic de eo ſcribit Greg. Quis eſt iſte
q̄ cōtra ſtatuta euangelica: cōtra canonū decreta nouū
ſibi nomē vſurpare ꝑſumit: vt vel ſibi ſine īminutiōe
ſit vnus q̄ eſſe appetit vniuerſus. Uerbū etiā iuſſiōis
ſibi a coepīs dici nolebat. Un̄ ait in epl̄a ad eulogium
epm̄ alexādrinū. Ueſtra mihi charitas loquit̄ dicens.
Sicut iuſſiſtis. Qđ verbū iuſſiōis peto a meo auditu
remoueri: qꝛ ſcio q̄ ſiſ ⁊ q̄ eſtis. Loco eñ mihi fratres
eſtis morib⁹ patres. Inſuꝑ ob nimiā humilitatez qua
erat ꝑdict⁹ nolebat q̄ matrone ſe āncillas ſuas dicerēt.
Un̄ ruſticane patricie ſcribēs ait. Unū ī tuis epl̄is egre
ſuſcepi: qꝛ qđ ſemel eſſe poterat ſepius dicebat̄ ancilla
vr̄a ⁊ ancilla vr̄a. Ego eñ q̄ ꝑ epātus onera oīm ſeru⁹
ſum factus qua rōne te mihi ancillā dicis: cui⁹ aū epi-
ſcopatū ſuſceptū ꝓprius fui? Et ideo rogo ꝑ oīpotentē
deū ne hoc verbū aliqñ ad me in ſcriptis tuis inueniā.
Prim⁹ ī ſuis epl̄is ſe ſeruū ſeruoꝝ dei noīauit ⁊ alios
nominari inſtituit. Libros ſuos dū adhuc viueret ob
nimiā humilitatē publicari nolebat: ⁊ ī alioꝝ cōpara-
tione ſuos nihil valere exiſtimabat: Un̄ innocētio ꝑfe-
cto aphrice ſic ſcribit. Qđ expoſitionē. ſ. iob vobis trāſ
mitti voluiſtis veſtro ſtudio congaudem⁹. Sed ſi deli-
tioſo cupitis pabulo ſaginari: btī auguſtini cōpatrioti
veſtri opuſcula legite: ⁊ ad cōparationem illius ſimi-
laginis noſtrum furfurem nō q̄ratis. Neq̄ꝫ eñ volo
dū in hac carne ſum ſi qua dixiſti me cōtingit ea facile
hoībus innoteſci. F. ¶ Legit̄ quoq̄ꝫ in quodā libro de
greco ī latinū trāſlato q̄ qdā ſctūs pater noīe abbas
ioānes cū romā ad viſitandū apl̄oꝝ limina veniſſet:

⁊ beatū Grego. papā ꝑ mediū ciuitatis trāſire videret
voluit ei occurrere: ac vt dicebat reuerentiā exhibere.
Cernēs vero btūs greg. q̄ ſe in terrā vellet ꝓſternere
feſtinauit ⁊ primo ſe corā ipō in terrā ꝓſtrauit: nec in-
de ſurrexit quouſq̄ꝫ abbas primo ſurrexit in quo maxi-
ma ei⁹ hūilitas cōmēdat̄. Tāte aūt largitatis eleemo
ſynarū extitit vt nō ſolū ꝑñtibus ſed etiā lōge poſitis
⁊ in mōte ſynai monachis neceſſaria miniſtraret. Nā
oīm indigētiū noīa ſcripta habebat ⁊ eis liberalr̄ ſub-
ueniebat. Monaſteriū hieroſolymis inſtituit: ⁊ dei fa
mulis illic degētib⁹ neceſſaria mittere ꝓcurauit. Tri-
bus quoq̄ꝫ milib⁹ āncillis dei ꝓ q̄tidianis ſtipēdijs octo
ginta libras auri ānualiter offerebat quotidie etiā ad
ſuā mēſaz peregrinos quoſlibet īuitabat. Inter quos
die quadā vn⁹ acceſſit: ī cui⁹ manib⁹ dū ipſe ex humi-
litate aquā fundere vellet cōuerſus vrceū accepit: ſꝫ re
pēte eū in cuius manib⁹ aquā fundere volebat nō in-
uenit. Cūq̄ꝫ hoc factū ſecū ipē miraret̄ eadē nocte dñs
ꝑ viſionē ei dixit. Ceteris dieb⁹ me ī mēbris meis he-
ſterno aūt die me in memetipſo ſuſcepiſti. Alio q̄ꝫ tpe
ꝑcepit cācellario vt. xij. peregrinos ad prandiū inuita-
ret. qui ꝑgens iuſſa cōpleuit. Dū aūt ſimul diſcūberent
intuens papa. xiij. numerauit. Et acceſſito cancellario:
cur cōtra ſuā iuſſionē. xiij. īuitare ꝑſumpſerat inq̄ſiuit
quos cācellari⁹ numerās ⁊ tm̄. xij. inueniēs ait. Crede
mi pater nō ſunt niſi. xij. Aduertit Grego. virum pro
pius diſcūbentē vultū crebro mutare ⁊ nūc adoleſcen-
tē: nūc vō ſibi vētulū venerāda qdā canitie ſimulare.
Finito igit̄ ↄuiuio illū in cubiculo duxit vehementer
adiurās vt ei ſe nomēq̄ꝫ ſuū ꝓdere dignaret̄. q̄ rn̄dens
ait. Et cur īterrogas de noīe meo qđ eſt mirabile. Ue-
rūtn̄ ſcito qꝛ ego ſum naufragus ille cui ſcutelā argen
teā tribuiſti quā tibi miſerat cū leguminib⁹ mater tua.
Et hoc tibi ꝓ certo ſit cognitū: qꝛ ab illo die quo mihi
dediſti deſtinauit te dñs fieri eccl̄ie ſue ꝑſulē et Petri
apl̄i ſucceſſorē. Cui grego. Et tu qūo hoc noſti q̄ tunc
me dñs ꝑeſſe ſue eccl̄ie deſtinauerit. At ille. qꝛ ange-
lus eius ſum: ⁊ me tibi dñs nūc remiſit: vt te ſemꝑ de-
beā ꝓtegere ⁊ omne qđ petieris ꝑ me apud ipꝫ valeas
īpetrare ſtatimq̄ꝫ ab eo diſparuit. G. ¶ Eo tpe fuit q̄-
dā eremita vir magne virtutis q̄ oīa ꝓpter deū reliq̄-
rat: ⁊ nil ꝑter vnā carthā poſſidebat quā blādiens cre
bro quaſi cohabitatricē ī ſuis gremijs refouebat. Ora
uit igit̄ ad deū: vt ſibi oſtēdere dignaret̄: cū quo futu-
re remunerationis māſionē ſperare debuiſſet: q̄ illius
amore nil ex diuitijs hui⁹ ſeculi poſſideret. quadā igit̄
nocte ſibi reuelat̄ q̄ cū greg. romano pōtifice māſiōez
ſibi ſperare deberet. At ille fortiter īgemiſcēs parū ſi-
bi volūtariā paupertatē profuiſſe putabat: ſi cū eo re-
muneratiōnē recipet q̄ tātis mūdialib⁹ diuitijs abun
daret. Cū ergo gregorij diuitias ſue paupertati die no
ctuq̄ꝫ ſuſpirādo cōferret alia nocte audiuit dñm ſibi di
cētē. Cū diuitē nō poſſeſſio diuitiarū: ſꝫ cupido faciat.
Cur audes paupꝫtatē tuā gregorij diuitijs cōparare q̄
magis illā cartham quā habes quotidie palpādo di-
ligere cōprobaris q̄ ille tātas diuitias quas nō amā-
do: ſed cōtēnendo cunctiſq̄ꝫ liberaliter largiendo diſ-
pergit. Itaq̄ꝫ ſolitarius deo gratias retulit. Et qui me
ritum ſuum decreuiſſe putauerat ſi gregorio conferre-
tur orare cepit: vt cum eo māſionē qñq̄ꝫ percipere me-
reretur. H. ¶ Cū apud mauriciū imperatorez ⁊ filios
eius ſuꝑ morte cuiuſdā epī falſo accuſaretur: ſic ait in
epiſtola quā apocriſario mittit. Unum eſt qđ breuiter
ſuggeras dñis meis: qꝛ ſi ego ſeruus eoꝝ in mortē lō-
gobardoꝝ vel damnū me miſcere voluiſſem: hodie lō-

Qui iratus q̄ ſine abſolutiōe mortuus fuerat orōnē ī pictatio ſcripſit:q̄ eū ab excōicatiōis vīclo abſoluebat dedit q̄ eā vni diaconoꝝ p̄cipiēs vt eā ſuper foueā fratris defuncti legeret. Quo iuſſa cōplente ſequēti nocte q̄ defunct⁹ fuerat abbati apparuit:⁊ ſe vſq̄ mō ī cuſtodia detētum:ſed heri abſolutū fuiſſe perhibuit. ꝶ. ¶ Offm̄ ⁊ cātū eccl'iaſticū:necnō ⁊ ſcholā cātoꝝ inſtituit:⁊ p̄ hoc duo habitacula vnū iuxta baſilicā ſctī petri:alterū iuxta lateranēſ. eccl'iam fabricauit. Ubi vſq̄ hodie lect⁹ ei⁹ quo recūbēs modulabat̄ ⁊ flagellū eius q̄ pueris minabat̄ cū antiphonario autētico veneratiōe ɔgrua reſeruant̄. In canone appoſuit. Dieſq̄ nr̄os in tua pace diſponas atq̄ ab eterna damnatione nos eripi ⁊ ī electoꝝ tuoꝝ iubeas grege numerari. Tādē btūs Greg. cū ſediſſet ānis.xiiij.meſib⁹.vj.⁊ diebus x.plen⁹ opib⁹ bonis migrauit a corpore. In cui⁹ tūba hi verſus ſcripti ſunt. Suſcipe terra tuo corp⁹ de corpe ſumptū. Reddere q̄d valeas viuificāte deo. Spūs aſtra petit leti nil iura nocebūt. Cui vite alterius mors magis ipſa via eſt. Pōtificis ſummi hoc claudunt̄ membra ſepulchro. Qui innumeris ſemp̄ viuit vbiq̄ bonis. Fluxerūt aūt anni ab incarnatiōe dñi.dcvj.ſub Foca imperatore. Poſt mortē btī Greg. regionē totā maxīa fames īuaſit:vn̄ paupes q̄s liberalr̄ Greg. paſcere ſolebat ad ſucceſſorem ſuū venientes dicebāt. Dñe q̄s pr̄ nr̄ Greg. ſolebat paſcere tua ſctitas fame nō ſinat perire. Quib⁹ ille papa īdignat⁹ ſp̄ talr̄ rn̄debat. Si gre. ad famā ſue laudis cūctos p̄p̄los curauit ſuſcipe:nos aūt nō poſſumus paſcere. Et ſic eos ſemp̄ vacuos remittebat. Cui ſctūs Greg. ter ei apparuit:⁊ eū blande de ſua tenacia ⁊ detractiōe redarguit:ſz ille ſe de nullo emendare curauit. Cui illi quarto apparēs terribilr̄ illū corripuit:⁊ in capite letalr̄ percuſſit. Cui⁹ dolore vexatus in breui vitā finiuit. Dū aūt adhuc p̄dicta fames inſtaret q̄dā inuidi ceperūt Greg. detrahere aſſerētes q̄ totū theſaurū eccl'ie tā ꝑ vir p̄dig⁹ ɔſumpſiſſet. Cui ob hui⁹ vindictā ad cōburēdos libros ſuos ceterorum aīos inclinarūt. Quoꝝ dū q̄ſdā cōbuſſiſſent ⁊ ceteros cōburere vellēt:petr⁹ diaconus eius familiariſſimus cū q̄ quatuor libros dialogoꝝ diſputauerat tradit̄ vehemētiſſime reſtitiſſe aſſerēs hoc ad eius delendā memoriā nil valere:cū in diuerſis mūdi partib⁹ exemplaria tenerent̄ adiūgēs immane ſacrilegiū eſſe tanti p̄ris tot ⁊ tales libros exurere ſup̄ cui⁹ caput ipſe ſpūs ſctūs in ſīlitudine colūbe frequētiſſime ɔſpexiſſet. Tādē eos hāc ſn̄iam adduxit vt ſi illud q̄d dixerat iureiurādo ɔfirmās mori ɔtinuo meruiſſet ipſi a libroꝝ exuſtiōe deſiſterēt. Si vero mori nō meruiſſet ſz ſupſtes ſui teſtimonij extitiſſet:ipſe quoq̄ cōbuſtorib⁹ manus daret. Fert̄ eñ Gregoriū ſibi dixiſſe q̄ ſi miraculū de viſione colūbe publicaret poſt hoc viuere nō valeret:itaq̄ cū apparatu diaconatus euāgelioꝝ librū baiulās venerabilis leuita Petr⁹ adueniēs mox vt tactis ſacroſctīs euāgelijs Grego. ſctītate teſtimoniū p̄hibuit a dolore mortis extrane⁹ ſpūm iter v̄ba vere cōfeſſiōis efflauit. ꝶ. ¶ Quidā monach⁹ monaſterij ſctī Gre. quodda penes ſe peculiū cōgregauit. būſ aūt Grego. alteri monacho apparēs dixit vt ſibi denūtiaret q̄ peculiū diſpgeret:⁊ pn̄iam ageret:q̄ die tertia eſſet moritur⁹. Q̄d ille audiēs vehemēter expauit:pn̄iam egit:⁊ peculiū reddidit. Morq̄ febrib⁹ adeo corrept⁹ eſt vt a diluculo diei tertie vſq̄ ad horā tertiā pre nimio incēdio linguā ab ore ɔiciēs vltimū flatū emittere videretur Sed cū circūſtātes monachi corā ipſo pſallerent pſalmodiā tādē interrūpētes ei detrahere ceperūt. Ille autē continuo reuiuiſcens ⁊ oculos ſubridendo ɔcutiens ait. Parcat vobis dñs fratres:quare mihi detrahere voluiſtis: Nā impedimētū mihi non modicū ḡnaſtis:q̄ tā a vobis q̄ a diabolo ſub vno tp̄e accuſatus neſciebā cui calūnie p̄rimitus rn̄derē. Sed ſi q̄n quēlibet mīgrātē videritis eidē nō detractionē:ſed ɔpaſſionē impendatis vtpote q̄ ad tā diſtricti iudicis cū criminatore ſuo iudiciū vadit. Nā ad iudiciū cum diabolo ſteti ⁊ adiuuāte ſctō Grego. cūctis ſuis obiectionibus bn̄ rn̄di. Tn̄ de vna obiectione cōuictus erubui ꝑ qua vt vidiſtis taliter ſum vexat⁹ ⁊ adhuc me nō potui liberare Cūq̄ de ea fratres req̄rerēt ait. Nō audeo dicere: quia cū ad vos a btō Greg. iuſſus ſum venire:diabolus de hoc plurimū eſt cōqueſtus pur ī o q̄ me ad pn̄iam agēdā pro cauſa illa de⁹ remitteret:quapropter btūm Gregoriū vadē dedi:ne cōmotā calūniam cuiliber reuelarē:morq̄ clamās dixit. O andrea andrea hoc anno pereas q̄ me prauo cōſilio ad hoc periculū cōpuliſti. Et ſtatim reuolutis terribilr̄ oculis expirauit. Erat aūt ī vrbe q̄dā noīe andreas q̄ eodē momēto q̄ ei monach⁹ moriēs periculū fuerat imp̄ecat⁹ in tā grauē morbū decidit:vt defluētibus carnibus conſumi poſſet:mori aūt nō poſſet. Tūc monachis monaſterij ſancti greg. cōuocatis cōfeſſus eſt q̄ cū p̄dicto monacho quaſdam monaſterij cartulas rapuiſſet:ac ſuſceptis p̄ciis extraneis tradidiſſet. Moxq̄ is qui dudū mori nō poterat īter verba ſue cōfeſſionis ſpūm exalauit. ꝶ. ¶ Eo tp̄e vt in vita ſctī Eugenij legit̄ dū adhuc ambroſianū offm̄ magis q̄ Gregorianū ab eccleſijs ſeruaret̄ Roman⁹ pontifex noīe adrian⁹ cōciliū cōuocauit:vbi ſtatutum eſt vt Gregorianū offm̄ deberet vniuerſalr̄ obſeruari. Cuius rei Karolus imperator executor exiſtēs:p̄ diuerſas diſcurrēs ꝓuincias minis ⁊ ſupplicijs oēs clericos ad hoc ipſum cogebat:⁊ libros Ambroſiani officij vbiq̄ cōburebat multoſq̄ clericos rebelles incarcerabat. Proficiſcens aūt beatus Eugenius ep̄s ad concilium inuenit ipſum conciliū per triduū iā ſolutū ſuaq̄ prudentia dn̄m papā ſic induxit:quod oēs prelatos q̄ concilio interfuerāt ⁊ iam per tres dietas receſſerāt reuocauit. Concilio igitur conuocato oīm patrum hec ſn̄ia vna fuit vt miſſale ambroſianū ⁊ gregorianū ſup̄ altare beati Petri ap̄li ponerent̄ ⁊ fores eccl'ie optime clauderent̄ ac plurimoꝝ ep̄oꝝ ſigillis diligentiſſime munirent̄. ⁊ ipſi tota nocte orōnibus inſiſterēt:vt dñs p̄ ſignū aliq̄d reuelaret q̄d hoꝝ ab eccleſijs magis ſeruari vellet. Sicq̄ per oīa vt ordinauerāt facietes mane ianuas eccleſie aperuerunt ⁊ vtrūq̄ miſſale ſup̄ altare apertū inuenerunt:vel vt alij aſſerūt miſſale gregorianum penitus diſſolutum ⁊ huc illucq̄ diſperſum inuenerunt:ambroſianum autem ſolūmodo apertum ſuper altare in eodem loco in quo poſuerāt repererūt quo ſigno diuinitus ſunt edocti vt Gregorianum officium deberet per mundum totum diſpergi:ambroſianum aūt tm̄ in ſua eccleſia obſeruari. Sicq̄ ſancti patres vt diuinitus edocti fuerant ſtatuerunt:⁊ ſic vſq̄ hodie obſeruatur. Narrat Joānes diacones qui vitā beati Gregorij compilauit q̄ dum vitam eius conſcriberet ⁊ cōpilaret quidā vir ſacerdotaliter inſignitus ei dormienti:⁊ ad laternam vt ſibi videbat̄ ſcribēti aſtitit. Cui deſuper cādidiſſima ⁊ adeo tenuiſſima veſtis erat:vt eius raritate nigredo ſubterioris tunice appareret. Hic propius acceſſit ⁊ inflatis buccis riſum continere non potuit. Cūq̄ Joānes eum interrogaret cur vir grauioris officij ſic diſſolute rideret:q̄ tu ſcribis d' mortuis quos viuentes nunquā vidiſti. Cui Joannes

Et ſi illum non nouerim facie: tñ de illo ſcribo que didici lectiõe. At ille. Tu inqt vt video ſicut voluiſti feciſti: τ ego q̃ facere potero non ceſſabo. Mox τ illi lumẽ laterne extinxit: τ adeo ipm̃ perterruit: vt vehemẽter exclamãs putaret ſe ab illo gladio iugulatũ. Mox qꝫ Gregorius affuit comitãte ſecũ dextrorſum btõ Nicolao: ſiniſtrorſum vero Petro diacono eiqꝫ dixit. Modice fidei quare dubitaſti. Cũqꝫ poſt cortinam lecti aduerſarius lataret Gregorius ex manu petri diaconi magnã facẽ quam tenere videbat arripiẽs eiuſqꝫ flãmis os faciẽqꝫ ipſiꝰ aduerſary exurẽs ad inſtar ethiopis denigrauit. Quedã aũt ſcintilla paruiſſima cadẽs in eiꝰ veſtẽ candidã ipſam dicto citius cõflagrauit: et ſic nigerrimꝰ totus apparuit. Dixitqꝫ Petrꝰ btõ greg. Satis denigrauimus eũ. Cui Greg. Nos illum nõ denigrauimus: ſed nigrum fuiſſe monſtrauimus. Sicqꝫ ibidem multo relicto lumine abierunt.

## De ſancto Longino. xlvij. A.



LOngiuꝰ fuit qdã centurio: qui cum alijs militibꝰ cruci dñi aſtans iuſſu pilati latus dñi lancea pforauit: et videns ſigna q̃ fiebant: ſole. ſ. obſcuratum τ terremotũ in xp̃m credidit maxime ex eo vt quidã dicũt q cũ ex infirmitate vel ſenectute eius oculi caligaſſent de ſanguine xp̃i p lãceã decurrente fortuitu oculos ſuos tetigit: et ꝯtinuo clare vidit. Unde renũtians militie τ ab apl'is inſtructus in ceſarea capadocie viginti octo annis monaſticã vitã duxit: τ verbo τ exẽplo ad fidẽ multos cõuertit. Cũ aũt a preſide tẽtꝰ fuiſſet: τ ſacrificare nollet: iuſſit p̃ſes oẽs dẽtes eiꝰ excuti τ linguaꝫ abſcindi. Lõginꝰ tñ ex hoc loqlã nõ pdidit: ſꝫ accepta ſecuri oĩa idola cõminuit τ fregit: dicẽs. Si dij ſunt videbimus. Demones aũt de idolis exeũtes in p̃ſidem τ in oẽs ſocios eius intrauerũt: τ inſaniẽtes τ latrantes ſe lõgini pedibꝰ ꝓſtrauerũt: τ ait Lõginꝰ demonibus. Cur habitatis in idolis. Qui rñderũt. Ubi nõ noĩatur xp̃s τ eiꝰ ſignũ nõ eſt poſitũ: ibi eſt habitatio nr̃a. Cũ ergo p̃ſes inſaniret τ oculos amiſiſſet. Dixit ei lõginus Scito q̃ ſanari nõ poteris niſi qñ me occideris: q cito cũ a te mortuus fuero pro te orabo: τ ſanitatem tibi corporis τ anime impetrabo: τ ſtatim eum decollari iuſſit. Poſt hoc abijt ad corpus eius τ proſtratꝰ cum lachrymis pniam egit: τ cõtinuo viſum τ ſanitatem recepit: τ in bonis operibus vitam finiuit.

## De ſancto Benedicto. xlviij. A.

BEnedictus dictus eſt vel quia multis benedixit: vel quia in hac vita multas benedictiões habuit: vel q: omnes bene dicebant de eo: vel quia eternã meruit benedictionem habere. Uitam eius ſanctus Gregorius ſcripſit.



BEnedictꝰ ex nurſia prouincia ortus cũ rome liberalibus ſtudijs traditus eſſet in ipſa ſ. infãcia litteras deſeruit τ deſertũ petere decreuit: quẽ nutrix ſua q̃ eũ tenerrime diligebat vſqꝫ in quedã locũ q̃ dr̃ e fide ſecuta eſt vbi ad purgandũ triticum mutuo capiſteriũ petijt: ſꝫ ſup menſam icaute ponẽs cũ corruiſſet ĩ duabus partibus fractũ vidit. Quã bñdictus flere cõſpiciẽs ptes capiſterij accepit τ ab orone ſurgẽs integre ſolidatũ inuenit. Poſtmodũ nutricẽ occulte fugiẽs in quedã locũ venit: vbi tribus annis hoĩbꝰ incognitꝰ in ãſtrictiore ... cho romano noĩe q̃ ſibi ſedule neceſſaria miniſtrabat. Cũ vero ad ſpecũ a romani monaſterio iter nõ eſſet panem in lõgiſſimo fune ligabat τ ſic eũ deponere cõſueuerat. Tintinnabulũ etiã ipſi chorde inſeruit vt ad eiꝰ ſonitũ vir dei cognoſceret qñ ſibi romanꝰ panẽ preberet quẽ exiẽs acciperet. Sꝫ antiquus hoſtis vniꝰ charitati: τ alterius inuidens refectioni: lapidẽ iactauit τ tintinnabulũ fregit: ſed tñ romanus ſibi miniſtrare non deſijt. Poſt hoc cuidã preſbytero refectionẽ ſibi paſchali ſolennitate parãti dominus viſum apparuit dicens. Tu tibi delitias preparas τ ſeruꝰ meus illo in loco fame cruciaẽ. Qui ꝓtinꝰ ſurrexit τ cũ difficultate magna eũ inueniẽs dixit. Surge τ ſumamꝰ cibũ: q: hodie paſcha dñi eſt. Cui bñdictꝰ. Scio q: paſcha eſt: q: videre te merui. Lõge quippe ab hoĩbꝰ poſitꝰ qĩ die eadẽ paſchalis eſſet ſolẽnitas ignorabat. Cui preſbyter. Ueraciter hodie reſurrectionis dñice dies eſt abſtinere te nõ cõuenit: q: ob hoc ad te miſſus ſum: ſicqꝫ deũ bñdicẽtes ſumpſerũt cibũ. B. Quadã die auis quedã nigra q̃ merula vocaẽ importune circa eiꝰ faciẽ volitauit: ita vt ab eo manu capi potuiſſet. Sꝫ ſigno crucis edito auis receſſit: moxqꝫ diabolus quãdã feminã quã aliqñ viderat ãte eius oculos mẽtis reduxit: eiuſqꝫ animũ tanto igne in ſpeciẽ illius accẽdit: vt pene eremuꝫ voluptate victus deſerere deliberaret: ſꝫ ſubito diuina gr̃a ad ſe reuerſus cõtinuo ſe exuit: τ in ſpinis τ vepribus que ibi aderãt ſe adeo volutauit: vt toto corpe ſde vulneratus exiret: τ per cutis vulnera: mẽtis vulnera educeret. Uicit itaqꝫ pctm̃: q: mutauit incendiũ. Ab illo aũt tpe nulla poſtmodũ tentatio in eius corpore pullulauit. Crebreſcẽte itaqꝫ eiꝰ fama abbas mõaſterij cuiuſdã obijſſet: tota ipſius monaſterij cõgregatio ad eum venit: τ vt preeſſe eis deberet petijt. Qui diu negando diſtulit ſuis illorũ fratrum moribus ſe cõuenire nõ poſſe pdixit: ſed tãdẽ victꝰ aſſenſum dedit. Cũqꝫ regulã illic diſtrictius ſeruari preciperet ſemetipos reprehẽdebãt q ipm̃ ſibi preeſſe popoſcerãt: quoruꝫ. ſ. tortitudo normã eius rectitudinis offendebat. Cumqꝫ ſibi cũ eo aſpicerent illicita nõ licere: τ graue eſſe ſeculo aſſueta relinqre venenũ vino miſcuerũt τ ſibi recũbenti obtulerũt. Sed bñdictus ſignũ crucis edidit: et quaſi iactu lapidis vas illud vitreũ fregit. Intelligẽs igitur quia potum mortis habuerat: qd portare nõ potuit ſignũ vite: illico ſurrexit τ placido vultu dixit. Miſereatur veſtri omnipotens deus fratres: nunquid nõ dixi vobis quia veſtris ac meis moribus non cõuenirem. Tunc ad locum derelictẽ ſolitudinis rediit: vbi crebreſcẽtibus ſignis claruit: τ multis ad eum veniẽtibus duodecim monaſteria cõſtruxit. In vno autem illorum quidam monachus erat qui ad orationeꝫ diu ſtare nõ poterat: ſꝫ orantibꝰ alijs mox foras exibat: et aliqua terrena τ trãſitoria agebat. Quod cum abbas illius monaſterij beato benedicto narraſſet iuit illuc τ vidit qd illum monachum qui manere in oratione non poterat quidam niger puerulus per veſtimenti fimbriam foras trahebat. Dixitqꝫ abbati monaſterij τ mauro monacho. Nunquid aſpicitis quis eſt iſte qui eum trahit. Cumqꝫ reſpõdiſſent non: ait. Oremus vt vos etiam videatis. Orantibus illis maurus vidit: ſꝫ abbas videre nõ potuit. Die igiẽ alia expleta oratione vir dei monachũ foris reperit: queꝫ pro ſui cecitate virga percuſſit: τ extũc immobilis in oratione permãſit. Sicqꝫ antiquus hoſtis dominari nõ auſus eſt in eius cogitatione: ac ſi ipſe percuſſus fuiſſet ex verbere. Ex

dicēs quo ad ſcdm: vſqȝ ad mortē ꝙ ad tertiū. E. ¶ Tertio fuit efficaciſſim⁹ ad attrahēdū gen⁹ humanū. Nūqd enī ſaluo libertatis arbitrio magis ad amorē ſuū ⁊ fiduciā gen⁹ humanū attrahere potuit. Qualr aūt per hoc ad amorē nos attrahat dicit Ber. Sup oīa reddit te amabilē bone Jeſu calix quē bibiſti op⁹ redēptiōis nſe. Hoc oīno amorē nſm facile vēdicat totū tibi hoc eſt ꝙ noſtrū amorē ⁊ blādius allicit ⁊ iuſtius erigit et citi⁹ aſtrigit ⁊ vehemētius afficit. Etenī vbi te exinaniſti vbi te naturalib⁹ radijs exuiſti: ibi pietas magis emicuit: ibi charitas plus effulſit: ibi gratia amplius radiauit. qualiter aūt ad fiduciā dicit Roma. viij. qui etiā ꝓprio filio ſuo non pepercit: ſed ꝓ nobis oīb⁹ tradidit illū qūo non etiā aīam cū illo nobis donauit. De hoc etiā Ber. Quis non rapiatur ad ſpem impetrādi fiduciā qui ei⁹ attēdit corporis diſpoſitionē vcȝ caput inclinatū ad oſculū: brachia extenſa ad amplexādum: manus pforatas ad largiēdū latus apertū ad diligēdū: pedū affixionē ad nobiſcū cōmanēdū: corporis extenſionē ad ſe totū nobis inpendendū. F. ¶ Quarto fuit prudētiſſimus ad expugnandū humani gnīs inimicū Job. xxvj. Prudētia ei⁹ pcuſſit ſupbū. Et vltio. Nūqd poteris capere leuiathā hamo. Xps enī hamū ſue diuinitatis abſcōderat ſub eſca humanitatis. Et diabolus capere volens eſcā carnis capt⁹ eſt ab hamo diuinitatis. De hac prudēti captione dicit Aug. Uenit redēptor ⁊ vict⁹ eſt deceptor. Et qd fecit redēptor captiuatori nro. Tetendit muſcipulā crucē ſuā poſuit in ea eſcā ſanguinē ſuū. Ipſe autē voluit fundere ſanguinē nō debitoris ꝓpter qđ receſſit a debitorib⁹. Hmōi debitū apl's vocat chirographū qđ qdē xps tulit ⁊ cruci affixit. De ꝗ chirographo dicit Aug. Eua petīn a diabolo mutauit: chirographū ſcripſit: fideiuſſorē dedit ⁊ vſura poſteritati creuit. Tūc enī a diabolo petīn mutauit qn̄ ꝯ pceptū dei ſue praue iuſſioni vel ſuggeſtioni cōſenſit chirographū ſcripſit: qn̄ manū ad pomū vetitū porrexit: fideiuſſorē dedit qn̄ Adā ꝑtō cōſentire fecit ⁊ ſic vſura peti poſteritati creuit. Cōtra igiť ꝯtēnētes hāc redēptionē qua nos de inimici ptāte reduxit. Bern. exprobrādo dicit in pſona xpi. Pple me⁹ ait dñs qd tibi facere potui ⁊ nō feci. Quid cauſe eſt qđ inimico meo magis libet ſuire ꝙ mihi: nec ille creauit vos: ſȝ nec paſcit. Si parua hec videnť ingratis: nō ille: ſed ego redemi vos. Quo pcio. Nō vtiqȝ auro corruptibili vel argēto nō ſole aut luna nō ſaltē angelorum aliquo: ſȝ ꝓprio vos cruore redemi. Ceterū ſi neqȝ tā multiplici iure debitū eſt a vobis elicere famulatū omiſſis oīb⁹ mecū ſaltē ex denario diurno ꝯuenire. Et qȝ in mortē xpm tradiderūt iudas p auaritiā: iudei p inuidiā: pilatus p timorē: iō videndū eſſet de pena a deo his inflicta merito hui⁹ peti. Sed de pena ⁊ origine iude inuenies in legēda ſcti Mathie de pena ⁊ excidio iudeorum: in legēda ſcti Jacobi minoris: de pena aūt ⁊ origine pilati i qdā hiſtoria: lȝ apocripha ſic legiť. H. ¶ Fuit quidā rex noīe tyrus ꝗ quādā puellā noīe pilā filiā cuiuſdā molēdinarij noīe atus carnaliter cognouit ⁊ de ea filiū gnauit. Pila aūt ex noīe ſuo et pr̄is ſui ꝗ dicebatur atus vnū nomē cōpoſuit ⁊ nato puero impoſuit nomē pilatus. Cū aūt pilatus tres annos haberet ipſum pilatū ad regē trāſmiſit. Habebat aūt rex filium de regina coniuge ſua ꝗ fere pilato coetaneus videbatur. Iſti dum annos diſcretionis attigiſſent ſepius luctamine pugna ⁊ funda adinuicem colludebāt. Sȝ regis legitimus filius vt ⁊ gnē erat nobilior: ſic in oī loco pilato inueniebať ſtrennuior ⁊ oī gnē certaminis aptior. Ob hec pilatus inuidie liuore cōmotus ⁊ felleo dolore ſtimulatus fratrē ſuū latēter occidit. Qđ rex audiēs vehemēter doluit ⁊ cōcione cōuocata quid de ſcelerato ⁊ homicida faciendū ſit filio reqſiuit: ꝗ cū oēs reū mortis eē vnanimiter acclamauerūt. Rex aūt ad ſe reuerſus iniqtatē iniqtati noluit duplicare: ſȝ ipm ꝓ tributo qđ annuatim debebat romanis obſidem miſit: tum volēs innoxi⁹ eſſe ab occiſione filij: tū a tributo romanorum cupiēs liberari. Tūc enī tpis erat rome filius regis francie quē ſilr rex miſerat romā ꝓ tributis. Huic pilatus aſſociat⁹ cū ſe ab eo morib⁹ ⁊ induſtria pcelli videret eū inuidie ſtimulis agitatus occidit. Sed cū romani qd de eo faciendū eſſet inqrerēt ⁊ dixerūt. Hic ſi ſupuixerit ꝗ fratrē necauit obſidē iugulauit reipublice plurimū vtilis erit ⁊ colla ferociū hoſtium ferox ipſe domabit. Dixerūt ergo cū reus mortis habeať in pōthos inſulā gētibus illis ꝗ nullū patiunť iudicē iudex pficiatur ſi forte ei⁹ neqtia ipſorū cōtumacia edometur ſi nō ꝙ meruit patiať. Miſſus igiť pilat⁹ ad gētem ferocē ⁊ ſuorum iudicū pēpiricē nō inſci⁹ ad qđ miſſus ſit ⁊ ꝙ pēdula vite ſue ſnīa tacite rē ꝯſiderās vitā ſuare voluit ⁊ gētē nequā ipe minis ⁊ ꝓmiſſis ſupplicio ⁊ pcio penitus ſubiugauit. Qui igiť tā dure gentis victor extitit a pōthos inſula pōti⁹ pilat⁹ nomē accepit. Herodes aūt hoīs illi⁹ induſtriā vt audiuit verſutijs ei⁹ cōgaudēs ipe verſut⁹ eū ad ſe muneribus ⁊ internūcijs inuitauit ⁊ ſup iudeā ⁊ hierlȝ ptātē ⁊ vicem ſuā ei tradidit. Qui cū pecuniā innūerabilē cōgregaſſet neſciēte herode romā adijt ⁊ infinitā pecuniā tiberio imperatori obtulit ⁊ ab eo ſibi dari qđ ab herode tenebat mūerib⁹ īpetrauit. Huiuſcemodi cā facti ſūt inimici pilat⁹ ⁊ herodes quoadvſqȝ tpe paſſionis dñi eū ſibi reconciliauit eo ꝙ dñm ad ſe miſit. Alia cā inimicitie aſſignať in hiſtoria ſcholaſtica. Quidā enī ſe filiū dei faciēs multos de galileis ſeduxerat ꝗs cū in garizim duxiſſet vbi dixerat ſe aſcēſurū in celū ſupueniēs pilat⁹ ipȝ cū oīb⁹ occidit timēs ne ſilr iudeos ſeduceret. Ob hoc facti ſūt inimici: qȝ herodes pſidebat galileis ⁊ vtraqȝ cā potuit eē vā. Cū aūt pilat⁹ dñm iudeis crucifigēdū tradidiſſet timēs tn̄ offenſā tiberij ceſaris eo ꝙ cōdēnaſſet ſanguinē innocētē quēdā ſibi familiarē ꝓ ſui excuſatiōe ad ceſarē deſtinauit. Interea cū tiberi⁹ morbo graui tenēreť nunciať eidē ꝙ hieroſolymis qdā medic⁹ eēt ꝗ oēs morbos ſolo vbo curaret: neſciēs ꝙ eū pilatus ⁊ iudei occidiſſet. Dixitqȝ voluſiano ſibi priuato. Uade cit⁹ trans ptes marinas diceſqȝ pilato vt hūc medicū mihi mittat ꝗ me priſtine ſanitati reſtituat. Cū aūt ille ad pilatū veniſſet ⁊ mādatū imperatoris expoſuiſſet eidē territ⁹ pilat⁹. xiiij. dierū inducias poſtulauit. Intra qđ ſpaciū dū voluſianus quādā matronā ꝗ fuerat familiaris ieſu noīe veronicā vbinā xps ieſus inueniri poſſet interrogaſſet ait. Heu dñs meus ⁊ deus me⁹ erat quē pilatus p inuidiā traditū condēnauit ⁊ crucifigi precepit. Tunc ille nimis dolens ait. Uehementer doleo: qȝ qđ mihi dñs meus iuſſerat explere nō valeo: cui veronica. Dñs meus cum pdicādo circuiret ⁊ ei⁹ pſētia nimis inuite carerem volui mihi ipſius depingi imaginem vt dū eius priuarer pſentia mihi ſaltē pſtaret ſolaciū imaginis ſue figure. Cumqȝ lintheū pictori deferrē pingendū: dñs mihi obuiauit ⁊ quo tenderē reqſiuit. Cui cū vie cauſam aperuiſſem a me petijt pānum ⁊ ipm mihi venerabili ſua facie reddidit inſignitum. Imaginis ergo huius aſpectū ſi dominus tuus deuote intuebitur cōtinuo ſanitatis bñficio potietur. Cui ille. Eſt ne huiuſmodi imago auro vel argento comparabilis? Cui illa. Non ſed pio affectu deuotionis. Tecum igitur proficiſcar ⁊ videndam

ceſari imaginē deferā ⁊ reuertar. Venit igiṫ voluſianꝰ
cū veronica romā. dixit tiberio īpatori: Jeſum a te diu
deſideratū pilatꝰ ⁊ iudei iniuſte morti tradiderūt: ⁊ ꝑ i=
nuidiā crucis patibulo affixerūt. Venit igiṫ inſona q̄dā
matrona ipſiꝰ ieſu imaginē deferēs quā ſi deuote ꝓſpexeris
mox ſanitatis tue bñficiū obtinebis. Ceſar igiṫ pānis
ſericis viā ſterni fecit: ⁊ imaginē ſibi pñtari ꝓcepit. q̄
mox vt eā fuit ītuitꝰ ſanitatē priſtinā ē aſſecutꝰ. Pon
tius igiṫ pilatꝰ īperio ceſaris capiṫ ⁊ romā ꝑducit. Au=
diēs ceſar pilatū aduenisse nimio furore ꝯ eū replectꝰ:
eū ad ſe adduci fecit. Pilatꝰ aūt tunicā dñi īcōſutilē
ſecū detulit: quā indutā corā impatore portauit. mox
vt īpator eū vidit oēm irā depoſuit: ⁊ ei ꝓtinꝰ aſſurrexit
nec ſibi dure ī aliq̄ loq̄ ꝑualuit ⁊ q̄ in eiꝰ abſentia vide
baṫ tā terribilis ⁊ ferꝰ nūc ī eiꝰ pñtia inueniṫ q̄dāmō
māſuetꝰ. Cūq; eū licētiaſſet mox ꝯ eū terribiliṫ excāde
ſcit ſe miſez clamās ꝙ ei furorē ſui pectoris minime oñ
diſſet. ſtatimq; eū reuocari fecit iurās ⁊ ꝯteſtās ꝙ filiꝰ
mortis eēt: nec phas ſit eū viuere ſup terrā. Qui vt eū
vidit ꝯtinuo ſalutauit ⁊ oēm animi ferocitatē abiecit.
Mirant̄ oēs mirabaṫ ⁊ ipſe ꝙ ſic ꝯ pilatū dū abeſſet ex
cādeſceret ⁊ dū pñs eēt nil ei aſpe loq̄ poſſet. Tādē diui
no nutu vel forte alicuiꝰ xp̄iani ſuaſu ipſm illa tunica
expoliari fecit ⁊ ꝯ eū priſtinā animi ferocitatē mox re=
ſumpſit. Cūq; de hoc īpator plurimū miraret̄: dictū ē
ſibi ꝙ illa tunica fuiſſet dñi ieſu. Tūc impator ipſm in
carcerē recipi iuſſit donec ſapiētū ꝯſilio dliberaret q̄d
de eo fieri oporteret. Data eſt igiṫ in pilatū ſñia vt mor
te turpiſſima dānaret̄. Audiēs hoc pilatꝰ cultello pro=
prio ſe necauit: ⁊ tali morte vitā finiuit. Cognita ceſar
morte pilati dixit. Vere mortuus eſt morte turpiſſima
cui manus ꝓpria nō pepcit. Mole igiṫ ingēti alligat̄ ⁊
in tyberim fluuiū īmergiṫ. Spūs vero maligni ⁊ ſordi=
di corpe maligno ⁊ ſordido ꝯgaudētes ⁊ nūc in aquis:
nūc ī aere raptētes mirabiles inūdatiōes in aq̄s mo=
uebāt ⁊ fulgura tēpeſtates tonitrua ⁊ grādines in ae=
re terribiliṫ gñabāt: ita vt cūcti timore horibili tenerēt̄.
Quapropṫ romani eū a tyberis fluuio extrahētes de
riſiōis cā ipſm Viēnā deportauerūt: ⁊ rodano fluuio ī=
merſerūt. Viēna eñ dr̄ q̄ſi via gehēne: qr̄ erat tūc locꝰ
maledictionis. vel potꝰ dr̄ biēna eo ꝙ vt dr̄ biēnio ſit
cōſtructa. Sꝫ ibi neq̄ ſpūs nō defuerūt ibidē eadē ope
rātes. Hoīes ḡ illi tatā infeſtatiōnē demonū nō ferēn=
tes vas illud maledictionis a ſe remouerūt: ⁊ illud ſe=
peliēdū loſanne ciuitatis territorio cōmiſert. Qui cū
nimis ꝑfatis infeſtationibꝰ grauarent̄ ipſm a ſe remo=
uerūt ⁊ in q̄dā puteo mōtibꝰ circūcepto īmerſerūt: vbi
adhuc relatiōe q̄rundā q̄dā diabolice machinationes
ebullire videnṫ. Hucuſq; in ꝑdicta hiſtoria apocripha
legiṫ. Que vtrū recitāda ſit lectoris arbitrio relinqua
tur. Nota tñ ꝙ in hiſtoria ſchola. legiṫ ꝙ pilatus a iu=
deis accuſatus eſt apud tyberiū de violēta innocētum
interfectione. Et qr̄ iudeis reclamātibꝰ imagines gētī
liū in tēplo ponebat. Et qr̄ pecuniā repoſitā in corba=
nā in ſuos redegerat vſus inde faciēs aq̄ductū ī domū
ſuā. Et ꝓ his oībꝰ deportatus eſt Lugd. in exilium vñ
oriūdus fuerat: vt ibi in opprobriū gētis ſue moreret̄.
potuit eē ſi tñ illa hiſtoria cōtinet veritatē: qr̄ prīo iā
edictū dederat vt lugdunū in exiliū deportaret̄: ⁊ ꝙ añ
reuerſionē voluſiani ad impatorē fuerit ibi deportatꝰ
ſed poſtmodū tyberius audiēs qualr̄ xp̄ꝫ occidiſſet ip
ſum de exilio eduxit ⁊ ad ſe romā adduci fecit. Euſe=
bius aūt ⁊ Beda in ſuis chronicis nō dicūt ipſm in exi
lium relegatū: ſed tñ ꝙ ī multas calamitates incidit
propria manu ſe peremit.

¶ De feſtiuitatibus que occurrunt intra tēpus
reconciliationis. xliij.

DIcto de feſtiuitatibus q̄ occurrūt intra tp̄s deuia
tionis qd̄ incepit ab Adā ⁊ durauit vſq; ad moy=
ſen. qd̄ tempus repreſentat eccleſia a ſeptuageſima vſ
q; ad paſcha: ſequiṫ videre de feſtiuitatibꝰ q̄ eueniūt
intra tp̄s reconciliationis: qd̄ tp̄s repreſentat eccleſia
a paſcha vſq; ad octauam penthecoſtes.



REſurrectio xp̄i tertia die a paſſio
ne ipſius facta eſt. Circa aūt ipſā
reſurrectionē dñicā ſeptē per ordinē
ſunt ꝯſiderāda. Primo qualr̄ verꝰ ſit
ꝙ tribus diebus ⁊ tribꝰ noctibus ī ſe
pulchro iacuit: ⁊ in tertia die reſurre
xit. Scd̄o quare nō ſtatim vt mortuꝰ
eſt reſurrexit: ſed vſq; ad diē tertium
expectauit. Tertio qualiter reſurre=
xit. Quarto quare reſurrectionem
ſuā accelerauit: nec vſq; ad generalē
reſurrectionē diſtulit. Quinto ꝓpter quid reſurrexit.
Sexto q̄tiens apparuit reſurgens. Septimo qualr̄ ſan=
ctos patres qui erāt in lībo inde eduxit ⁊ quid ibi egit
Circa primū notandū ꝙ xp̄s tribus diebus ⁊ tribꝰ no
ctibus in ſepulchro fuiſſe dr̄ ſm Aug. Per ſinecdochē
vt prīa dies accipiaṫ ſm partē ſui poſtremā. ſcd̄a dies
ſm ſe totā ⁊ integrā. tertia dies ſm partē ſui primā: et
ſic erūt tres dies. Et quilibet hoꝝ dierū ſuā noctē ha
buit precedētē. Tūc eñ ſm Bedā mutatus eſt ordo ⁊
curſus dierū ac noctiū. Antea eñ dies ꝓcedebāt ⁊ no=
ctes ſeq̄banṫ. Poſt paſſionē aūt hic ordo mutatus eſt
ita ꝙ noctes ꝓcedūt ⁊ dies ſequūṫ. Et hoc myſterio cō=
gruit: qm̄ hō primo de die grē cecidit in noctē culpe. ꝑ
xp̄i aūt paſſionē ⁊ reſurrectionē de nocte culpe redijt
ad diē grē. Circa ſcd̄m ſciēdū eſt ꝙ conueniēs fuit: vt
nō ſtatim qm̄ mortuus fuit xp̄s reſurgeret ſed vſq; ī diē
tertiū expectaret ꝓpter quinq; rōnes. Primo ꝓpter ſi
gnificationē: vt. ſ. ex hoc ſignificaret̄ ꝙ lux ſue mortis
curauit noſtrā duplam mortē: ⁊ ideo vna die integra ⁊
duabus noctibus iacuit in ſepulchro vt per diē intelli
gaṫ lux ſue mortis per duas noctes nr̄a duplex mors.
Et hanc rationē aſſignat gloſ. ſuper illud Luce. xxiiij.
Oportuit xp̄m pati ⁊c. Secundo propter ꝓbationem
qr̄ ſicut in ore duoꝝ vel triū teſtiū ſtatꝰ oē verbū: ſic in
tribus diebus experiṫ quis oē factū. Et iō vt mortem
bñ ꝓbaret ⁊ ſe ꝓbaſſe oſtenderet: tribus diebus iacere
voluit in ſepulchro. Tertio ꝓpter ꝓtātis ſue oſtēſionē:
qr̄ ſi ſtatim reſurrexiſſet nō videretur poteſtatē habe=
re ponendi aīam ſuā ſicut reſurgendi. Et hec rō videṫ
tangi. j. Cor. xv. ſuper illo. Qm̄ xp̄s mortuus eſt ⁊c. iō
inquit de morte premittitur vt ſicut vera mors oſten=
diṫ: ita vera reſurrectio oſtēdaṫ. Quarto ꝓpter reſtau
randoꝝ prefigurationem. Hāc rōnē aſſignat petrus ra
uēn. dr̄. Tres dies voluit eſſe ſue ſepulture: que in ce=
lo ſunt reſtauraturus: q̄ in terra reparaturus: q̄ apud
inferos redēpturus. Quinto ꝓpter triplicis ſtatus iu=
ſtorū repreſentationem. Hāc rōnē aſſignat Grego. ſup
Ezech. dr̄. Sexta feria xp̄s paſſus eſt: ſabbato quieuit ī
ſepulchro: dñico aūt die reſurrexit a morte. Nobis autē
vita adhuc nobis ſexta feria eſt: qr̄ in anguſtijs ⁊ dolo=
ribus cruciamur. Sed ſabbato quaſi in ſepulchro q̄e=
ſcimus: qr̄ requiē aīe poſt mortem inuenimus. Dñico
aūt die a condictione octaua cū corporea morte reſur=
gimus ⁊ in gloria anime etiam cum carne gaudemus
Dolor ergo nos in ſexta feria: requies in ſeptima ⁊ glo
ria excipit in octaua hec Gregorius. Circa tertium ſcꝫ

qualr reſurrexit. Notādū φ p̄rio ſurrexit potēter q: vir
tute ꝓpria. Jo. x. Poteſtātē habeo ponēdi aīaȝ meā ⁊ iterū
ſumēdi eā. Jo. ij. Soluite tēp̄lū hoc ⁊ ī trib⁹ dieb⁹ exci
tabo illud. Scd̄o feliciter q: depoſita oī miſeria. matt.
xxvj. Poſtꝗ̄ reſur. p̄cec. vos in gali. Galilea interp̄ta
tur trāſmigratio. xp̄s ḡ qn̄ reſurrexit ī galileā p̄ceſſit:
q: de miſeria ad gl̄iam: de corruptiōe ad incorruptio=
nē trāſiuit. Leo pap̄. Poſt paſſionē xp̄i ruptis vinclis
mortis īfirmitas in vtutē: mortalitas ī eternitatē: cō
tumelia trāſijt in gl̄iaȝ. Tertio vtilr: q: capta p̄da. hie=
re. iiij. Aſcēdit leo de cubiculo ſuo ⁊ p̄do gētiū ſe leua=
uit. Itē Jo. Cū exaltatus fuero a terra oīa traham ad
meipm̄. i. cū exaltat⁹ fuero a terra aīam meā. ſ. educen
do de limbo: ⁊ corp⁹ meū de ſepulchro oīa trahā ⁊c. q̄r
to mirabilr: q: remanēte clauſo ſepulchro. ſicut eñ ex
ſtēte clauſo mr̄is vtero exiuit: ⁊ ad diſcipulos clauſis
ianuis intrauit: ſic nimirū exiſtēte clauſo ſepulchro idē
exire potuit. Uñ legit̄ in hiſt. ſchola. φ cuidā monacho
ſcti laurētij rome extra muros āno ab incarnatiōe dñi
Mcxj. mirāti de cingulo ſuo q̄ accinct⁹ erat inſoluto ꝑ
tecto ante illū vox ī aere eſt facta. Sic potuit xp̄s clau
ſo exire ſepulcro. Quinto veraciter. q: in corpe vo ⁊ ꝓ
prio. Sex aūt modis ſe vere reſurrexiſſe ꝓbauit. Pri
mo ꝑ angelū q̄ nō mētit̄. ſcd̄o ꝑ frequētē apparitionē.
Per hec duo oñdit ſe ve reſurrexiſſe. Tertio ꝑ come=
ſtionē: ꝑ qd̄ ꝓbauit qd̄ nō arte magica. Quarto ꝑ pal
pationē ꝑ qd̄ ꝓbauit qd̄ in vo corpe. Quīto per cicatricū
oñſionē per qd̄ ꝓbauit qd̄ in eodē corpe in q̄ mortuus
fuit. Sexto ꝑ dom⁹ clauſis ianuis īgreſſionē: ꝑ qd̄ oñ=
dit qd̄ gl̄ificat⁹ ſurrexit. Hec eñ oēs dubitatiōes circa
xp̄i reſurrectionē vident̄ fuiſſe in diſcipulis. Septimo
ſurrexit īmortalr q: nūꝗ̄ decetero moritur⁹. Rom. vj.
Xp̄s reſurgēs ex mortuis iā nō mo. ⁊c. dicit tñ Diony.
in ep̄la ad demophylū xp̄m ēt poſt aſcēſionē cuidā ſan
cto viro noīe Carpo dixiſſe: parat⁹ ſum rurſus ꝓ hoīb⁹
ſaluādis pati. Per qd̄ vr̄ ſi poſſibile eſſet adhuc ꝓ hoī
bus mori paratus eſſet. Retulit eñ p̄dict⁹ carpus vir
mire ſctīratis btō Dionyſio vt in eadē ep̄la ꝯtinet̄: qd̄
cū quidā īfideliū fidelē quēdā ꝑuertiſſet: adeo carpus
moleſte tulit vt ex hoc infirmitatē incurreret. Tāte au
tē ſctīratis erat vt nūꝗ̄ celebraret qui ſibi celeſtis vi=
ſio inferret̄: ſȝ cū ꝓ vtriuſq̄ cōuerſione orare deberet:
deū tñ q̄tidie exorabat: vt ꝯbuſtiōe q̄dā amborū ſimul
immiſericorditer abrūperet vitas. Et ecce circa noctē
mediā dū euigilaret: ⁊ hāc oꝛonē faceret ſubito dom⁹ ī
qua erat in duo diuiſa fuit: ⁊ q̄dā fornax immēſa ibidē
apparuit. Reſpiciēſq̄ ſurſum vidit celū aptū ⁊ ibidem
Jeſum circūdatū multitudine angelorū. deinde iuxta
fornacē p̄dicti duo viri tremuli ſtare cernunt̄ qui a ſer
pētib⁹ de fornace ꝓcedētibus morſib⁹ ⁊ īuolutionib⁹
violēter in fornacē trahebant̄: necnō a quibuſdā alijs
viris impingebant̄. Hec vidēs carp⁹ adeo in iſtorū vin
dicta delectabat̄ vt ſuperiorē quidē viſionem intueri
cōtemneret: ⁊ in corū vindictā totus intētus maneret:
ita φ plurimū moleſte ferebat qd̄ in fornacē nō cito ca
debāt. Tādem cū difficulter in celū reſpexiſſet ⁊ p̄edi
ctā viſionē vt prius vidiſſet: ecce Jeſus hoīm illorū mi
ſert⁹ ex ſuperceleſti trono ſurrexit: ⁊ vſq̄ ad illos cum
multitudie angelorū deſcendēs manū extendit ⁊ ip̄os
eripuit. Dixitq̄ ieſus carpo. Manu extenta ꝑcute ꝯ me
decetero eñ paratus ſum rurſus ꝓ hoīb⁹ ſaluādis pa
ti ⁊ hec mihi amicū nō qd̄ alij peccent hoies. Hāc aūt
viſionem quā recitat Dionyſius gr̄a hui⁹ vbi poſuim⁹
C. ¶ Circa quartū quare nō expectauit cū alijs reſur=
gere qn̄. ſ. fiet gn̄alis reſurrectio. Sciēdū eſt qd̄ ꝓpter
tres rōnes noluit differre. Primo ꝓpter corporis di=
gnitatē. Cū eñ illd̄ corp⁹ eēt digniſſimū ex eo qd̄ erat
deificatū ſiue diuinitati vnitū nō fuit decēs vt tandiu
ſub puluere iaceret. Uñ p̄s. Nō dabis ſctū tuū. i. corp⁹
ſanctificatū. i. deificatū videre corruptionē. Item p̄s.
Surge dñe in requiē tuā tu ⁊ archa ſctificationis tue.
Et vocat̄ archa ſctificationis corpus illud qd̄ fuit con
tēptiuū diuinitatis. Scd̄o ꝓpter fidei firmitatē. Si
eñ tūc nō reſurrexiſſet fides periiſſet: nec verū deū cū
aliq̄s crediſſet qd̄ p̄ȝ ex hoc qd̄ ī paſſiōe excepta btā
vgīe oēs fidē amiſerūt. ſȝ cognita reſurrectiōe ip̄aȝ re=
cuperauerūt. j. Cor. xv. Si xp̄s nō reſurrexit vana eſt fi=
des nr̄a. Tertio ꝓpter nr̄e reſurrectiōis exēplaritatē.
Raro eñ iueniret̄ q̄ reſurrectionē futurā ſperaret: niſi
eā in exēplo ꝓceſſiſſe videret: ⁊ ꝓpt̄ hoc dicit ap̄ls. q:
ſi xp̄s reſurrexit: ⁊ nos reſurgem⁹: q: ei⁹ reſurrectio eſt
cā exēplaris nr̄e reſurrectiōis. Greg. Exēplo dñs mon
ſtrauit qd̄ ꝓmiſit in p̄mio: vt ſicut oēs ip̄ȝ reſurrexiſſe
fideles cognoſcerēt: ita in ſeipſis in fine mūdi p̄mia re
ſurrectiōis ſperarēt. Idē. Nō pl⁹ ꝗ̄ triduanā eē mortē
voluit ne ſi in illo reſurrectio differret̄ ī nobis oīno de=
ſperaret̄: iō habemus ſpē reſurrectionis nr̄e ꝯſiderata
gl̄ia capitis nr̄i. Circa q̄ntū. ſ. ꝓpter q̄d reſurrexit. ſciē
dū eſt φ ꝓpter quatuor magnas vtilitates nr̄a reſurre
xit. Eſt eñ eius reſurrectio operās iuſtificationē pctō=
rū: docēs nouitatē morū: generās ſpē ꝺ receptiōe remu
nerādorū: ⁊ cauſans reſurrectionē oīm. De primo. Ro.
iiij. Traditus eſt ꝓpter delicta nr̄a: ⁊ reſurrexit ꝓpt̄ iu
ſtificationē nr̄am. De ſcd̄o Ro. vj. Sicut xp̄s reſurrexit
a mortuis ꝑ gl̄iam p̄ris: ita ⁊ nos in nouitate vite am
bulemus. De tertio. j. Pet. ij. Qui ꝓpter magnā mīaȝ
ſuā reſuſcitauit nos in ſpē vite ꝑ reſurrectionem xp̄i a
mortuis. De q̄rto. j. Cor. xv. Xp̄s dñs reſurrexit a mor
tuis primitie dormiētiū: qm̄ q̄dē ꝑ hoīem mors ⁊ per
hoīem reſurrectio mortuorū. Et notādū φ ſicut p̄ȝ ꝑ
p̄dicta xp̄s in ſua reſurrectione q̄tuor habuit propria.
Primū ē φ nr̄a reſurrectio vſq̄ in finē differt̄: ſua vo
die tertia celebrata eſt. Scd̄m q: nos ꝑ illū reſurgim⁹:
ille vo ꝑ ſe. vn̄ Amp. Quō potuit adiutoriū ſui corpis
q̄rere ſuſcitandi: q̄ alios ſuſcitauit. Tertiū eſt q: nos ī=
cineramus: ſed corp⁹ eius īcinerari nō potuit. Quar=
tū eſt q: ſua reſurrectio ē nr̄e reſurrectionis cā efficiēs
exēplaris ⁊ ſacr̄alis. De prima cā gl. ſup p̄s. Ad veſpe=
rū demorabit̄ fletus ⁊c. Reſurrectio xp̄i eſt cā efficiens
reſurrectionis aīe in p̄nti ⁊ corpis in futuro. De. ij. j. Co
rint. xv. Si xp̄s reſurrexit ⁊c. De tertia Ro. vj. Ut q̄mo
xp̄s ⁊c. D. ¶ Circa ſextū. ſ. q̄ties reſurgēs apparuerit.
Notandū ē φ ip̄ſa die reſurrectiōis apparuit q̄nq̄ vici=
bus: ⁊ alijs dieb⁹ ſequētibus ēt q̄nq̄ vicib⁹. Prīo eñ
apparuit marie magdalene. Jo. xx. Itē Mar. vlti. Sur
gēs ieſus mane prima ſabbati apparuit primo marie
magdalene ⁊c. q̄ typū gerit pnīum. Uoluit aūt primo
apparere marie magdalene q̄nq̄ de cauſis. Prīo: q:
ardentius diligebat. Lu. vij. Dimiſſa ſunt ei pctā mul
ta: qm̄ di. mul. Secundo vt oſtenderet ſe mortuū pro
peccatorib⁹. Mat. ix. Non veni vocare iuſtos ſed pecc.
Tertio q: meretrices p̄cedent ſapiētes in regno celo
rū. Matt. xxj. Amē amē dico vobis q: meretrices pre=
cedēt vos in regno dei ⁊c. Quarto vt ſicut mulier fuit
nūtia mortis: ita eſſet nūtia vite ſm̄ gl. Quinto vt vbi
abūdauit delictū ſupabūdaret ⁊ gr̄a: ſicut dr̄ Roma. v.
Scd̄o apparuit mulierib⁹ redeūtib⁹ a monumēto qū
dixit eis. Auete. Et acceſſerūt ⁊ tenuerūt pedes eius.
Mat. vlti. Et typum gerunt humiliū quib⁹ dñs appa
ret: tum rōne ſexus, tum rōne affectus: q: tenuerūt

pedes ei⁹. ¶ Tertio appuit ſimō.ſ.ʒ vbi aut qñ neſcit niſi
forte qñ redibat a monumēto cū ioāne. Potuit eñ eē
φ petr⁹ a io. alicubi diuertit ꝛ ibi dñs ſibi appuit. Lu.
vlt. Vl forte qñ ad monumētū ſol⁹ ītrauit ſicut dr̄ ī hi-
ſto.ſcho. Vl forte ī cauea ſiue ſpelūca. dr̄ eñ ī eadē hi-
ſto. φ qñ xp̄ʒ negauit fugit ī caueā q̄ mō dr̄ gallicāt⁹ in
q̄ vt dr̄ p tres dies fleuiſſe: ex eo φ xp̄m negauit. Et ibi
xp̄s ſibi appuit ꝛ eū ꝯfortauit. Petr⁹ aūt īterp̄tat obe
diēs ꝛ gerit typū obediētiū qb⁹ dñs appet. Quarto ap
paruit diſcipulis ī emaus qḋ interp̄tat deſideriū cōſiliū
ꝛ ſignat paupes xp̄i q̄ volūt illḋ ꝯſiliū adīplere. Va-
de ꝛ vēde oīa q̄ habes ꝛ da paupib⁹ ꝛc. Quito appuit
diſcipulis ꝯgregatis ī vnū ꝛ ſignificet religioſos cū fo-
rib⁹ q̄nq̄ ſenſuū clauſos. Jo.xx. Hec quinq̄ apparitiōes
ipſa die reſurrectiōis facte ſūt: ꝛ has rep̄ntat ſacerdos
in miſſa quinq̄es ſe vtēs ad ppl̄m: ſʒ tertia vſio ē cū ſi
lētio. qꝛ ſignat tertiā apparitionē factā petro q̄ neſcit
vbi vl̄ qñ facta fuerit. Sexto apparuit die octaua diſci
pulis ꝯgregatis p̄nte thoma q̄ dixerat ſe nō credere ni
ſi videret: ꝛ ſignat heſitātes ī fide. Jo.xx. Septimo di-
ſcipulis piſcātib⁹. Jo.vi. ꝛ ſignat predicātes q̄ ſunt pi-
ſcatores hoīm. Octauo diſcipulis in mōte thabor. mat.
vl. ꝛ ſignat cōtēplatiuos: qꝛ in predicto mōte trāſfigu-
ratus fuit. Nono vndecim diſcipulis recūbētib⁹ ī cena-
culo vbi incredulitatē eoꝝ ꝛ duritiā cordis exprobra-
uit. Mat.vlt. p q̄s ītelligim⁹ pctōres ī vndenario trāſ-
greſſiōis poſitos q̄s dñs aliqñ viſitat miſericorditer.
Decio ꝛ vltio appuit diſcipulis exiſtētib⁹ in mōte oliue
ti Lu.vi. p q̄s ſignificant miſericordes ꝛ mīe oleū dili-
gētes. De hoc loco aſcēdit ī celū: qꝛ pietas ad oīa vʒ ꝓ
miſſionē hñs ꝛc. j. Ti iiii. liij. E. ¶ Sūt ꝛ alie tres appa
ritiōes q̄ referunt ī ipa die reſurrectiōis facte: ſʒ tñ hoc
ex textu nō hr̄. Prima q̄ appuit iacobo iuſto. i. iacobo
alphei: de qua apparitione inuenies ī legēda ipſi⁹ ia-
cobi. Alia q̄ ipa die appuiſſe dr̄ ioſeph: ſicut legit ī euā
gelio nicodemi. Nā cū audiſſent iudei φ ioſeph corpus
Jeſu a pilato petiſſet ꝛ ipʒ in monumēto ſuo poſuiſſet
īdignati aduerſus eū ipʒ ceperūt: ꝛ in q̄dā cubiclo dili
genter clauſo ꝛ ſigillato recluſerūt poſt ſabbatū eū oc
cidere volētes. Et ecce ieſus in ipſa nocte reſurrectio-
nis ſigillata domo a q̄tuor āgulis ad eū ītrauit ꝛ faciē
ei⁹ extersit ꝛ oſculū dedit: ꝛ inde ſaluis ſigillis eū edu-
cēs in domū ſuā in arimathia ipʒ adduxit. Tertia qua
añ ceteros vgini mr̄i appuiſſe credit lʒ hoc ab euange
liſtis taceat. Hoc romana eccl̄ia approbare vr̄ q̄ ſtatʒ
ipſa die apḋ ſanctā mariā celebrat ſtatiōnē. Si eñ hoc
iō nō credit: qꝛ null⁹ euāgeliſta teſtat ꝯñs eſt vt poſt re
ſurrectionē nūq̄ ſibi apparuerit: qꝛ vbi vel qñ nullus
euangeliſta ediſſerit. Sʒ abſit vt talē matrē talis fili⁹
tali negligētia dehonorauerit: ſʒ iō forſan hoc euāgeli
ſte ſubticuerūt: qꝛ eoꝝ fuit offm̄ ſolūmō reſurrectionis
teſtes inducere: matrem autem ad teſtificandum pro
filio inducere eos nō decuit. Si eñ vba extranearū fe
minaꝝ deliramēta viſa ſunt q̄nō nō magis mr̄em ꝓ fi
lij amore crederent delirare. Hoc igit euāgeliſte ſcribe
re noluerūt: ſʒ p cō. tāti relīq̄rūt. Debuit eñ pri⁹ mr̄ē
letificare de reſurrectiōe quā ap̄li⁹ ceteri ꝯſtat doluiſſe
de morte ne matrē p̄ireat q̄ ſic alios ꝯſolari feſtinat.
Hoc ēt Amb. teſtat ī lib. iij. de vginib⁹ dic. Vidit mat
reſurrectionē dñi ꝛ prima vidit ꝛ credidit. Vidit maria
magdalēa ꝯ̄uis adhuc ipſa mutaret. Seduli⁹ q̄ʒ agēs
de xp̄i appitiōe ſic ait. Sēp vgo manēs hui⁹ ſe viſib⁹
oſtās. Luce palā dñs prius obtulit bona mr̄. Grandia
diuulgās miracula q̄ fuit olim. Aduenientis iter hec
ſit redeūtis ꝛ idex. F. ¶ De ſeptio aūt ꝛ vlt. hoc ꝯſide-
rādo q̄lr ſctōs p̄res q̄ erant in libo xp̄s eduxit: ꝛ q̄d ſibi
egit euāgeliū apte nō explanauit. Aug. tñ ī q̄dā ſmone
ꝛ nicodem⁹ ī ſuo euāg. aliq̄tenus hoc oſidūt. Ait eñ ſ.
Augu. Mox vt xp̄s ſpm̄ tradidit vnita ſue deitati aīa
ad inferoꝝ ꝓfunda deſcēdit. Cūq̄ tenebraꝝ t̄minū q̄ſi
q̄dā dep̄dator ſplēdid⁹ ac terribilis attigiſſet aſpicien
tes eū ipie ac tartaree legiōes territe inq̄rere ceperūt
dicētes. Quis eſt iſte tā fortis: tā terribilis: tā ſplēdidus
tā p̄clar⁹. Mūd⁹ ille q̄ nob̄ ſubdit⁹ fuit nūq̄ nob̄ talēʒ
mortuū miſit: nūq̄ iferis talia munera deſtinauit: q̄s ē
ḡ iſte qui ſic ītrepid⁹ nr̄os fines īgredit: ꝛ nō ſolū nr̄a
ſupplicia nō veret: verūetiā alios de nr̄is vinculis ab-
ſoluit. Ecce ipſi q̄ ſub nr̄is ſolebāt ſuſpirare tormētis
inſultāt nobis de pceptiōe ſalutis ꝛ nō ſolū iā nihil ve
rent: ſʒ inſup nobis minant. Nūq̄ hic ſic mortui ſuper
bierūt nec aliqñ ſic potuerūt leti eē captiui: vt q̄d huc
illū adducere voluiſtis. O princeps nr̄ periit oīs leti-
tia tua ī luctū ꝯuerſa ſunt gaudia tua dū tu xp̄m ſuſpē
dis ī ligno ignoras q̄ta dāna ſuſtineas ī iferno. Poſt
iſtas crudeliū voces īfernaliū ad imperiū dñi oēs
ferrei cōfracti ſunt vectes. Et ecce innumerabiles ſan
ctoꝝ ppl̄i eius genib⁹ prouoluti lachrimabili voce di-
cebāt. Aduenisti deſiderabilis redēptor mūdi aduenī
ſti dñe quē deſiderātes quotidie expectabamus. Deſcē
diſti ꝓ nobis ad inferos: noli nobis deeſſe cū reuerſus
fueris ad ſuperos. Aſcende dñe ieſu inferno expoliato
ꝛ autore mortis ſuis vinculis irretito: redde iā letitiaʒ
mundo ſuccurre inquiūt iā ſeuas extinguere penas: et
miſerendo reſolue captiuos: dū hic es abſolue reos: dū
aſcenderis defende tuos. Hec Aug. In euāge. autēʒ ni
chodemi legit φ carin⁹ ꝛ leuci⁹ filij ſymeōis ſenis cū
xp̄o reſurrexerunt: ꝛ anne ꝛ cayphe ꝛ nichodemo ꝛ Jo
ſeph ꝛ Gamalieli apparuerūt: ꝛ ab eis adiurati q̄ xp̄s
apud inferos geſſit narrauerunt dicentes. Cū eſſemus
cum oīb⁹ patribus noſtris patriarchis in caligīe te-
nebrarū ſubito factus eſt aureus ſolis color purpureuſ
q̄ʒ ꝛ regalis illuſtrans ſuper nos. Statimq̄ adam hu-
mani generis pater exultauit dicens. Lux iſta eſt auto
ris luminis ſempiterni: q̄ nobis ꝓmiſit mittere lumē
coeternū. Et exclamauit eſaias dr̄. Hec eſt lux p̄ris fi-
lius dei ſicut p̄dixi cū eſſem viuus in terris. Pplus q̄
ambulabat in tenebris vidit lucē magnā. Tunc ſuper
uenit genitor .i. ſ. ſimeon: ꝛ exultans dixit: Glorificate
dñm: qꝛ ego xp̄m infantē natum in manib⁹ ſuſcepi in
tēplo: ꝛ ꝯpulſus ſpūſctō dixi. Nūc viderūt oculi mei ſa
lutare tuū. Qḋ paraſti ꝛc. Poſt hoc ſupuenit quidam
eremi cultor ꝛ interrogat⁹ a nobis quis iſte eſſet dixit
Ego ſum ioānes qui xp̄ʒ baptizaui: ꝛ añ faciē eius pa-
rare viā ei⁹ p̄ciui ꝛ ipʒ oſidi digito dr̄. Ecce agn⁹ dei ꝛc.
ꝛ deſcēdi nuntiare vobis qꝛ in ꝓximo eſt xp̄m viſitare
vos. Tunc ſeth dixit. Cū iuiſſem ad portas paradiſi ro
gare dñm vt trāſmitteret mihi angelū ſuū vt daret mi
hi de oleo mīe vt inungerē corpus p̄ris mei Ade: cum
eſſet infirmus apparuit michael angel⁹ dei dicēs. No
li laborare lachrymis orando ꝓpter oleū ligni mīe: qꝛ
nullo mō poteris de illo accipere: niſi qñ cōpleti fuerit
quinq̄ milia ducēti āni. Hoc audiētes oēs patriarche
ꝛ ꝓphete exultauerunt magna exultatione. Tunc ſa-
tha princeps ꝛ dux mortis dixit ad infernū. Prepara
te ſuſcipere ieſum q̄ ſe gl̄iat xp̄m filiū dei eſſe: ꝛ hō eſt
timēs mortē dicēs. Triſtis eſt aīa mea vſq̄ ad mortē
ꝛc. Et multos quos fecit curuos ſanauit ꝛ claudos ere
xit. Rñdēs infernus dixit. Si potēs es tu qualis ē hō
ille Jeſus qui timēs mortē potētie tue aduerſat. Naʒ
ſi dicit ſe timere mortem capere te vult ꝛ ve tibi erit

in ſempiterna ſcl'a. cui ſathã. Ego illũ tẽtaui ⁊ ppl'z ad
uerſuz illũ excitaui: lãceã exacui: ſel ⁊ acetũ miſcui:
lignũ crucis ꝑpaui: i ꝓximo eſt mors ei⁹ vt pducã eũ ad te
Cui iſern⁹. Ipſe ne ẽ q̃ ſuſcitauit lazarũ quẽ tenebã. cui
ſathã. Ipſe ẽ. Cui iſern⁹. ꝯiuro te ꝑ virtutes tuas ⁊ meas
ne pducas eũ ad me. Ego eĩ cũ audiui iperiũ ṽbi eius
ꝯtremui: nec ipſũ lazarũ ꝯtinere potui: ſꝫ excutiẽs ſe vt
aq̃la ſup oẽs agilitatẽ ſaliẽs exiuit a nob. Et cũ hoc lo-
q̄ret' ſcã ẽ vox vt tonitruũ di. Tollite portas pricipes
vſas: ⁊ eleua. por. eter. ⁊ intro. rex glie. ad hãc vocẽ cõ-
currũt demones ⁊ oſtia enea cũ vectib⁹ ferreis clauſe-
rũt. Tũc dixit dauid. Nõne ego pphetaui di. Cõfiteãt'
dño ⁊c. q2 ꝯtriuit portas ereas ⁊c. Facta ẽ itez vox ma
gna di. Tollite por. ⁊c. Videns iſern⁹ q̄ duab⁹ vicibus
clamauerat q̄ſi ignorãs dixit. Quis ẽ iſte rex glie. Cui
Dauid. Dñs fortis ⁊ po. dñs po. in ꝑlio. ipſe eſt rex glie.
Tũc rex glie ſupuenit ⁊ eternas tenebras illuſtrauit.
Et extẽdẽs dñs manũ ⁊ tenẽs dexterã Ade dixit. Pax
tibi cũ oib⁹ filijs tuis iuſtis meis. Et aſcẽdit dñs ad iſe
ros ⁊ ſcĩ ſũt eũ ſecuti. Dñs aũt tenẽs manũ Ade tradi
dit michaeli archãgelo: ⁊ introduxit eos in padiſum.
Quib⁹ occurrerũt duo viri vetuſti dierũ ⁊ interrogati
ſunt a ſctis. Qui eſtis vos q̃ nobiſcũ in iſernis nõdum
mortui fuiſtis: ⁊ i padiſo corꝑe collocati eſtis. Et rñdit
vn⁹ ex eis. Ego ſum enoch q̃ huc trãſlat⁹ ſuz. Hic aũt ẽ
Helias q̃ huc curru igneo aſſumpt⁹ ẽ: ⁊ adhuc mortẽ
nõ guſtauim⁹: ſꝫ vſq3 in aduẽtũ antixp̃i reſuati ſumus
cũ eo ꝑliaturi ⁊ ab eo occidẽdi: ⁊ poſt triduũ ⁊ dimidiũ
diẽ nubib⁹ aſſumẽdi. Et cuz hec diceret ecce ſupuenit
ali⁹ vir portãs i hũeris crucis ſignũ. Qui iterrogatus
q̃s eẽt dixit. Ego latro fui ⁊ cũ ieſu crucifix⁹ fui: ⁊ credi
di ipm eẽ creatorẽ ⁊ oraui di. Memor eſto mei dñe qñ
veneris i regnũ tuũ. Tũc dixit mihi. Amẽ dico ti. ho-
die mecũ eris in pa. Et dedit mihi iſtud crucis ſignum
dicẽs. Hoc portãs ãbula in padiſum: ⁊ ſi nõ dimiſerit
te ingredi ãgel⁹ cuſtos padiſi oñde illi ſignũ crucis: et
dices ad illũ. Q2 xp̃s q̃ nũc crucifix⁹ eſt trãſmiſit me.
Et cũ hoc feciſſem ⁊ dixiſſez ãgelo: ſtati aperiẽs intro-
duxit me ⁊ ad dexterã padiſi collocauit me. Cũ hoc ca-
rin⁹ ⁊ leuti⁹ locuti fuiſſent ſubito trãſfigurati ſũt: ⁊ am
pli⁹ nõ viſi ſunt. Greg. q̃z nicen⁹ vl' in q̃dã libr. Aug.
de hoc eodẽ ſic ait. Cõfeſti eterna nox iſernorũ xp̃o de-
ſcẽdẽte reſplẽduit: mox ferruginei ianitores talia iter
ſe vmbroſa ſilẽtia metu ſcaibẽte ſubmurmurãt. Quis
nã eſt iſte terribilis ⁊ nimio ſplẽdore coruſcãs. Nunq̃
talẽ nr̃ accepit tartar⁹. Nunq̃ in nr̃am cauernã talem
euomuit mũd⁹. Inuaſor ẽ iſte nõ debitor: effractor ẽ et
deſtructor. nõ pctõr: ſed ꝑdator iudicẽ videm⁹ nõ ſup-
plicẽ venit pugnare: nõ ſuccũbere: eripe non manere.

## ¶ De ſancto Secundo martyre. liiij.

SEcũd⁹ dr̄ q̄ſi ſecũdẽs. i. ſe honeſte mor cõponẽs. Vl'
ſcõs dr̄ q̄ſi ſecũdẽs. i. obſecũdãs. i. mãdatis dñi obtẽ
perãs. vel ſcõs q̄ſi ſecũ dux. fuit eñ ſu⁹ dux: q2 rõne ſen
ſualitatis bñ ꝑfuit: ⁊ ipſam ad oẽ op⁹ bonũ pduxit: vl'
ſcõs dr̄ reſpectu primi. Due eñ ſunt vie cũdi ad vitaz.



Pria p pnĩe lamẽtũ. Scõa p marty-
riũ. Iſte aũt martyr ꝑtioſus nõ ſolũ
iuit p primã: ſꝫ ẽt per ſcõam.

SEcũd⁹ miles ſtrẽnu⁹ ⁊ athleta xp̃i
egregi⁹ martyrq3 dñi glioſus in ci
uitate aſtẽſi martyrio coronat⁹ ẽ. Cu-
ius glioſa pñtia predicta ciuitas illu-
ſtrat: ⁊ eo vlut ſingulari patrono leta
tur: hic a btõ colocero q̃ a ſãbricio ꝑfe
cto i ciuitate aſtẽſi i carcere tenebat'.
fidẽ xp̄i edoct⁹ ẽ. Cũ igit' btũs marcian⁹ i terdonẽſi ci
uitate detineret' i carcere ſãbrici⁹ illuc ꝓficiſci voluit
vt eũ faceret imolare. Scõs aũt taq̃ cã ſolatij ſecũ eſt
ꝓfect⁹ btũ marcianũ videre deſideras. Cũ q̃ extra ci-
uitatẽ aſtẽſem fuiſſent: colũba ſup ſcõm deſcẽdit: ⁊ ca-
piti ei⁹ iſedit. Cui dixit ſãbrici⁹. Vide ſcõe q̄ dij nr̄i te
amãt vt ẽt aues celeſtes ad te viſitãdũ trãſmittãt. Cũ
aũt ad tanagrũ fluuiũ pueniſſent vidit ſcõs ãgelũ dñi
ſup aquã ãbulãtẽ ⁊ ſibi dicẽtẽ. Scõe fidẽ habeas ⁊ ſic
ſup idolorũ cultores ãbulabis. Cui ſambrici⁹. Frater ſe
cũde deos audiui ad te loquẽtes: cui ſcõs ãbulem⁹ ad
deſideria cordis nr̄i. Cũ ṽo ad burimã flumẽ pueniſſẽt
angel⁹ iter ibidẽ ſibi appuit eiq3 dixit. Scõe credis in
deũ an forte dubitas. Cui ſcõs credo ṽitatẽ paſſionis
⁊ reſurrectiõis ei⁹. Cui ſambrici⁹. Quid eſt qd' audio
de te. Cũ aũt terdonã ingrederet' martian⁹ ad ꝑceptũ
angeli de carcere exiẽs: ſcõo appuit eiq3 dixit. Intra ſe
cũde viã veritatis ⁊ pacis: vt accipias palmã fidei. Sã-
bricius dixit. Quis eſt hic q̃ nobis q̄ſi ſomniãs loquit'
Cui ſcõs. Tibi ſomniũ ſed mihi admonitio ⁊ conforta
tio eſt. Poſt hoc ſcõs mediolanũ iuit: ⁊ fauſtinũ ⁊ Io-
uitã qui i carcere detinebant' ãgelus dñi ad ſe extra ci-
uitatẽ adduxit: ⁊ ab eis baptiſma quadã nube aquã ꝑ
bẽte ſuſcepit. Et ecce ſubito colũba de celo venit: ⁊ cor
pus ⁊ ſanguinẽ dñi deferẽs ea fauſtino ⁊ ionite tribuit
Dedit aũt fauſtin⁹ corp⁹ ⁊ ſãguinẽ dñi ſcõo: vt ad mar
cianũ deferret. Rediẽs igit' ſcõs cũ iã nox eſſet ⁊ ad ri-
pã padi veniſſet ãgelus dñi frenũ accipiẽs equi ſup pa
dũ ipm tranſuexit ⁊ vſq3 ad terdonã carcerẽ ad martia
nũ eũ introduxit. Deditq3 ſcõs marciano munus fauſti
ni: ⁊ ipſe illud ſumẽs dixit. Corp⁹ ⁊ ſanguis dñi mecuz
ſit in vitã eternã. Tũc ad mãdatũ angeli ſcõs de carce
re exiuit: ⁊ ad ſuũ hoſpiciũ iuit. Poſt hoc marcian⁹ ca
pitalẽ ſnĩam accepit: ⁊ ſcõs corp⁹ ei⁹ rapiẽs ſepeliuit.
Qd' audiens ſambricius ipm ad ſe vocauit eiq3 dixit.
Quantũ video xp̄ianũ te eſſe ꝓfiteris. Cui ſcõs. Vere
xp̄ianũ ꝓfiteor me eẽ. Cui ſambrici⁹. Quãtũ video ma
lã mortẽ deſideras. Cui ſcõs Illa tibi poti⁹ debet'. Cũ
q3 ſacrificare nollet iuſſit eũ expoliari. Statimq3 ange
lus dñi affuit. ⁊ ſibi veſtẽ parauit. Tũc ſambrici⁹ cum
in eculeũ ſuſpenſum tãdiu torq̄ri fecit donec eius bra-
chia a ſuis cõpaginibus ſoluerent'. Sꝫ cũ fuiſſet ſani-
tati priſtine a dño reſtitut⁹ iuſſit euz in carcerẽ reduci.
Ubi dũ eſſet angelus dñi ad eũ venit eiq3 dixit. Surge
ſcõe ſeq̄re me: ⁊ ducam te ad creatorẽ tuũ. Tunc ipſuz
vſq3 in ciuitatẽ aſtenſem perduxit: ⁊ eũ in cuſtodia vbi
erat colocerus ⁊ ſaluator cum eo poſuit. Quẽ vidẽs ſe
cũdus ad eius pedes ſe ꝓiecit. Cui ſaluator. Noli time
re ſecũdo: q2 ego ſum dñs deus tuus qui te de oĩb⁹ ma
lis eripiã. Bñdicẽſq3 ei aſcendit in celũ. Mane igit' ſã-
bricius ad carcerem miſit: qui carcerẽ quidẽ ſignatuz
inuenerũt: ſcõm ṽo nõ inuenerũt. Pergens aũt Sam
bricius de terdona ad ciuitatem aſtenſem: vt ſaltẽ co-
locerũ puniret: iuſſit vt predictus colocerus ſibi pñta-
ret'. Et ecce nũciauerũt ſibi q̄ ſcõs cum colocero eſſet.
Quo audito eos ad ſe adduci fecit eiſq3 dixit. Quoniã
dij noſtri ſciũt vos eſſe contẽptores ſuos vos inſimul
mori volunt. Cũ autem ſacrificare nollent picem cum
reſina liqueſieri fecit ⁊ ſuper eorũ capita fundi ⁊ in ora
eorũ iactari. Illi aũt hoc tanq̃ aquam ſuauiſſimã cũ
magno deſiderio bibebant: ⁊ voce clara dicebãt. Quã
dulcia faucibus meis eloquia tua domine. Tunc ſam
bricius ſuper eos dedit ſententiam: vt ſcõs in ciuitate
aſtenſi decollaretur. Colocerus vero albiganum mit-
teretur ⁊ ibidem puniretur. Cũ autem beat⁹ ſecũdus

decollatus fuiſſet ecce angeli dñi corpus eius tulerũt et ipſum cũ multis laudibus et cantu ſepulture dederant. Paſſus eſt autem tertio kalendis aprilis.

## ¶ De ſancta maria Egyptiaca. liiij. B.



Maria Egyptiaca que peccatrix appellat᷑.xlvij. annis in eremo arctiſſimã vitã duxit quã circa ãnos dñi.cclxx.tpe claudij itrauit. Quidã aũt abbas noĩe zozimas dũ iordanẽ trãſiret ⁊ eremũ magnũ percurreret. Si forte aliquẽ ſanctũ patrẽ inueniret vidit quãdã ambulantẽ:nudo nigroq; corpore ⁊ ex incendio ſolis exuſto. Hec autez erat maria egyptiaca. Statimq; hec fugam arripuit ⁊ zozimas poſt eã velocius currere cepit. Tũc ait illa. Abbas zozima quid me perſequeris. Ignoſce mihi nõ poſſum faciẽ meã ad te cõuertere:eo q̃ mulier ſim ⁊ nuda:ſed palliũ tuũ mihi porrige vt poſſim ſine verecũdia te videre. Qui ſe noĩari audiẽs ſtupefactus palliũ tribuit: ⁊ in terrã proſtratus:vt ſe bñdiceret rogauit. Cui illa. Uel te pater bñdictio magis ſpectat:quẽ ſacerdotij dignitas ornat. Ille vt audiuit q̃ nomẽ ⁊ officium eius ſciret amplius mirabat᷑:⁊ ſe bñdici obnoxius precabatur. Tũc illa. Bñdictus deus redẽptor aĩarũ noſtrarum. Cũq; illa extẽſis manibus oraret vidit eã quaſi vnius cubiti mẽſura eleuari a terra. Tunc ſenex dubitare cepit ne forte ſpũs eſſet ⁊ fingendo orationẽ faceret. Cui illa. Satiſfaciat tibi deus q̃ me peccatricẽ mulierem immũdum ſpiritũ exiſtimaſti. Tũc zozimas illã per dñm coniurauit:vt conditionẽ ſuã ei narrare deberet. Cui illa. Ignoſce mihi pater:qr ſi tibi ſtatũ meũ narrauero velut a ſerpente territus fugies et aures tue a ſermonibus meis cõtaminabunt᷑:⁊ aer a ſordibus polluetur. Cunq; ille vehemẽter inſtaret dixit. Ego frater in egypto nata ſum.xij.etatis mee anno alexãdriã veni ibiq;.xvij.annis publice libidini me ſubieci:⁊ nulli vllatenus me negaui. Cũ aũt hoĩes illius regionis ꝓ adorãda ſancta cruce hieroſolymã aſcenderẽt rogaui nautas vt me ſecum dimitterẽt ꝓficiſci. Cũ ã me de naulo q̃rerẽt dixi. Nõ habeo fratres aliud naulũ:ſed ꝓ naulo corpus habeatis meũ. Sicq; ſumpſerunt me ⁊ corpus meũ nauli gratia habuerunt. Cũ aũt hieroſolymam perueniſſem ⁊ ꝓ adorãda cruce vſq; ad fores eccleſie cũ alijs deueniſſem:ſubito ⁊ inuiſibiliter repulſam patior nec intus intrare permittor. Iterũ aũt atq; iterũ p̄ueni vſq; ad limẽ ianue ⁊ ſubito iniuriã patiebar repulſe cũ tñ oẽs liberũ haberẽt aditũ:nec aliqđ inuenirẽt impedimẽtũ. Rediẽs igitur ad me cogitãs q̃ hoc mihi ob ſcelerũ meorũ immanitatẽ accideret:pectus meũ cepi manibus tũdere: lachrymas amariſſimas fundere:⁊ a cordis intimo grauiter ſuſpirare. Reſpiciẽſq; vidi ibi imaginẽ beate virginis marie. Tunc ipſam lachrymabiliter exorare cepi vt peccatorũ meorum veniã impetraret:⁊ ad adorandam crucẽ ſanctam me intrare permitteret ꝓmittẽs me ſeculo abrenunciaturã ⁊ de cetero caſtã manſurã. Cunq; hoc oraſſem ⁊ in noĩe beate virginis fiduciã recepiſſem fores iteruz eccleſie adij ⁊ ſine aliquo impedimento eccleſiam intraui. Cũ aũt ſanctã crucẽ deuotiſſime adoraſſem:quidam mihi tres nummos tribuit:de q̃bus tres panes emi. Audiuiq; vocẽ dicentẽ mihi. Si iordanem tranſieris ſalua eris. Iordanẽ igitur tranſiui ⁊ in hoc deſertũ veni vbi xlvij.annis nullum penitus hoĩem vidẽs manſi. Illi aũt tres panes quos mecũ detuli inſtar lapidis p tpa durauerũt:⁊.xlvij.annis mihi ex his comedẽdo ſufficerunt. Ueſtimẽta aũt mea iãdudũ putrefacta ſunt:et xvij.primis ãnis in hoc deſerto a tẽtatiõibus carnalibus moleſtata fui:ſ3 nũc p dei gratiã oẽs vici. Ecce oĩa opa mea tibi narraui:⁊ rogo vt ꝓ me ad deũ p̄ces fundas. Tunc ſenex ad terrã ꝓſtratus in famula ſua dñm bñdixit. Cui illa. Obſecro te vt in die dñice cene ad iordanem redeas ⁊ corpus dñicũ tecũ feras. Ego aũt ibidez tibi occurram:⁊ de manu tua corpus ſacrum ſuſcipiam. Nã a die qua huc veni cõmunionẽ dñi nõ recepi. Rediens igit᷑ ſenex ad monaſteriuz euoluto anno dũ dies cene appropinquaret tulit corpus dñicũ ⁊ vſq; ad ripã iordanis veniens ex alia ripa mulierẽ ſtantẽ ꝓſpexit. Que ſupra aquas facto crucis ſignaculo iuit.⁊ ad ſenẽ vſq; peruenit. Quã vidẽs ſenex obſtupuit:⁊ ad pedes eius humiliter ſe ꝓſtrauit. Cui illa. Uide ne feceris cũ ſacramẽta dñica penes te habeas ⁊ ſacerdotij dignitate refulgeas:ſ3 obſecro vt ſequẽti ãno ad me pater redire digneris. Tunc illa facto ſigno crucis ſuper iordanis aquas iuit ⁊ eremi ſolitudinẽ petiuit. Senex vero ad ſuũ monaſteriũ rediẽs ſequẽti anno ad locũ in quo primo ſecũ locutus fuerat venit:⁊ eam ibidẽ expiraſſe reperit. Qui lachrymari cepit:⁊ ipſam tãgere nõ preſumpſit. Dixitq; intra ſe. Ego quidẽ corpuſculũ ſancte ſepelire volebam:ſed timeo ne hoc ſibi diſpliceat. Hec eo cogitante vidit iuxta caput ſuũ lr̃as in terra deſcriptas ita cõtinentes. Sepeli zozima marie corpuſculũ: redde terre puluerẽ ſuũ:⁊ ora ꝓ me ad dñm: ad cuius preceptum ſcḋa die aprilis reliqui hoc ſeculũ. Tunc ſenex pro certo cognouit q̃ mox vt dñi ſacra accepit ⁊ ad deſertũ rediit ⁊ vitã finiuit. Illud deſertũ qđ zozimas p triginta dierũ ſpaciũ vix ambulauit illa in vna hora percurrit ⁊ ad deũ migrauit. Cũq; ſenex terrã foderet: ſed nequiret: vidit leonem ad ſe venientẽ manſuete dixitq; ei. Sancta hec mulier precepit ſepelire corpus ſuũ:et ego cũ ſim ſenex fodere non poſſum: nec etiam aptum habeo ferramentum. Tu ergo terram fode vt poſſimus corpus eius ſanctiſſimum ſepelire. Tũc leo cepit fodere ⁊ aptam foueam parauit: quo peracto leo vt agnus manſuetus abijt: ⁊ ſenex ad ſuum monaſterium glorificans deum venit.

## ¶ De ſancto Ambroſio. lv. B.

Ambroſius dicitur de ambra que eſt ſpecies valde redolens ⁊ precioſa. Ipſe enim eccleſie valde precioſus extitit:⁊ in dictis ⁊ in factis ſuis valde redoluit. Uel dicitur ambroſius ab ambra ⁊ ſyos qđ eſt deus quaſi ambra dei. Deus nãq; per eum quaſi per ambrã vbiq; redolet. Fuit enim ⁊ eſt bonus odor xp̄i in omni loco. Uel dicitur ab ambro qđ eſt pr̄ luminis ⁊ ſyor qđ eſt paruulus:qr pr̄ in multorũ filiorũ ſpũali gñe ratione luminoſus in ſacre ſcripture expõne:⁊ paruulus in ſua humili cõuerſatiõe:vel ſicut dr̄ in gloſario. Ambroſius odor vel ſapor xp̄i celeſtis ambroſia eſca angelorum: ambroſium celeſte mellis fauũ. Fuit enĩ celeſtis odor per odoriferã famam:ſapor p contẽplationez internã: celeſte mellis fauũ p dulcẽ ſcripturarũ expoſitionem: eſca angelica per glorioſaz fruitionẽ. Eius vitam ſcripſit paulinus nolanus epiſcopus ad auguſtinum.



Ambroſius filius ambroſij prefecti rome cũ in cunabulis ĩ atrio pretorij eſſet poſitus ⁊ dormiret examẽ apum ſubito veniens faciem eius ⁊ os ita compleuit vt quaſi in alueolũ ſuũ intrarent pariter ⁊ exirent. Que poſtea euolãtes in tantã aeris altitudinẽ ſubleuate ſunt:vt hũanis oculis inſ-

nime viderent. Quo pacto territ⁹ pr ait. Si vo vixerit
infantul⁹ iſte aliqd magni erit. Poſtea cū adoleuiſſet
⁊ videret mrēm ⁊ ſororē ſacrā vgīnē man⁹ ſacerdotib⁹
oſculari ipe ludēs ſorori dexterā offerebat aſſerens ⁊
ſibi id ab ea fieri oportere. Illa vo vt adoleſcētē ⁊ ne-
ſciētē qd diceret reſpuebat. Rome igr lr̄is erudit⁹ cū
cās ptoriū ſplēdide poraret a Ualētiano impatore ad
regēdū liguriā emiliāq; puīcias direct⁹ eſt. Cūq; me-
diolanū veniſſet ⁊ ibidē ep̄s tūc deceſſet. Couenit ppl's
vt ſibi de ep̄o puideret. Sȝ cū iter arrianos ⁊ catholi-
cos de eligēdo ep̄o ſeditio nō modica oriret illuc Am-
broſius cā ſedādę ſeditiōis perexit: ⁊ ſtatim vox infan-
tis īſonuit dicēs ambroſiū ep̄m. Cui⁹ voci oēs vnani-
mes ꝯſenſerūt Ambroſiū ep̄m acclamātes. Quo ille
cognito vt eos a ſe terroribus remoueret eccliaȝ exiēs
tribunal ꝯſcēdit. Et ꝯ ꝯſuetudinē ſuā tormēta pſonis
adhiberi iuſſit. Qd cū faceret ppl's nihilomin⁹ accla-
mabat. Peccm̄ tuū ſup nos. Tūc ille turbat⁹ domū re-
diit ⁊ philoſophiā pfiteri voluit. Qd vt ne faceret re-
uocatus eſt. Publicas mulieres publice ad ſe īgredi
fecit: vt his viſis ab ei⁹ electiōe ppl'm reuocaret. Sȝ cū
nec ſic pficeret: ſȝ ſem̄ ꝯ ppl'm pccm̄ tuū ſup nos eccla-
mare videret fugā media nocte petiit. Cūq; ticinū p-
gere ſe putaret: mane ad portā ciuitatis Mediolañ. q
romana dr̄ inuenit. Qui inuent⁹ cū cuſtodiret a ppl'o
miſſa relatio ad clemētiſſimū impatorē. Ualentianū
q ſūmo gaudio accepit q iudices a ſe directi ad ſacer-
dotiū peterent. Letabat eñ pbus pfect⁹ q verbū ſuū
fuerat in eo adimpletū. Dixerat eñ cū pficiſcēti māda
ta donaret. Uade age nō vt iudex: ſȝ vt ep̄s. Pendēte
relatione iterum abſcōdit: ſed inuētus cū adhuc eſſet
catheeuminus baptizat: ⁊ octauo die in ep̄alem cathe
drā ſublimat. Cū aūt poſt ānos quatuor romā iuiſſet
⁊ ſoror ſua ſacra virgo ei⁹ dexterā oſcularet ſubridens
ait. Ecce vt dicebā ſibi ſacerdotis manū oſcularis. E.
¶ Cū aūt ī quādā ciuitatē p qdā ep̄o ordinādo iuiſſet:
⁊ ei⁹ electiōi iuſtina imperatrix ⁊ alij heretici ꝯtradi-
cerēt volentes vt aliqs de ſua ſecta ordinaret: vna de
arrianoꝝ vginib⁹ impudētior ceteris tribunal ꝯſcen-
dit ⁊ btm̄ Ambroſiū p veſtimētū apphēdit volēs ipm
ad ptez mulierū detrahere vt ab eis ceſus de eccl'a cū
iniuria pelleret. Cui ambro. ait. Et ſi ego indign⁹ ſuȝ
tāto ſacerdotio tibi tñ nō couenit in qualēcunq; ſacer-
dotē man⁹ inijcere. Un̄ timere debuiſti iudiciū dei ne
tibi aliqd ꝯtigat qd dictū exit⁹ ꝯfirmauit. Nā die alio
mortuā ad ſepulchrū vſq; deduxit: grām p cōtumelia
rependēs: qd factū oēs perterruit. Poſt hoc mediolanū
reuerſus īnumeras inſidias a iuſtina īpetratrice ptu-
lit muñerib⁹ ⁊ honorib⁹ aduerſ⁹ eū ppl'os excitāte. Cū
ergo multi eū in exiliū pellere niterent: vn⁹ eoꝝ cete-
ris infelicior intm̄ furorē excitat⁹ eſt vt iuxta eccliam
domū ſibi locaret: ac in ea quadrigā paratā haberet:
qua pcurāte iuſtina facili⁹ raptū ad exilium deporta-
ret. Sed dei iudicio ipſo die quo eū rape arbitrabat in
eadē quadriga de eadē domo in exiliū pulſus eſt. Cui
tñ ambr. reddēs bona p malis ſumpt⁹ ⁊ neceſſaria mi
niſtrauit. Cāt⁹ ⁊ offm̄ in eccl'a mediolanēſi primū ce-
lebrari inſtituit. Erāt ⁊ tūc tpis mediolani multi a de-
mōib⁹ obſeſſi q ſe torqri ab ambroſio magnis vocib⁹
clamabāt. Iuſtina aūt ⁊ multi arrianoꝝ cū ſimul habi
tarent dicebāt Ambroſiū pecunia hoies cōparare q ſe
ab imūdis ſpiritib⁹ vexari mētirent ⁊ ab ambroſio dice
rēt ſe torqri. Tūc ſubito vn⁹ ex illis arrianis q aſtabāt
arrept⁹ a demonio ī medio pſiliit ⁊ clamare cepit. Uti
nā ſic torqrent vt torqor q nō credūt ambroſio. At il-
li ꝯfuſi in piſcinā ſubmerſum hoīem necauerūt. Quid

heretic⁹ acerrimus diſputator ⁊ dur⁹ ⁊ inconuertibilis
ad fidē cū audiret ambroſiū pdicātem vidit angelū ad
aures eius loquētem vba que ppl'o pdicabat: quo viſo
fidē quā pſeqbat cepit defēdere. D. ¶ Quidā aruſpex
demones aduocabat et ipſos ad nocendum ambroſio
tranſmittebat. Sed reuerſi demones renūciabant qd
nō ſolū ad ipm: ſed nec ēt ad fores dom⁹ ſue appropin
quare volebāt: qm̄ ignis inſupabilis oē illud edificiū
cōminueret vt ēt lōge poſiti urerent. Predict⁹ vo aru
ſpex cū a iudice ppt qdā maleficia torqret clamabat
ampli⁹ ab ambroſio ſe torqri. Quēdā demoniacū me
diolanū ingredientē domū dimiſit egredientē iuſſit. In
terrogat⁹ de hoc demō ait Ambroſiū ſe timuiſſe. Ali⁹
quidā nocte eius cubiculū adiit vt gladio ipm necaret
prece ac precio a iuſtina induct⁹. Sȝ cū dextera gladiū
alleuaſſet vt ipm percuteret cōtinuo aruit man⁹ ei⁹. Cū
viri theſſalonice ciuitatis īperatori aliqd deliqſſent
⁊ eis imperator pcib⁹ bti ambroſij induliſſet clā a gē
te curialiū malitia p iuſſuȝ imperatoris neſciēte ambro-
ſio plurimi ſunt occiſi. Qd vt ambroſi⁹ cōperit: impa-
tori copiā intrandi eccleſiā denegauit. Cui cū imperator
diceret q Dauid adulteriū ⁊ homicidiū cōmiſiſſet rn̄-
dit. Qui ſecut⁹ es errātē ſeqre corrigētē. Qd cū audiſ-
ſet clemētiſſimus impator ita gratāter ſuſcepit q pu-
rā pniāȝ agere nō negauit. Quidā a demonio arrept⁹
clamare cepit ab ambroſio ſe torqri. cui amb. Obmu-
teſce diabole: qr nō te torqt ambroſi⁹: ſȝ tua inuidia: qr
illuc hoies aſcendere ꝯſpicis: vn̄ turpiter corruiſti. Nā
ambroſius neſcit inflari. At ille ſtatim obmutuit. E.
¶ Quadā vice cū btūs ambr. p ciuitatē pgeret caſu q-
dā lapſus eſt ⁊ in terra pſtrat⁹ iacebat: qd vidēs alter
ridere cepit: cui amb. Et tu q ſtas vide ne cadas. Quo
dicto ſtatiȝ lapſuȝ ſuū doluit q riſerat alienū. Quadā
etiā vice amb. ad palatiū macedonij magiſtri officioꝝ
vt p quodā intercederet venit. Sȝ cū fores clauſas in-
ueniſſet nec īträdi copiā hr̄e potuiſſet: ait. Et tu q deȝ
venies ad eccl'iā ⁊ nō clauſis ianuis: ſȝ aptis ītrare nō
valebis. Elapſo aliquo tpe metuēs inimicos macedo
nius ad eccleſiā fugit ⁊ patentib⁹ ianuis aditū repere
nō potuit. Fuit ēt tāte abſtinētie q quotidi⁹ niſi ī ſab-
bato ⁊ die dn̄ico ⁊ feſtis pcipuis ieiunabat. Tāte etiaȝ
largitatis erat q oīa q hr̄e poterat eccl'is ⁊ pauperibus
nil ſibi retinēs tribuebat. Tāte cōpaſſionis vt cū ali
quis lapſum ſuū ſibi ꝯfitebat ſic amariſſime flebat q
illū ſi'r flere cōpellebat. Tāte humilitatis ac laboris
vt libros: qs dictabat ppria manu ſcriberet niſi cū in-
firmitate corpis grauaret. Tāte aūt pietatis ⁊ dulce-
dinis vt cū alicui⁹ ſcti ſacerdotis vel ep̄i ſibi obit⁹ nū-
ciaret ſic amariſſime flebat vt vix ꝯſolari valeret. Cū
autē interrogaret cur viros ſctōs q ad gloriā pficiſce-
bantur ſic flere aiebat. Ne putetis me flere q receſſe-
rint: ſed qr me pceſſerint: ⁊ qr difficile inuenit q tā di-
gnus ei⁹ offō habeat. Tāte etiā cōſtātie ⁊ fortitudinis
qd imperatoris vel principiū vitia nō palpabat: ſȝ eos
voce libera cōſtantiſſime arguebat. Cū qdā vir quod-
dā flagitiū ppetraſſet ⁊ coraȝ eo adductus fuiſſet dixit
Ambro. Oportet illū tradi ſathane in interitū carnis
ne talia deinceps audeat perpetrare. Quē codeȝ mo-
mento cum adhuc ſermo eſſet in ore eius immundus
ſpūs diſcerpere cepit. Quadā vice vt aūt cū btūs am-
bro. romā pgeret: ⁊ in quadā villa tuſcie apud quēdaȝ
hoīem nimiū locupletē hoſpitat⁹ fuiſſet: illū hominē
ſup ſtatu ſuo ſolicite requiſiuit. Cui ille rn̄dit. Status
meus dn̄e ſemp felix extitit ⁊ glorioſus. Ecce eñ diui-
tijs infinitis abundo: ſeruos ⁊ famulos q plures ha-
beo: copioſam filioꝝ ⁊ nepotum turbā poſſideo: ⁊ oīa
ſemper

ſemꝑ ad vota habui: nec vnq̄ mihi aliqd aduerſuȝ acci
dit vł qḋ ꝯtriſtaret euenit. Qḋ audiēs Amb. vehemē
ter obſtupuit: ⁊ his q̄ erāt ſecū ī comitatu dixit. Surgi
te ⁊ hinc q̄tociꝰ fugiamꝰ: q2 dñs nō ē ī loco iſto: feſtiate
filij feſtiate: nec ī fugiēdo morā facite ne nos hec diuīa
vltio appħēdat ⁊ ī peccatis illoꝝ nos pariꝭ inuoluat. Cū
ḡ fugerēt: ⁊ aliq̄tulū ꝓceſſiſſent ſubito ſe terra apuit ⁊
hoīem illū cū vniuerſis q̄ ad illū ꝑtinebāt ita abſorbuit
vt nullū īde veſtigiū remaneret. Qḋ cernēs Amb. di-
xit. Ecce frēs q̄ miſericorditer deus ꝑcit: cū hic aduerſa
bum perfecte exuit: curanti gratus extitit⁊ in ſanita-
te recepta ſemper mundũ ſe ſeruauit. Unde ait. Seq̄-
baꝫ matthe⁹ iam letus ⁊ alacer: ⁊ exultabat dicẽs. Jã
nõ publicanũ gero: iã nõ porto leui. Exui leui poſtquã
xp̄m indui: ⁊ hoc quo ad primũ. Odio gen⁹ meũ fugio
vitã meã: ſolũ te ſequor dñe ieſu q̄ ſanas vulnera mea.
Hoc quo ad ſcðum. Quis eſt q̄ me ſeparat a charitate
dei q̄ in me eſt tribulatio: an anguſtia: an fames. Hoc
quo ad tertiũ. Modus aũt ſanandi ſm̃. b. ambr. triplex
fuit. Primo eñ xp̄s ipm vinculis ligauit. Scðo caute
riũ ipm impreſſit. Tertio oẽm putredinẽ emundauit.
Uñ ait Amb. loquẽs in perſona matthei. Ligatus ſuꝫ
fidei clauis ⁊ bonis cõpedibus charitatis. Aufer ieſu
meoꝝ putredines pctõꝝ dũ me habes vinculis chari-
tatis ligatũ. Seca quodcũqꝫ inueneris vitioſum: Hoc
ꝙtum ad primũ. Omne mãdatũ tuum ſicut cauteriũ
impreſſum tenebo: ⁊ ſi vrit cauteriũ mãdati tñ putre-
facta carnis exurit ne ad virus ſerpet ꝯtagio. Et ſi mor
det medicamẽtum, tñ vlceris tollit virũ. Quãtum ad
ſcðm. Ueni cito dñe incidẽs occultas ⁊ latẽtes varias
paſſiones. Aperi cito vulnus ne noxius ſerpat humor
emũda oẽ qð fetidũ eſt ꝑegrino lauacro. Hoc quãtum
ad tertiũ. Ei⁹ aũt euãgelium anno dñi. ccccc. qð mani
bus ſuis ſcripſerat cũ oſſibus bti barnabe repertũ eſt.
Qð q̄dẽ euãgeliũ beat⁹ barnabas ſecũ ferebat ⁊ ſuper
infirmos oẽs illud ponẽs tam fide barnabe ꝙ merito
Matthei continuo liberabat.

## ¶ De ſancto Mauricio. cxxxvj. B.

Mauricius dr̃ a mari ⁊ cis qð dr̃ vomẽs vel dur⁹ ⁊
⁊ us qð interꝑtaꝫ ꝯſiliator vel funeſtãs. Uel dr̃ a
maurũ qð ſm̃ Iſido. grece dr̃ nigrũ. Ipſe nãqꝫ habuit
habuit amaritudinem ꝓ incolatu miſerie ⁊ dilectiõe
patrie. Fuit vomẽs per ſuperfluoꝝ abiectionẽ: durus
⁊ firmus in tormentorum perpeſſione: conſiliator per
commilitonum exhortationẽ: feſtinãs per feruorem ⁊
bonorum operum multiplicationem: niger ꝑ ſui deſpe
ctionem. Huius paſſionem ſcripſit ⁊ compilauit bea-
tus eucharius lugdunenſis archiepiſcopus.



Mauricius in ſacratiſſima legio
ne que thebea dr̃ dux extitiſſe ꝑ
hibeꝫ. Dicti aũt ſunt thebei a ciuita-
te ſua q̄ thebea nũcupata eſt. Eſt aũt
ipſa regio in partib⁹ oriẽtis vltra fi-
nes arabie habilis opibus: fructib⁹
fertilis: arboribus delectabilis. Ha-
bitatores ꝟo illius regionis dicitur
cẽ magni corꝑib⁹: armis ſtrennui: in
bello fortiſſimi: callidi ingenio ſapiẽ
tia locupletiſſimi. Ipſa autẽ ciuitas
centũ portas habuit: ⁊ ſup nilũ fluuiũ q̄ de ꝑadiſo egre
ditur ⁊ gyon vt dr̃ ſita fuit. De qua dr̃. Ecce vetus the-
bea cẽtũ iacet obruta portis. His Jacob⁹ frater dñi ꝟ-
bũ ſalutis predicauit ⁊ fidẽ xp̄i ꝑfecte eos docuit. Dio-
cletian⁹ aũt ⁊ maximian⁹ q̄ ceperũt anno dñi. cclxxij.
volẽtes fidẽ xp̄i penit⁹ extirpare tales ep'las ꝑ oẽs ꝓui
cias in q̄b⁹ xp̄iani morabanꝫ trãſmiſerũt. Si aliq̄d de
terminari oporteret: aut ſciri: ⁊ tot⁹ mũd⁹ ex vna ꝑte
cõgregatus eſſet: ⁊ ſola roma ex alia ꝑte ꝯſiſteret: mũ
dus totus victus fugeret ⁊ ſola roma in culmine ſcien
tie remaneret. Cur ꝙ vos parua plebecula ei⁹ ꝓceptis
reſiſtitis: ⁊ ꝯ̄ ipſi⁹ ſtatuta tã ſtolide ſuperbitis. Aut igi
tur deoꝝ immortaliũ fidẽ ſuſcipite: aut ĩmutabilis de
vobis ſnĩa ꝓferet dãnatiõis. Xp̄iani aũt hmõi literas
ſuſcipiẽtes nũtios oẽs vacuos remiſerũt. Tũc diocletia
nus ⁊ maximian⁹ ĩ irã cõmoti ꝑ oẽs ꝓuincias miſerũt
vt oẽs bellicis armis apti ad romã venirẽt: ⁊ rebelles
romano imꝑio ſubiugarẽt. Re aũt auguſtoꝝ ad pplm
thebeoꝝ delate ſunt. Qui ppl's ſm̃ dei preceptũ q̄ dei
erant deo ⁊ q̄ erãt ceſaris ceſari reddebant. Cõgregan
tes igr̃ electã militũ legionẽ. ſ. ſex milia. dclxvj. eos ad
imperatorẽ miſerũt vt in bellis iuſtis imꝑatorẽ iuua
rent: nõ vt ꝯ̄ xp̄ianos arma mouerẽt: ſed eos poti⁹ de-
fenſarent. Huic aũt ſacratiſſime legiõi dux erat incly-
tus vir maurici⁹. Signifer aũt cãdid⁹: innocẽtius: exu
peri⁹: victor ⁊ ꝯſtãti⁹. Diocletian⁹ igr̃ maximianũ quẽ
ſibi ĩ collegã imꝑij aſſumpſerat ꝯ̄ gallias cũ ĩfinito ex
ercitu miſit ⁊ ei legionẽ thebeã ſociauit. Hi a ſctõ mar
cellino papa exhortati ſunt vt aũ gladijs interirẽt: ꝙ
fidẽ xp̄i quã acceperãt violarẽt. B. ¶ Cũ igr̃ vniuerſ⁹
exercit⁹ mõtes alpiũ trãſmeaſſet ⁊ ottodoꝝ aduemiſſet
iubet imꝑator vt oẽs q̄ ſecũ erant idolis immolarent:
⁊ ꝯ̄ rebelles imꝑio ⁊ maxie ꝯ̄ xp̄ianos vnanimiter con
iurarẽt. Qð ſcti milites audiẽtes octo miliaribus ab
exercitu ſeceſſerunt ⁊ in quodam loco ameno cui aga-
nũ nomẽ eſt iuxta rhodanũ ꝯſederunt. Qð audiẽs ma
ximian⁹ miſſis militib⁹ ꝓcepit vt ad deoꝝ ſacrificia cũ
alijs feſtinarẽt: q̄ ſe nõ poſſe facere rñderũt vt pote qui
fidẽ xp̄i haberẽt. Tunc imꝑator ira ſuccẽſus ait. Jũgiꝫ
deſpectui meo celeſtis iiuria ⁊ mecuꝫ religio romana
cõtẽnit. Sẽtiat ꝯtumax miles nõ ſolũ mihi ſed ẽt dijs
meis me poſſe dare vindictam: tũc ceſar miſſis mili̇ti-
bus ſuis iuſſit vt aut dijs eos ſacrificare compellerẽt:
aut decimum quẽqꝫ eoꝝ protinus decollarent. Sancti
igr̃ cũ gaudio capita extẽdentes vnus aũ alteꝝ feſtina

bat: ⁊ ad morte͂ ꝑuenire certabat. Hic ſcıſſiomau. aſſur-
ge͂s inter cetera ſic co͂cionat⁹ eſt. Co͂gratulor vobis q꞉
ꝓ fide xp̄i oe͂s mori parati eſtis. Co͂militones veſtros
necari ſuſtinuit: q꞉ vos ad paſſione͂ ꝓ xp̄o patos vidit
⁊ dn̄i ma͂datū ſeruaui: q̄ ait petro. Mitte gladiū tuū in
vagi. Q꞉ ergo ia͂ ꝯmilitonū corporib⁹ vallati ſum⁹ ⁊ ſo
ciorū ſanguib⁹ rubricatas veſtes he͂mus noſipſos ad
martyriū ſequamur. Hec ergo ſi placet ceſari ma͂dem⁹
rn̄ſa. Milites tui imparor ſum⁹ ⁊ ad defenſione͂ reipu
blice arma ſuſcepim⁹. Nō eſt i nobis ꝓditio nō formi-
do ſꝫ xp̄i fide͂ nullaten⁹ deſerem⁹ cū hoc iparor audiſ-
ſet iuſſit iter vt decimū trucidare͂t. Quo ſcr͂ō exuperi⁹
ſignifer vexillū arripie͂s ⁊ iter co͂militones ſta͂s dixit.
Glīoſus dux nr̄ mauricı⁹ de nr̄orū co͂militonū glīa eſt
locut⁹: nec exuperi⁹ ſignifer nr̄: io͂ hec arma arripui vt
talib⁹ reſiſtam⁹. Prouocia͂t dextre nr̄e arma hec carna
lia ⁊ arme͂t ꝟtutib⁹ ⁊ talia ſi placet ceſari rema͂dem⁹:
Milites ſum⁹ iparor tui ſerui aūt que͂ libere ꝓfitemur
xp̄i. Tibi debem⁹ militiā: illi inoce͂tiā. A te laboris ſti
pe͂diū: ab eo exordiū ſumpſim⁹ vite. Oīa ꝓ xp̄o torme͂
ta ſuſcipe pati ſum⁹ ⁊ ab ei⁹ fide nūq̄ diſcedem⁹. Tūc
ipſ⁹ ceſar iuſſit ſuū exercitū totaꝫ legione͂ circundare:
ita q͛ vn⁹ euadere nō poſſet. Vallant igit milites xp̄i a
militib⁹ diaboli: ⁊ nephādis manib⁹ trucidant ⁊ pedi
bus equor ꝯculcant: ⁊ xp̄o ꝑcioſi martyres co͂ſecrant.
Paſſi ſunt aūt circa annos dn̄i. cclxx. Dei aūt nutu co͂
plures euaſerūt vt i regio͂es alīs venie͂tes xp̄i nome͂ ꝑ-
dicare͂t ⁊ glīoſiſſime i locis alīs triūpharet. Ex q̄bus
fuiſſe dicunt ſolutor: aductor: ⁊ octaui⁹ apd̄ thaurinū:
alexa͂der apd̄ ꝑgamū: ſcd̄s apud vintiniū: necnō ⁊ b. co͂
ſta͂ti⁹ ⁊ victor ⁊ vrſus: ⁊ co͂plures alij. Cū igit carnifices
ꝑdā diuidere͂t ⁊ inſimul epularent: quēdā ſene͂ nolē vi
ctorē inde caſu tra͂ſeūte͂ ad ſecū ꝯuiuāndū inuitarūt. Il-
le aūt reqrere cepit quō inter tot milia occiſor poſſent
cū gaudio epulari. Cū aute͂ a quodā audiſſet q͛ ꝓ fide
xp̄i mortui ee͂nt ſuſpira͂s ille vehemēter īgemuit. beatū
oīno ſe clamita͂s ſi cū illis fuiſſet occiſus. Dū aūt co͂pe
riſſent q͛m xp̄ian⁹ eſſet: in eū impetū fecerūt ⁊ ipm ꝑti
nus trucidauerūt. C. ❡ Poſt hec maximian⁹ apd̄ me
diolanū: dioclecian⁹ ꝟo apud nichomediā vna die pur
purā depoſuerūt vt priuatā vitā agere͂t: ⁊ adoleſce͂tio-
res .ſ. co͂ſta͂ti⁹ ⁊ maxim⁹ ⁊ galeri⁹ quos ceſares fecera͂t
impare͂t. Sꝫ cū maximian⁹ iter tyra͂nice imperare vel
let a co͂ſta͂tio genero ſuo ꝑſecut⁹ ſuſpe͂dio vitā finiuit.
Tāde͂ corp⁹ ſcti innoce͂tij de eade͂ legione in vndā rho
dani immerſuꝫ a domiciano genaneſi ⁊ grato auguſta
no ⁊ ꝓthaſio eiuſde͂ loci ep̄is cū alijs i eccl̄ia eſt ſepul-
tū. In cui⁹ co͂ſtructione q̄dā ge͂tilis artifex erat q̄ alijs
die dn̄ico ſolenniza͂tib⁹ ſol⁹ opus ſuū exercebat. Adeſt
ſctōrū exercit⁹ rapit: cedit ⁊ arguit q͛ opus ſuū ꝓpha-
nus aſſumpſerit: ⁊ die dn̄ica cū alij diuinis inte͂derent
ipſe opib⁹ mechanicis inhiaret. Correpť ad eccl̄iā cu-
currit ⁊ ſe fieri xp̄ianū poſtulauit. Ambro. i ꝑfatiōe de
his martyrib⁹ ſic ait. Caterua fideliū diuino luſtrata
lumine ab extremis terre finib⁹ veniens tibi fideliter
ſupplicauit. Et tā corporeis bellator legio mucrōib⁹
circūſepta q̄ꝫ ſpūalib⁹ e͂t armis vallata ad martyriū
vigili ꝯſta͂tia ꝓperauit. Quos peſtifer tyra͂nus vt eos
metu ꝑterreret ad intere͂ptione͂ ſupplicij gladio deci-
mauit: atq꞉ poſtmodū ꝯſta͂ter eos ꝑdura͂tes in fide vni
uerſos pariter capite plecti ꝑcepit. Sed hi ta͂to charita-
tis ardore feruebāt: vt reiectis armis flexo poplite paſ
ſim genicula͂tes ſpiculatorū tela hilari corde ſuſcipe-
rent. Inter quos. b. Mauritı⁹ ita fidei amore ſucce͂ſus
decerta͂do ſui martyrij eſt corona͂ adept⁹. Hec Ambr.
Mulier quedā filiū ſuū abbati monaſterij in quo ſan-
ctorū martyrū corpora requieſcūt erudie͂dū tradidit que͂
in breui defunctū irremediabili luctu plangebat. Cui
appare͂s maurici⁹ cur filiū ſuū ſic fleret q̄ſiuit. Que ſi-
bi rn̄dit: q͛ q̄diu viueret a lachrymis nō ceſſaret. Cui
ille. Noli eū flere vt mortuū: ſꝫ ſcias eū habitare nobi
ſcū q͛ ſi ꝓbare deſideras cras: ⁊ i oīb⁹ dieb⁹ vite tue ſi
ad matutinas ſurrexeris: voce͂ ei⁹ iter monachor pſal-
le͂tiū voces audire valebis. Qd̄ illa ſemꝑ fecit: ⁊ voce͂
filij cū monachis ca͂tante͂ ſemꝑ diſcerne͂s audiuit. Rex
gaturanic⁹ cū theſauros ſuos relictis ſeculi po͂pis pau
perib⁹ ⁊ eccl̄ijs erogaret quēdā ꝑſbyterū miſit: vt ſibi
de ſacroſctis ipſor reliquijs aſportaret. Qui cum reli-
quijs impetratis redie͂s dū nauis orta te͂peſtate i lacu
lauſaneſi periret capſaꝫ cū reliquijs fluctib⁹ oppoſuit
⁊ mox ſecuta fuit tranquillitas magna. Anno domini
dcccclxiij. cū q̄dā monachi obte͂tu caroli a Nicolao pa
pa corpa ſcti vrbani pape ⁊ ſcti tyburcij martyris im-
petraſſent ⁊ redeūtes ſctōr martyrū eccl̄iaꝫ viſitaſſent
ab abbate ⁊ monachis impetrarūt vt corp⁹ ſcti mauri
cij ⁊ caput ſcti innoce͂tij apd̄ antiſiodoreſ. i eccl̄ia quā
ſctūs german⁹ eiſde͂ martyrib⁹ dudū dedicauerat tra͂-
ſportare͂t. Refert Petr⁹ damiani q͛ in burgūdia erat
q̄dā cleric⁹ ſuꝑbus ⁊ ambitioſus q̄ quandā eccl̄iaꝫ ſcti
Mauricij ſibi vſurpauerat quodam pote͂te milite ſibi
plurimū obſiſte͂te. Dū aūt quadā die miſſa cantaret et
in fine euāgelij diceret: oīs q̄ ſe exaltat humiliabitur:
deriſit miſer ⁊ ait falſum eſt. Nā ſi ego meis hoſtibus
me humiliaſſem tot hodie diuitias eccl̄ie nō habere͂: ⁊
ecce fulme͂ inſtar gladij in os ei⁹ ꝑ qd̄ blaſphemie ver-
ba euomuit introiuit ⁊ ſubito eum extinxit.

## ❡ De ſancta Iuſtina. cxxxvij A.

Iuſtina a iuſtitia dicta eſt. Ipſa eīm ꝑ iuſtitiā vnicuiq꞉
qd̄ ſuū eſt reddidit. ſ. deo obedie͂tiam: ſuperiori ꝑlato
reuere͂tiam: pari concordiam: inferiori diſciplinā: ini-
micis patientiā: miſeris ⁊ afflictis co͂paſſioneꝫ operoſ-
ſam: ſibi ſanctimoniam: ⁊ proximis charitatem.



Iuſtina ꝟgo de ciuitate Antiochie
filia ſacerdotis idolorum quotidie
ad feneſtrā ſede͂s ꝓliū diacone euāge
liū legente͂ audiebat a quo tande͂ co͂-
uerſa eſt. Qd̄ cū mr̄ patri in lecto re-
tuliſſet ⁊ ambo dormiſſent xp̄s cum
angelis appuit eis dice͂s. Venite ad
me ⁊ dabo vobis regnū celorū. Qui
euigila͂tes ſtatim cū filia ſua ſe bapti
zari fecerūt. Hec ergo iuſtina virgo a
Cypriano plurimū moleſtata ipm tande͂ ad fide͂ ꝯuer
tit. Cyprianus eīm a ſua pueritia magus extiterat. Nā
cum. vij. annor eſſent a pare͂tib⁹ diabolo co͂ſecrat⁹ eſt.
Hic igit magice arti inſeruiebat ⁊ matronas in iume͂-
ta co͂uertere vide͂batur ⁊ multa alia ꝑſtigia exercebat.
Arde͂s igit in amore Iuſtine virginis ad magicas ar-
tes ſe co͂tulit: vt ipſam ꝓ ſe vel ꝓ viro quodā acladio q̄
ſimilr in ei⁹ amore͂ exarſerat poſſet habere. Aduocat
igitur demone͂ vt ad ſe veniat: ⁊ iuſtinā ꝑ eū valeat ha
bere. Adueniēs demō dixit ei. Quid me vocaſti? Cui
Cyprian⁹. Amo virgine͂ de galileis: potes ne facere vt
ipſam habeā ⁊ volūtate͂ meā ſecū ꝑficiam. Cui demō.
Ego q̄ hoīem de paradiſo eijcere potui: Cayn fratrem
ſuū occidere ꝓcuraui: Iudeos X p̄m occidere feci: ho-
mines perturbaui ⁊ nō potero facere vt vnā puellā ha
beas ⁊ ea iuxta tuum placitum fruaris. Vnguentum
hoc accipe ⁊ circa domum eius deforis ſparge: et ego
ſuperueniens cor eius in tuum amorem incendā ⁊ ti-
bi eam aſſentire co͂pellam. Sequenti nocte demon ad
eā ingreditur ⁊ cor eius ad amore͂ illicitū incitare co-

nat: qð illa ſentiẽs deuote ſe dño cõmẽdauit ⁊ totũ cor
pus ſuũ ſigno crucis muniuit. Ad ſignũ autẽ ſctẽ cru=
cis diabolꝰ territꝰ fugit ⁊ ad Cyprianũ veniẽs ante eũ
ſtetit: cui cyprianꝰ dixit. Quare nõ adduxiſti ad me vir
ginẽ illã. Cui demon. Vidi in ea quoddã ſignũ ⁊ cõta=
buit ⁊ oĩs vĩtus in me defecit. Cyprianꝰ aũt eũ dimiſit
⁊ aliũ fortiorẽ vocauit. Cui demon. Audiui tuã iuſſio=
nẽ ⁊ vidi illiꝰ ĩpoſſibilitatẽ: ſʒ ego emẽdabo ⁊ tuã ꝯple
bo volũtatẽ. Aggrediar eã ⁊ cor eiꝰ vulnerabo in amo
rẽ libidinis ⁊ ea iuxta deſideriũ tuũ perfrueris. Ingre=
diens igiꝛ diabolꝰ nitebaꝛ ei ꝑſuadere ⁊ animũ eiꝰ ad
amorẽ illicitũ inflãmare. Illa aũt ſe deo deuote recõ=
mẽdãs ſigno crucis oẽm tẽtationẽ repulit ⁊ inſufflãs
in demone ꝓtinꝰ eũ abiecit. Demõ aũt cõfuſus abijt et
aufugit ⁊ añ cyprianũ ſtetit: ad quẽ cyprianus. Et vbi
eſt vĩgo ad quã te trãſmiſi. Et demon. Victũ me fateor
⁊ quaſi dicere ꝯtimeſco: quoddã eñ ſignũ terribile in
ea vidi ⁊ cõtinuo robur oẽ amiſi. Tũc cyprianꝰ eũ deri
dẽs dimiſit: ⁊ ipʒ pricipẽ demonũ aduocauit. Cũqʒ ve
niſſet ad eũ dixit. Que eſt vĩtꝰ vr̃a tã modica: vt vincaꝛ
ab vna puella? Dixit demõ. Ecce egrediẽs varijs febri=
bus eã vexabo ⁊ animũ eiꝰ ardẽtius inflãmabo ⁊ totũ
corpꝰ eius vehemẽti ardore reſꝑgã ⁊ freneticã illã fa=
ciã ⁊ varia ſibi fantaſmata offerã ⁊ media nocte eã ad=
ducã tibi. Tũc diabolꝰ ĩ ſpeciẽ viniꝰ vĩginis ſe trãſfigu=
rauit ⁊ ad vĩginẽ veniẽs dixit. Ecce ad te venio: qꝛ tecũ
in caſtitate viuere cõcupiſco. Verũtñ dic q̃ſo te quenã
certaminis nr̃i merces erit. Cui ſctã vĩgo rñdit. Mer=
ces quidẽ multa labor modicus. Dixit ei demõ. Quid
eſt ergo qð deꝰ p̃cepit. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ re=
plete terrã? Timeo ego bona ſocia ꝙ ſi ĩ vĩginitate mã
ſerimꝰ verbũ dei irritũ faciemus ⁊ velut contẽnẽtes ⁊
inobedientes in graue iudiciũ decidemꝰ: ⁊ vñ videba=
mur ſperare premiũ: graue incurremꝰ tormẽtũ. Cepit
aũt cor vĩginis grauibus cogitationibus ꝑ imiſſioneʒ
demonis cõcuti ⁊ ardore cõcupiſcẽtie fortiꝰ inflãmari:
adeo vt iam ſurgẽs abire vellet. Tunc ſctã virgo ad ſe
reuerſa ⁊ quis eſſet q̃ ſecũ loq̃reꝛ intelligẽs cõtinuo ſe
cruce muniuit ⁊ in diabolũ ſufflãs ipſum inſtar cere ꝓ
tinus liq̃fecit ⁊ ab oĩ tẽtatiõe ſtatim liberatã ſe ſenſit.
E. ¶ Poſtmodũ diabolus in ſpeciẽ iuuenis pulcher=
rimi ſe transfigurauit ⁊ thalamũ eiꝰ ingrediẽs cũ ipſa
in lectulo iaceret ĩpudẽter in eiꝰ lectulũ ꝓſiliuit: ⁊ in
eiꝰ amplexꝰ ruere voluit. Qð vidẽs iuſtina ⁊ malignũ
ſpũm adeſſe cognoſcẽs: mox ſignũ crucis edidit ⁊ inſtar
cere diabolũ liq̃fecit. Tũc diabolꝰ ꝑmittẽte deo febri=
bus eã fatigãs ⁊ plures cũ gregibꝰ ⁊ armẽtis occidẽs:
maximã mortalitatẽ in tota antiochia futurã ꝑ demo=
niacos ꝑdicebat: niſi iuſtina cõiugio cõſentiret. Qua=
propter tota ciuitas morbo languẽs ad ianuã parẽtũ
iuſtine cõuenit clamãs vt iuſtina ꝯiugio traderẽt: ⁊ ſic
ciuitatẽ a tãto periculo liberarẽt. Sed cũ iuſtina nul=
latenus ꝯſentiret: ⁊ ex hoc mortẽ eidẽ oẽs minarẽtur
vij. anno mortalitatis ipſa ꝓ eis orauit: ⁊ oẽm peſtilẽ=
tiã ꝓpulſauit. Videns aũt diabolꝰ ꝙ nihil ꝓficeret in
formã iuſtine ſe trãſmutauit vt famã iuſtie pollueret ⁊
cyprianũ deludẽs ſe Iuſtinã ad ſe adduxiſſe iactabat.
Pergẽs igiꝛ diabolꝰ ad cyprianũ in ſpecie Iuſtine ad
ipm cucurrit: ⁊ eũ quaſi q̃ eius amore lãgueret oſcula=
ri voluit. Quã cyprianꝰ vidẽs ⁊ iuſtinã eẽ credẽs gau
dio repletꝰ ait. Bñ veniſti iuſtina oĩm feminarũ deco=
ra. Mox vt cyprianꝰ nomẽ iuſtine noĩauit: diabolꝰ no=
mẽ illud ferre nõ potuit: ſʒ ad eiꝰ ꝓlationẽ inſtar fumi
ſtatĩ euanuit. Qua propter cyprianꝰ deluſum ſe vidẽs
triſtis remãſit. Vñ ⁊ ampliꝰ ĩ amorẽ iuſtine eſtuãs ad
oſtium virginis diu vigilauit: ⁊ q̃nqʒ in feminã/ ⁊ q̃nqʒ
in auẽ vt videbaꝛ arte magica ſe cõmutãs cũ veniſſet
ad oſtiũ vĩginis/ neqʒ femina/ neqʒ auis: ſed cyprianus
ꝓtinus apparebat. Acladiꝰ q̃ʒ arte diabolica mutatꝰ
in paſſerẽ cũ ad feneſtrã iuſtine volaſſet: mox vt virgo
eũ aſpexit nõ paſſer: ſʒ acladiꝰ apparuit. Anguſtiari ꝑ
nimis cepit ac tremere: qꝛ nec fugere poterat/ nec ſali=
re. Timẽs võ iuſtina ne cadẽs creparet: eũ ꝑ ſcalã de=
poni fecit admonẽs vt a ſua veſania ceſſaret ne iuxta
leges tanq̃ maleficꝰ puniretꝛ. Iſta oĩa ſm̃ figmẽta dia
bolica ad quãdã apparẽtiã hebant. D. ¶ Victus igiꝛ ꝑ
oĩa diabolꝰ ad cyprianũ redijt ⁊ ante eũ cõfuſus ſtetit.
Cui dixit cyprianꝰ. Nunq̃d ⁊ tu victus es? Que eſt mi=
ſer vĩtus veſtra vt vnã puellã non poſſitis vincere/ nec
in eã poteſtatẽ hẽre: ſed econuerſo ipſa vos vincat ⁊ tam
miſerabiliter vos ꝓſternat: Dic tñ mihi obſecro ĩ quo
eſt eius tã magna fortitudo. Cui demon ait. Si mihi
iuraueris vt a me nequaq̃ recedas virtutẽ eius victo
rie tibi pãdã. Cui cyprianus. Per q̃d tibi iurabo. Cui
demõ. Iura mihi per virtutes meas magnas ꝙ a me
nũq̃ diſcedas. Dixit ei cyprianꝰ. Per vĩtutes tuas ma
gnas tibi iuro ꝙ a te nũq̃ diſcedã. Tũc diabolꝰ quaſi
ſecurꝰ ei dixit. Puella illa ſignũ crucifixi edidit: ⁊ ſta=
tim cõtabui ⁊ omnẽ virtutẽ amiſi: ⁊ quaſi cera a facie
ignis effluxi. Dixit ei cyprianus. Ergo crucifixꝰ maior
te eſt. Et demõ. Vtiqʒ maior oĩbus eſt: ⁊ nos ⁊ omnes
q̃s hic decipimꝰ tradet igni inextinguibili cruciãdos.
Cui Cyprianꝰ. Ergo ⁊ ego amicꝰ debeo fieri crucifixi:
ne tãtã aliq̃ñ penã incurrã. Cui diabolus. Iuraſti mi=
hi per vĩtutes mei exercitus ꝑ quas nemo ꝑiurare va=
let ꝙ a me nũq̃ diſcederes. Ad quẽ cyprianꝰ. Te ⁊ oẽs
fumigantes tuas vĩtutes cõtẽno ⁊ tibi ⁊ oĩbus diabo=
lis tuis abrenũcio ⁊ crucifixi ſalutari ſigno me munio.
Statimqʒ ab eo diabolus ꝯfuſus diſceſſit. Tũc cypria
nus ad ep̃m iuit. Quẽ vidẽs ep̃s ⁊ credens eũ veniſſe
vt xp̃ianos in errorẽ mitteret ait ei. Sufficiãt tibi Cy=
priane hi q̃ foris ſunt. Nihil ei poteris aduerſus eccle=
ſiã dei. Inuicta eſt eñ vĩtus xp̃i. Cui cyprianꝰ. Certus
ſum ꝙ inuicta eſt virtꝰ xp̃i. Narrãſqʒ q̃ ſibi acciderat:
ab eo ſe baptizari fecit. Qui poſtmodũ tã in ſcĩa q̃ in
vita valde ꝓficiẽs mortuo ep̃o ipſe in ep̃m ordinatus
eſt. Beatã võ virginẽ Iuſtinã in monaſterio poſuit et
multis ſacris virginibꝰ eã ibidẽ in abbatiſſam p̃fecit.
Sctũs aũt cyprianꝰ martyribꝰ ep̃las ſepe mittebat et
eos in certamine roborabat. Comes aũt regiõis illiꝰ
audiẽs famã cypriani ⁊ iuſtine eos ad ſe p̃ſẽtari fecit: ⁊
an ſacrificare vellẽt reqſiuit. Qui dũ in fide xp̃i ꝑſiſte=
rẽt firmi: iuſſit eos ĩ ſartaginẽ plenã cera pice ⁊ adipe
poni q̃ tñ eis mirũ refrigeriũ p̃ſtitit: nec aliqð ſuppli=
ciũ irrogauit. Sacerdos aũt idolorum prefecto dixit.
Iubeas me ante ſartaginẽ ſtare ⁊ ꝯfeſtim vincaʒ oẽm
virtutem eorũ. Cũ ergo iuxta ſartaginẽ veniſſet dixit.
Magnus eſt deus Hercules ⁊ pater deorum Iupiter.
Et ecce cõtinuo de ſartagine ignis exiuit ⁊ penitꝰ eum
cõſumpſit. Tunc cyprianus ⁊ iuſtina de ſartagine ex=
trahũtur: ⁊ data ſuper eos ſnĩa pariter decollanꝛ. Hoꝝ
corpora cum ſeptem diebꝰ ad canes ꝓiecta mãſiſſent:
poſtmodũ romam tranſlata ſunt. Nũc aũt vt diciꝛ pla
cẽtie requieſcunt. Paſſi ſunt autem. vj. kal. octobris
circa annos dñi. cclxxx. ſub Diocletiano.

¶ De ſanctis Coſma ⁊ Damiano. cxxxviij. A.

Coſmas dr̃ a coſmos ꝙ eſt forma vel ornatus. Vel
ſm̃ Iſido. coſmos grece diciꝛ mũdus latine. Fuit
enim forma in alijs exẽplis ornatus virtutibus bonis
mũdus ab omnibus vitijs. Damianus dictus eſt a dã=
ma quadam beſtia que humilis eſt et manſueta. Vel
damianus a dogma qð eſt doctrina ⁊ ana quod eſt ſur
ſum

ſum vel a damū qđ eſt ſacrificiū. Uel damianꝰ quaſi dñi manꝰ. Ipſe em̄ mā̄ſuetudinē habuit in ꝯuerſatiōe. doctrinā ſupnā habuit ī pdicatiōe: ſacrificiū fuit ī carnis maceratiōe: dñi manꝰ fuit ī medicinali curatione.



Coſmas ⁊ Damianꝰ germani fratres in ciuitate egea ex religioſa matre nomine theodora nati ſunt. Hi arte medicine edocti tantā a ſpūſctō gfaz acceperūt: vt oēs languores non ſolū ab hoībus: ſed etiā a iumētis curarēt gratis oīa tribuētes. Matrona aūt quedā noīe palladia cum omnia ſua in medicis cōſumpſiſſet ad ſctōs acceſſit: ⁊ ab eis ſanitatē integram reportauit. Tūc illa quoddā munuſculū ſancto damiano obtulit. Et cū nollet recipe illa euz ſacramētis terribilibꝰ adiurauit. Qđ ille acquieuit recipere nō qdē ductus cupiditate muneris: ſed ⁊ deuotioni ſatiſfaciēs offerētis ⁊ ne nomē dñi videret̄ ſpernere per quod videbat ſic ſe adiuratū eſſe hoc vbi ſanctus coſmas comperit precepit ne corpus eius vna cū ipſiꝰ corpe poneret̄. Sȝ ſequēti nocte dñs coſme apparuit ⁊ fratrē de ſuſcepto munere excuſauit. Audiēs coruȝ famā proconſul liſias eos ad ſe accerſiri fecit: ⁊ que eorū ſint noīa que patria: ꝗ fortuna inquirere cepit. Sancti martyres dixert̄. Noīa noſtra ſunt coſmas ⁊ damianꝰ ⁊ alios tres frēs habemꝰ quoꝝ noīa ſunt antinꝰ: leoncius: ⁊ euprepiꝰ. Patria aūt nr̄a arabia eſt. Porro fortunā xp̄iani neſciūt. Juſſit ģ imperator vt fratres ſuos adducerēt ⁊ ſimul idolis immolarēt. Sȝ cū oīno: immolare cōtēnerēt precepit eos in manibꝰ ⁊ pedibus dire torqueri. Cū aūt eius tormēta deriderēt: iuſſit eos cathenis ligari ⁊ in mare precipitari. Sȝ ſtatim ab angelo de mari liberant̄: ⁊ añ pſidē ſtatuunt̄. Qđ pſes cōſiderās ait. Per deos magnos maleficijs vīcitis: qꝛ tormēta cōtēnitis ⁊ mare ſopitis. Docete ģ me hec veſtra maleficia ⁊ in noīe dei adriani ſequar vos. Et hoc dictō ſtatim duo demones affuerūt ⁊ eū grauiſſime in faciez ceciderūt. Et ille clamans dixit. Deprecor vos o boni viri vt ꝑ me ad dñȝ vr̄m oretis. Quibꝰ orātibꝰ ꝯtinuo demones diſceſſerūt. Preſes aūt dixit. Uidetis qualiter aduerſum me dīj indignati ſunt: qꝛ eos relinquere cogitabam. Jam ergo deos meos vos non patiar blaſphemare. Tūc eos in ignē copioſum iactari pcepit: ſȝ tñ eos nil leſit qn potius flāma ꝓſiliēs longe ⁊ multos de aſtantibus interemit. Jubent̄ ģ in eculeo ſuſpēdi: ſȝ ab angelo ipſos cuſtodiēte fatigatis admodū incedendo miniſtris añ preſidē deponunt̄ illeſi. Tres igit̄ fratres in carcere fecit recludi ⁊ coſmā ⁊ damianū crucifigi ⁊ a pplo lapidari. Sȝ in ſuos lapides redibāt auctores ⁊ ꝗplurimos vulnerabāt. Tūc preſes furore repletus eductis tribus fratribus ⁊ ſtātibꝰ iuxta crucē iuſſit coſmā ⁊ damianū ſupra crucē a quatuor militibꝰ ſagittari. Sagitte xᵒ ꝯuerſe plurimos vulnerabāt ſȝ ſanctos martyres nō ledebāt. Uidēs aūt pſes in oībꝰ ſe ꝯfuſuȝ vſqȝ ad mortē anguſtiatꝰ oēs quinqȝ frēs fecit ſimul decollari: memores aūt xp̄iani xbi qđ dixerat ſctūs coſmas ne in vnū ſepelirent̄ cogitabāt qūo vellēt martyres ſepeliri. Et ecce ſubito camelus aduenit ⁊ humana voce ꝓclamās ſctōs in vno loco ſepeliri precepit: paſſi ſunt ſub diocletiano q cepit circa annos dñi.cclxxxvij. B. ¶ Ruſticꝰ qdā cū poſt laborē meſſis in cāpo apto ore dormiret ſerpēs ī eiꝰ vētrē igreſſus eſt. Euigilans aūt cū nihil ſentiret domū rediꝭt: ⁊ ſero facto grauiſſime torqri ſe ſenſit. Uoces igr̄ miſerabiles emittebat: ⁊ ſctōs dñi coſmā ⁊ damianū ī ſui auxiliū inuocabat: ſȝ cū dolor ſemp īcreſceret ad ecc̄iam ſctōꝝ martyꝝ ꝯfugit: ⁊ ibidē eo ſubito dormiēte ſerpēs ſicut p os eiꝰ intrauerat ſic exiuit. Uir qdā lōge ꝓfecturꝰ ſctis martyribꝰ coſme ⁊ damiano vxorē ſuā cōmēdauit: dans ei ſignū cui ꝯtinuo deberet ei annuere ſi aliqñ eā vocaret. Poſt hoc aūt ſciēs ſignū diabolꝰ qđ ei marit̄ dederat ſe in hoīeȝ trāſfigurauit ⁊ ſignū viri offerēs dixit. Uir tuꝰ ab illa ciuitate me miſit ad te vt ducā te ad eū. At illa adhuc ire formidās ait. Signū qdē agnoſco: ſȝ qꝛ de ſctis martyribꝰ coſme ⁊ damiano ꝯmēdata ſuȝ ſup eoꝝ altare mihi iura ꝙ ſecurā me duces ⁊ tūc ꝯtinꝰ ꝓficiſcar. Ille aūt ꝯtinuo vt dixerat ſibi iurauit: ſecuta ģ eū cū ad quēdā locū ſecretū veniſſent voluit eam de iumēto diabolꝰ pcipitare vt eā occideret. Qđ illa ſētiēs exclamauit. Deꝰ ſctōꝝ coſme ⁊ damiani adiuua me. vobis aūt credidi ⁊ ſecuta ſum eū. Cōfeſtim aūt ſcti cum multitudine dealbatoꝝ ibidē affuert̄ ⁊ eā liberauerūt. Diabolꝰ vᵒ ſtatī euanuit. Et dixert̄ ei. nos ſumꝰ coſmas ⁊ damia. quē iuſto credidiſti: idcirco feſtiauimꝰ venire in auxiliū tibi. Felix pa. viū. ſcti greg. in honore ſctōꝝ coſme ⁊ damia. nobilē eccl̄iaȝ rome ꝯſtruxit. in hac eccl̄ia qdā vir ſctis martyribꝰ ſeruiebat: cui cācer vnū crus totū ꝯſūpſerat. Et ecce dormiēte illo ſcti coſ. ⁊ dami. deuoto ſuo appuert̄ vnguēta ⁊ ferramēta ſecū portātes: quoꝝ vnꝰ alteri dixit vbi carnes accipiemꝰ vt abſciſſa carne putrida locū vacuū repleamꝰ. Tūc ait alteri in cimiterio. ſ. petri ad vincula hodie ethiops recēs ſepultꝰ eſt: de illo ģ affer vt huic ſuppleamꝰ. Et ecce ad cimiteriū ꝓperauit ⁊ coxā mauri attulit: pcidētesqȝ coxā infirmi loco eiꝰ coxā mauri inſeruerūt. ⁊ plagā diligēter vngētes coxā infirmi ad corpꝰ mauri mortui detulerūt. Euigilās aūt cū ſe ſine dolore ſenſiſſet: manū coxam appoſuit ⁊ nil leſionis inuenit: apponēſqȝ cādelā cū in cruce nihil mali videret cogitabat an nō ipſe qd erat ſȝ aliꝰ aliter eſſet. Rediēs aūt ad ſe p gaudio de lectulo proſiliit: ⁊ qđ ī ſomnis viderat ⁊ qualr̄ ſanatꝰ fuerat oībus enarrauit. Qui cōciti ad tumulū mauri miſert̄ ⁊ coxā mauri pciſaȝ: ⁊ coxā pdicti viri loco illiꝰ tumlo poſitā iuenert̄. Paſſi ſūt āt circa ānos dñi.cclxxx. ſub diocle.

¶ De ſancto Forſeo.                    cxxxix.                    A



Forſeus epūs cuiꝰ hiſtoriā Beda ſcripſiſſe credit̄. dū oī virtute ⁊ bonitate polleret ad extremū veniens ſpm̄ emiſit vidit qȝ duos angelos ad ſe venientes: ⁊ eius aīam deferentes: tertiū xᵒ armatū ſcuto cādido ⁊ gladio fulgureo ſe pcedētē cōſpexit. Deinde demones clamātes audiuit. Precedamꝰ ⁊ añ faciē eiꝰ bella cōmoueamus. Cū ģ pceſſiſſent vniuerſi iactabāt ī eū ignita iacula. Sȝ angelꝰ pcedēs ſcuto ea ſuſcipiebat: ⁊ ꝯtinꝰ extinguebat. Tūc demones angelis opponētes dixerūt. Otioſos ſmones ſepe dixit: ⁊ iō illeſus nō dȝ ꝓfrui vita btā. Quibꝰ angeli. Niſi principalia vitia ꝯ eū ꝓtuleritis propter minima nō pibit. Tūc dixit eis demō. Si iuſtꝰ eſt deus hō hic nō ſaluabit̄. Scriptū eſt em̄. Niſi cōuerſi fueritis et efficiamini ſicut paruuli nō intrabitis in regnū celoꝝ. Cui angelꝰ excuſans ait. intelligētiā ī corde habuit: ſȝ ꝯſuetudo hoim̄ ꝯcitauit. Cui demō. Sicut accepit malū ex ꝯſuetudine ita accipiat vindictaȝ a ſupno iudice. Sctūs āgelꝰ dixit. Judicemur añ deū. Preliāte angelo aduerſarij territi ſunt. Tūc demō dixit. Seruꝰ q ſcit voluntatē dñi ſui ⁊ nō facit: plagis vapulabit̄ multis. cui angelꝰ. Quid em̄ iſte de dñi ſui volūtate nō impleuit. Et demō. Dona iniquoꝝ recepit. Cui angelus. Credi=

dit q vnuſqſqȝ eoꝝ pniaȝ egiſſet. Demō dixit. Unde debuit pbare pnīe pſeuerātiā ⁊ ſic fruct⁹ ſuſcipe. Angelus rñdit. Judicemur añ deū. Sȝ demō ſuccubuit. Iterū ad bellū dīi ſurrexit dicēs. Uſqȝ nūc deū exiſtimabam⁹ veracē q oē delictū qđ in terris nō purgat: ſe in eternū puniturū pmiſit. Hic ģ hō quādā veſtē a qdaȝ vſurario recepit: nec de hoc punit⁹ fuit. Ubi: ē ģ iuſtitia dei. Cui āgel⁹. Silete: qꝛ occulta dei iudicia ignoratis Quādiu eīn ſperat pnīa comitat hoīem diuina mīa. Demō rñdit. Sed null⁹ hic locus eſt pnīe. Cui angel⁹. Profunditatē iudicioꝝ dei ignoratis. Erit etenī. Tūc diabol⁹ tā grauiter eū pcuſſit: vt poſtmodū vite reſtitutus ſemp pcuſſionis veſtigiū retineret. Arripiētes enī demones vnū de his quos in ignib⁹ torqbāt ipm ī eum iactauerūt q eius humerū maxillāqȝ incēdit. Cognouitqȝ hoīem qꝛ ille erat cuius veſtē acceperat. Dixitqȝ angel⁹. Qđ incēdiſti arſit te. Si enī hui⁹ viri in pctīs mortui donū nō accepiſſes: nec pena ī te arderet. Et hāc pcuſſionē pmittēte deo p receptiōe veſtimenti illi⁹ percepit. Alter aūt demō dixit. Adhuc reſtat illi anguſta porta vbi illū ſupare poterim⁹. Dilige proximū tuū ſicut teipm. Rñdit angel⁹. Uir iſte ī pximos ſuos opat⁹ ē bona. Aduerſarius rñdit. Nō ſufficit hoc niſi ēt ſicut ſeipm dilexerit. Cui angel⁹. Fructus dilectiōis eſt bñ opari: qꝛ de⁹ reddet vnicuiqȝ ſȝ opera ſua Dixitqȝ demō. Sed qꝛ verbū de diligendo nō impleuit dānat⁹ erit. Pugnāte turba nefanda ſctī angeli victores fuerūt. Dixit ꝑ iterum demō. Si deus iniquus nō eſt ⁊ verbi illius tranſgreſſio ei diſplicet iſte penaꝝ expers nō erit. Promiſit enī ſeculo abrenuntiare ⁊ ecōtrario ſeculū dilexit ꝯ id qđ dictū ē. Nolite diligere mūdū neqȝ ea que in mundo ſunt. Sctūs angel⁹ rñdit. nō ſibi ea q ſunt ſctī: ſȝ hoīb⁹ indigētib⁹ diſpēſanda dilexit. Diabol⁹ rñdit. Qualicūqȝ modo diligat ꝯ pceptuȝ diuinū eſt. Victis aduerſarijs rurſus diabolus ad callidas ꝯuertit accuſatiōes dicēs. Scriptū ē enī. Si non annūtiaueris iniq iniqtatē ſuā ſanguinē ei⁹ de manu tua requirā. Hic nō annūtiauit digne pctōrib⁹ pnīam Sātus angel⁹ rñdit. Qñ auditores deſpiciunt verbuȝ linguā doctoris loq ꝓpedit: vñ videt q predicatio audita deſpicit: vñ prudētis eſt vbi nō eſt loquēdi tps noſce tacere. In oī vero ꝯtradictione demonū preualida nimis extitit pugna donec iudice dño triūphātibus angelis deuictiſqȝ aduerſarijs immēſa claritate vir ſanctus circūfuſus eſt. Unus autē vt Beda teſtat ex angelis dixit ei: reſpice mundū. Reſpiciēſqȝ vidit vallem tenebroſam ⁊ quatuor ignes in aere aliqub⁹ ſpatijs a ſe diſtātes. Dixit ei angel⁹. Ibi ſunt quatuor ignes qui mundū ſuccēdūt. Un⁹ eſt ignis mēdacij: cū hoc q abrenūtiare diabolo ⁊ oīb⁹ pōpis ei⁹ in baptiſmo hoīes pmiſerūt minime implent. Secundus cupiditatis cum mūdi diuitias amori celeſtiū ꝓponunt. Tertius ē diſſentiōis cū aīos pximoꝝ in ſupuacuis reb⁹ offendere nō formidāt. Quart⁹ īpietatis cū infirmiores expoliare ⁊ eis fraudē facere p nihilo ducūt. Deinde illi ignes appropinquātes in vnū redacti ſunt: ⁊ illi appropinqbant. Tīmenſqȝ angelo dixit. Dñe ignis mihi appropinquat. Cui angelus. Quod non accendiſti nō ardebit in te. Ignis enī iſte ſm merita operum hominum ſingulos examinat. Nam ſicut corpus ardet per voluntatem illicitam: ita etiam ardebit per debitam penā. Tandem ad proprium reductuȝ eſt corpus plangentibus propinquis qui eum mortuum eſtimabāt. Ille autem aliquanto tempore ſuperuixit: ⁊ in bonis operib⁹ laudabiliter vitam finiuit.

¶De ſancto michaele archangelo. cxl. B.

Michael interptat qs vt de⁹. Et quotiens ſicut ait Grego. mire virtutis aliquid agit michael mitti perhibet vt ex ipſo actu ⁊ noīe det intelligi q null⁹ pōt facere qđ facere ꝓualet de⁹. Et idcirco eidē mich. multa q ſunt mire virtutis attribuunt. Ipſe enī vt daniel atteſtat tpe antixpi ꝯſurget ⁊ p electis tanq̄ defenſor ⁊ ptector aſtabit. Ipſe cū dracone ⁊ angelis ei⁹ pugnauit ⁊ ipm de celo eiciēs victoriā fecit magnam. Ipſe cū diabolo de moyſi corpe altercat⁹ eſt eo q diabol⁹ eius corp⁹ pdere voluit: vt ipm p deo iudeorum ppls adoraret. Ipſe ſctōꝝ aīas recipit ⁊ in padiſuȝ exultationis pducit. Ipſe oliȝ princeps fuit ſynagoge: ſȝ nunc cōſtitutus eſt a dño in principē eccle. Ipſe vt dr plagas egyptijs intulit: mare rubrū diuiſit: pplm p deſertum duxit: ⁊ in terram pmiſſionis introduxit. Ipſe inter ſctōꝝ acies angeloꝝ ſignifer xpi hr̄. Ipſe ad dñi imperium antixpm exiſtētē in monte oliueti preporenter occidet. In voce ipſi⁹ archangeli michelis mortui reſurgent. Ipſe crucem: clauos: lanceam ⁊ coronā ſpineam in die iudicij repreſentabit. B.



Michaelis archāgeli ſacraſolennitas dr appitio: dedicatio victoria ⁊ memoria. Appitio aūt ipſi⁹ angeli multiplex eſt. Prima q ī mōte gargano apparuit. In apulia nāqȝ eſt qdā mōs nomine gargan⁹ iuxta ciuitatē q dr ſipontus. Anno aūt dñi. cccxc. in predicta vrbe ſipōto erat qdā vir noīe garganus q ſecundum quoſdam libros a mōte illo nomen acceperat: vel a quo mons ille nomen acceperat. Qui ouiū ⁊ boum infinita multitudine pollebat. Cū autē circa pdicti mōtis latera paſcerent ꝯtigit quēdā tauꝝ alios relinq̄re ⁊ verticē mōtis ꝯſcēdere. Cū domū alijs redeūtib⁹ nō rediſſet collecta dom⁹ multitudine famuloꝝ p deuia q̄qȝ reqrēs ipȝ tādem in vtice mōtis iuxta oſtiū cuiuſdā ſpelūce īuenit. Permot⁹ itaqȝ cur ſoliuag⁹ īcederet mox in ipȝ ſagittā toxicatā direxit. Sȝ ſtatim velut a vēto retorta ipm q iecerat repcuſſit. Turbati ſup hoc ciues: epm adeūt ⁊ ſup re tā ſtupēda ipm reqrūt. Qui triduanū ieiuniū eis indixit: ⁊ a deo q̄rēdū eē admonuit. Quo peracto ſctūs michael epo appuit dicēs: ſciatis hoīem illū voluntate mea ſuo telo eē pcuſſum. Ego enī ſuȝ michael archāgel⁹ q locū hūc ī terris incolere tutūqȝ ſuare ſtatuēs hoc volui pbare īdicio ipſi⁹ me loci inſpectatorē eē atqȝ cuſtodē. Statimqȝ epſ atqȝ ciues cū pceſſione locū adeūt: ⁊ ingredi nō pſumētes orōni p forib⁹ inſiſtūt Scđa appitio eſt q circa annū dñi. dccx. accidiſſe deſcribit. Nā ī loco q tōba dr iuxta mare ſex milib⁹ ab vrbe abrīacēſi: michael epo pdicte ciuitatis appuit iubens vt in pdicto loco eccliam ꝯſtrueret ⁊ ſicut fit in monte gargāo ita ⁊ ibi ē mēoriā. ſ. michaelis archāg. celebraret. Cū āt eps de loco ī q eccliaȝ ꝯſtrueret dubitaret ab epo edocet vt ibi eā ꝯſtrui faceret vbi tauꝝ a latronibus abſcōditū īueniret. Iterūqȝ de loci amplitudīe dubitās iubet mediū ī āplitudīe ſtatuere q̄tū videret taurū ī circuitu pedib⁹ ptriuiſſe. Due aūt rupes ibidē erāt qs nullaten⁹ vit⁹ hūana mouere poterat. Tūc michael cuidā viro appuit pcipiēs vt ad pdictū locuȝ accedat ⁊ ipſas rupes remoueat. Quo accedēte tā facile rupes mouit vt nihil hre pōderis viderēt. Edificata igr ibidē eccla de mōte gargano ptē pallij qđ. ſ. michael ſup altare poſuit ⁊ partē marmoris ſup q ſtetit ad ſuaȝ eccliā detuleſt. Cū vo ibidē aq̄ penuriā paterēt monitu āgeli qddā foramē ī qdā ſaxo duriſſio fecerūt: ⁊ tāta aq̄rū copia ptin⁹ emanauit: ⁊ vſqȝ nūc ei⁹ bñficio copioſi⁹

faſtentenſ. Hec aūt ē apparitio in p̄dicto loco. xvij. kal.
nouēbris ſolēniter celebraꝶ. In eodē aūt loco quoddā
memoria dignū ↄtigiſſe referꝶ miraculū. Ille eīn mōs
vndiqȝ oceano cingiꝶ. Sed bis in die ſācti Michaelis
iter p̄bēs ppl̄o aperiꝶ. Cū ergo copioſa turba ad ecclīā
ꝑgeret cōtigit ꝛ quādā mulierē grauidā vicināqȝ par-
tui ſecū ire. Et ecce magno īpetu vnda redūt ꝛ oīs tur-
ba timore cōcuſſa ad litꝰ fugit: ſola aūt mulier p̄gnās
fugere nō valuit. Sȝ a marinis fluctibꝰ capta fuit. At
michael archāgelꝰ mulierē ſeruauit illeſam: ita etiaȝ
ꝙ in medio pelagi filiū parturiuit queȝ in vlnis ſuſci-
piēs lactauit ꝛ mari iterū ſibi iter p̄bēte cū puero leta
exiuit. C. ¶ Tertia apparitio eſt q̄ rōne tpe Gregorij
pape legiꝶ accidiſſe. Nā cū idē gregoriꝰ papa propter
peſtē inguinariā letanias maiores inſtituiſſet ꝛ deuo-
te ꝓ ſalute ppl̄i exoraret vidit ſupra caſtrū qđ olim me
moria adriani dicebaꝶ angelū dn̄i q̄ gladiū cruētatuȝ
tergebat ꝛ in vaginā mittebat. Aū ſcīūs Gregoriꝰ in-
telligens p̄ces a dn̄o exauditas eccl̄iam in honorē an-
gelorū ibidē ↄſtruxit. Ūn̄ ꝛ caſtrū illud vſqȝ nūc caſtrū
ſctī angeli vocaꝶ. Hec aūt apparitio cū illa q̄ ī mōte gar-
gano apparuit cū ſipōtanis victoriā dedit. viij. idus maij
celebraꝶ. Quarta apparitio eſt q̄ conſiſtit in hierarchijs
ipſoꝝ angeloꝝ. Naȝ prima hierarchia dr̄ epiphania. i.
ſuperior apparitio: media dr̄ yphania. i. media appari-
tio vltima dr̄ ypophania. i. inferior apparitio. Et diciꝶ
hierarchia a hierar qđ eſt ſacrū ꝛ archos princeps q̄ſi
ſacer principatꝰ. Quelibet aūt hierarchia cōtinet tres
ordines. Nā ſuperior ↄtinet ſeraphin cherubin ꝛ thro-
nos. Media aūt ↄtinet ſm̄ aſſignationē dionyſij dn̄a-
tiones: virtutes ꝛ poteſtates. Ultima cōtinet ſm̄ aſſi-
gnationē eiuſdē pricipatꝰ angelos ꝛ archangelos. Et
horū ordinatio ꝛ diſpoſitio pōt videri ꝑ ſimile in terre
nis ptātibꝰ. Nam miniſtri q̄ ſunt ſub vno rege q̄dam
operanꝶ immediate circa pſonā regis ſicut cubicula-
rij: ↄſiliarij: ꝛ aſſeſſores. Similes his ſunt ordines pri
me hierarchie. Quidā xō̄ habēt officia ad regimē re-
gni in cōi non deputati huic vel illi ꝓuincie vt princi-
pes militie ꝛ iudices curie. Similes his ſunt ordines
ſcd̄e hierarchie. Quidā xō̄ p̄ponunꝶ ad regimē alicu-
ius partis regni: vt p̄poſiti ꝛ balliui: ꝛ hmōi minores
officiales. Et his ſiles ſunt ordines tertie hierarchie:
tres igiꝶ prime hierarchie accipiunꝶ inquātū deo aſſi-
ſtunt ꝛ ad ipm̄ couertuntur. Ad hec tn̄ tria neceſſaria
ſūt. ſ. ſumma dilectio: ꝛ hoc quātū ad ordinē ſeraphin
ꝙ interpretaꝶ ardētes. Perfecta cognitio: ꝛ hoc q̄tū
ad cherubin qđ interp̄taꝶ plenitudo ſciētie. Perpetua
cōprehēſio ſiue fruitio: ꝛ hoc q̄tū ad thronos ꝙ inter-
pretanꝶ ſedes: qꝛ in eis ſedet deꝰ ꝛ q̄ieſcit dum eos in ſe
q̄ſcere facit. Tres aūt ordines medie hierarchie acci
piunꝶ inq̄tū hn̄t p̄eſſe ꝛ regere vniuerſitateȝ hoīm in
cōi. Hoc aūt regimē ↄſiſtit in tribꝰ. Primo in p̄ſidēdo ſi-
ue īperādo: ꝛ hoc ꝑtīet ad ordinē dn̄ationū ad quē ſpe-
ctat aliūs inferioribꝰ p̄eſſe ꝛ eos in oībꝰ miniſterijs di-
uinis dirigere ac eis oīa impare. Qđ innuiꝶ zacha. v.
vbi vnꝰ angelꝰ alteri dixit. Curre ꝛ loquere ad puerū
iſtū dicens ꝛc. Scd̄o in operando ꝛ hoc ꝑtinet ad ordi-
nē x̄tutū q̄bus nihil eſt īpoſſibile exeq̄ri qđ impaꝶ: qꝛ
eis datū ē poſſe ſup oīa difficilia ad diuinū miniſteriū
ꝑtinētia ꝛ iđ attribuiꝶ ei miracula facere. Tertio in ar
cēdo vt. ſ. impediētia ꝛ infeſtātia arceanꝶ: ꝛ hoc ꝑtinet
ad ordinē ptātū q̄ hn̄t coercere ↄtrias ptātes: qđ ſigna
tū ē thobie. viij. vbi dr̄ qđ raphael religauit demoniū
in deſerto ſuperioris egypti. Tres xō̄ ordines vltime hie
rarchie accipiunꝶ ſm̄ ꝙ hn̄t regimē determinatū ꝛ li-
mitatū. Quidā eīn eorū p̄ſunt vni ꝓuincie. Ut ſunt de

ordine principatꝰ ſicut erat princeps Perſarū q̄ p̄erat
ꝑſis de quo habeꝶ Dan. x. Quidā xō̄ deputati ſunt ad
regimē multitudinis: vtputa vniꝰ ciuitatis ꝛ hi dicun
tur archāgeli. Quidā xō̄ ad regimē ꝑſone ſingularis:
ꝛ hi dicunꝶ angeli. Ūn̄ ꝛ dicunꝶ minima. i. nūciare ex eo
ꝙ eoꝝ miniſteriū ad vnū hoīeȝ limitaꝶ. Archāgeli xō̄
dicunꝶ maiora nūciare: qꝛ bonū vniꝰ multitudinis di-
gnius eſt q̄ bonū vniꝰ hoīs. In aſſignatione aūt ordi-
nū prime hierarchie Gre. ꝛ Ber. cū Diony. cōcordāt: qꝛ
accipiꝶ penes eoꝝ fruitionē q̄ ↄſiſtit in feruēti dilectio
ne quo ad ſeraphin: ꝓfunda cognitione quo ad cheru-
bin: ꝑpetua retētiōe quo ad thronos. Sȝ in aſſignatio
ne medie ꝛ vltīe in duobꝰ ordinibꝰ. ſ. principatu ꝛ x̄tu-
te diſſentire videnꝶ. Gre. eīn ꝛ Ber. aliā cōſiderationē
habuerūt ꝓut. ſ. media hierarchia accipiꝶ penes p̄la-
tionē: vltima penes miniſtrationē. Prelatio aūt ī an-
gelis triplex eſt. Preſunt eīn angeli angelicis ſpiriti-
bus ꝛ hi dn̄ationes dicunꝶ. Preſunt etiā angeli bonis
hoībꝰ: ꝛ hi dicunꝶ principatꝰ. Preſunt demonibꝰ: ꝛ hi
dicunꝶ ptātes. Et ordo ꝛ gradꝰ dignitatis in his patȝ.
Miniſteriū aūt triplex eſt: q̄dā qđ cōſiſtit in operan-
do quoddā ī docēdo: aut maiora: aut minora. Primū
eſt x̄tutū: ſm̄ archāgeloꝝ: tertiū angeloꝝ. D. ¶ Quin
ta apparitio eſt de qua legiꝶ in hiſtoria tripartita. Nā
iuxta cōſtātinepolim eſt locus q̄dā vbi olim dea veſta
colebaꝶ: ſed nūc eccl̄ia in honorē. ſ. michaelis fabrica-
ta eſt q̄ etiā locꝰ michaeliū nūcupaꝶ. Cū igiꝶ quendaȝ
noīe aq̄linuȝ ardētiſſima febris rubeis coloribꝰ mota
cōprehēdiſſet eſtuāti poculū medici dederunt qđ euo-
muit adeo vt poſtmodum q̄cq̄d comederet vel biberet
euomeret: dū autē tā morti vicinꝰ eſſet ad locuȝ hunc
ſe duci fecit credēs ſe illuc aut mori aut lāguore priua
ri. Cui michael apparēs dixit vt cōfectionē ſibi ex mel
le ꝛ vino pipere faceret ꝛ oīa q̄ comederet ibi intinge-
ret: ꝛ ſic plenā ſanitatē reciperet. Qđ cū feciſſet plene
liberatus eſt. Cū tn̄ ſm̄ medicine ratione ↄtriū eſſe vi-
deaꝶ calida pocula colericis exhibere. Hec in hiſtoria
tripartita. Secūdo dr̄ victoria. Multiplex aūt victoria
ipſius archāgeli michaelis ꝛ angeloꝝ inuenitur. Pri
ma eſt quā archāgelus michael p̄dictis ſipōtanis hoc
modo preſtitit. Poſt aliqđ eīn tp̄s ab inuēto loco ne-
apolite adhuc gentiles ↄ̄ ſipontanos et bn̄uentanos q̄
quinquaginta milibus a ſiponto diſtant ordinato ex-
ercitu bellare ceperunt. Qui de ep̄i conſilio triduo in-
ducias petierūt vt ieiunio triduano vacarēt: ꝛ patro-
nū ſuū michaelē in ſui auxiliū implorarēt. Tertia aūt
nocte michael epiſcopo apparet: preces dixit exaudi-
tas victoriā ꝓmittit affuturā: ꝛ quarta diei hora iubet
hoſtibꝰ occurrēdū. Quibꝰ occurrētibꝰ mons garganꝰ
immenſo tremore cōcutitur: fulgura q̄ȝ crebra volant
ꝛ caligo tenebroſa totum montis cacumē obduxit ita
vt. dc. viri de aduerſarijs tam ex ferro hoſtiuȝ q̄ ex ſa-
gittis igneis interirent. Reliqui vero virtute archan-
geli comperta idolatrie reliquerunt errorem et conti-
nuo colla chriſtiane fidei ſubmiſerunt. Secunda victo
ria eſt quam michael archangelus obtinuit qn̄ draco-
nem. i. luciferū cū oibus ſuis ſequacibus de celo expu-
lit. De quo exponiꝶ illud qđ hꝫ in Apoc. factū eſt p̄liū
magnum in celo. Michael pugnabat. Cum enim lu-
cifer dei equalitateȝ appetiſſet: archangelus michael
celeſtis exercitus ſignifer aduueniens ipſum luciferum
cum ſuis ſequacibus de celo expulit: ꝛ in hūc aerē cali-
ginoſum vſqȝ in diem iudicij retruſit. Nō eīn ꝑmiſſum
eſt eis in celo habitare ſiue in ſuperiori parte aeris: qꝛ
locus clarus ꝛ amenꝰ eſt: nec in terra nobiſcum ne ni-
mis nos infeſtarent: ſed in aere inter celum ꝛ terrā: vt

dū ſupius reſpicit: ⁊ videt gloꝛiā quā amiſerunt inde doloꝛē habeāt: ⁊ dū īferiꝰ reſpiciūt ⁊ vidēt hoīes illuc aſcēdere vñ ipſi ceciderūt: inde inuidia frequēter toꝛquent. Frequēter tñ ex diuina diſpēſatiōe ad nr̄m exercitū ad nos deſcēdūt. Vñ ſicut aliqbꝰ viris mōſtratū eſt: frequēter circa nos volitāt ſicut muſce. Innumerabiles eñ ſunt ⁊ velut muſce totū aerē repleuerūt. Vñ dicit haimo vt philoſophi dixerūt ⁊ doctoꝛes nr̄i opināt. Aer iſte ita plenꝰ eſt demonibꝰ ⁊ malignis ſpiritibus: ſicut radiꝰ ſolis minutiſſimis puluiſculis. Licet aūt tot ſint: tñ iuxta ſnīaʒ oꝛigenis eoꝝ exercitꝰ minuitur cū eos vincimꝰ: ita vt ꝙ ab aliquo ſctō viro victus fuerit deinceps ille de vitio de quo victꝰ eſt ipm̄ nō valeat tētare. Tertia victoꝛia eſt quā angeli quotidie de demōibꝰ obtinēt: dū ꝓ nobis ꝯ eos pugnātes ab eoꝝ tētatione nos liberāt. Tribꝰ aūt modis ab ipoꝝ tētatiōe nos liberāt. Pꝛio ꝑtātē demonis refrenādo. Apoc. xx. de angelo ꝙ demonē ligauit ⁊ in abyſſuʒ miſit. ⁊ Thobie. viij. de diabolo in deſerto ſupioꝛi religato. Huiꝰ eñ religatio nihil aliud eſt ꝙ ꝑtātis eiꝰ refrenatio. Scḋo ꝯcupiſcētiā refrigerādo. Qḋ ſignificatū eſt Gen. xxxij. vbi dr̄ ꝙ angelꝰ tetigit neruū iacob ⁊ ſtatiʒ emarcuit. Tertio memoꝛiā dn̄ice paſſiōis nr̄is mētibꝰ imprimēdo: hoc ſignatū eſt Apo. vij. vbi dr̄. Nolite nocere terre ⁊ mari nec arboꝛibꝰ quouſqʒ ⁊c. Iteʒ Ezech. ix. Signa Thau in frōtibꝰ viroꝝ gemētiū. Thau eñ lr̄a ad modū crucis eſt facta. Et ꝙ hoc ſignati ſūt nō timēt āgelū ꝑcuſſoꝛē. Vñ ibidē dr̄ ſup quē videritis thau nō occides. Quarta victoꝛia eſt quā archāgelꝰ Michael de antichriſto habiturꝰ eſt qn̄ ipm̄ occidet. Tūc eñ Michael pꝛīceps magnꝰ vt dr̄ Dan. xij. cōſurget ⁊ ꝓ electis tāꝙ adiutoꝛ ⁊ ꝓtectoꝛ ꝯ antichriſtū foꝛtiter ſtabit. Deide antichriſtꝰ vt dicit gloſſa Apoc. xiij. ſup illḋ. Vidi vnū de capitibꝰ eiꝰ occiſum ⁊c. moꝛtuū ſe finget ⁊ ꝑ triduū latens poſtea apparebit dicēs ſe ſuſcitatū arteqʒ magica ferētibꝰ eū demonibꝰ in aera aſcēdet ⁊ vniuerſis mirātibꝰ adoꝛabūt eū. Tandē in montē oliueti aſcēdēs vt dicit gloſſa ſup illud. ij. Theſ. ij. quē dn̄s Jeſus interficiet ⁊c. dū ſtabit in papiliōe ⁊ in ſolio ſuo in illo loco ꝯ quē dn̄s aſcēdit michael adueniēs ipm̄ interficiet. De quo ꝓlio ⁊ victoꝛia itelligit̄ ſm̄ Greg. illḋ qḋ dr̄ Apoc. xij. Factū eſt ꝓliū magnū celo michael ⁊c. Illud enim vbū de triplici ꝓlio. Michaelis itelligit̄. ſ. de ꝓlio qḋ habuit cū lucifero cū ipʒ de celo repulit: ⁊ de ꝓlio qḋ cū demonibꝰ hʒ nos īfeſtātibꝰ: ⁊ de iſto de quo hic agit̄. ſ. cū antixꝑo in fine mūdi habiturꝰ eſt. E. ¶ Tertio hec ſolēnitas dr̄ dedicatio ex eo ꝙ hac die ꝓdictū locum in mōte gargano a ſe dedicatū fuiſſe michael archāgelꝰ reuelauit. Reuerſi eñ ſipōtani a cede aduerſarioꝝ ⁊ tā magnifica potiti victoꝛia adhuc dubitare ceperūt: vtrū ꝓdictū locū īgredi vel dedicare deberēt. Tūc eps̄ ſup his duxit papā pelagiū ꝯſulēdū. Qui rn̄dit ei. Si hō illā eccl̄iam dedicare deberet hoc maxime die quo victoꝛia data eſt fieri opoꝛteret. Si vo aīr ſctō michaeli placuit ab ipo eſt ſup hoc eiꝰ reqrenda volūtas inſtātibus igit̄ papa ⁊ epo cū ciuibus triduano ieiunio michael in hac die appuit epo dicēs. Non eſt opus vobis quā ego edificaui dedicare eccleſiā. Ipſe eñ ꝙ cōdidit dedicauit. Pꝛecepitqʒ vt die ſequēti locū cū ꝑplo īgrediēs ipm̄ ꝓcibꝰ frequētarēt ⁊ ſe ſpecialē ſuū patronum ſentirēt. Deditqʒ ei ꝓdicte cōſecratiōis ſignum: vt. ſ. ab oꝛiēte ꝑ poſterulā aſcēderēt ⁊ ibideʒ veſtigia hoīs impreſſa marmoꝛi inuenirēt. Mane igit̄ eps̄ ⁊ vniuerſus pp̄ls ad locū veniūt ⁊ introgrediētes criptā magnā et tria altaria inuenerūt: quoꝝ duo in auſtrali parte poſita erāt. Tertiū vero ī oꝛiētali venerādū ꝗdē ⁊ rubeo

paleo circūtectū. Celebratis igit̄ ibidē miſſarū ſolēnijs cū ſacraʒ cōiōnē ſinguli accepiſſent oēs ad ꝓpꝛia cū imēſo gaudio redierūt. Eps̄ aūt ibidē ſacerdotes ⁊ clericos delegauit ꝙ iugiter diuinū offm̄ celebrarēt. In eadē ſpelūca aqua lucida ⁊ nimiū dulcis emanat qua poſt cōiōnē pp̄ls potat̄ ⁊ diuerſe egritudines ſanant̄. Tūc ſummꝰ pōtifex his auditis hūc diē in honoꝛe ſctī michaelis ⁊ oīm btōꝝ ſpirituū ꝑ totū oꝛbē vniuerſalr̄ ſtatuit celebrādūʒ. Quarto hec ſolēnitas dr̄ memoꝛia ſctī michaelis. In qua tñ ſolēnitate oīm angeloꝝ memoꝛiā agimꝰ ⁊ oēs gn̄aliter honoꝛamꝰ. decet nāqʒ nos eiſdē laudē ⁊ honoꝛē impendere multiplici rōne. Ipſi eñ ſunt cuſtodes nr̄i: miniſtratoꝛes nr̄i: fratres ⁊ cōciues nr̄i: aīarū noſtrarū in celū poꝛtitoꝛes/ oꝛonū nr̄aꝝ apḋ deū reꝑſētatoꝛes: regis eterni nobiliſſimi milites/ ⁊ tribulatoꝝ ꝯſolatoꝛes. Pꝛio igit̄ debemꝰ eos honoꝛare: qꝛ ſunt cuſtodes nr̄i. Cuilibet eñ hoī dant̄ duo angeli. Vnꝰ malꝰ ad exercitiū: aliꝰ bonꝰ ad cuſtodiendū. Cuſtodia eñ boni angeli deputat̄ hoī: ⁊ ī natiuitate ⁊ in vtero ⁊ ſtatiʒ poſt natiuitatē ex vtero: ⁊ ſemꝑ eſt cuʒ ipo iā adulto. In hoc ei triplici ſtatu neceſſaria eſt hoī cuſtodia angelica. Nā dū paruulꝰ adhuc eſt ī vtero pōt interimi ⁊ dānari. Dū eſt extra vterū ante adultā etatē pōt a baptiſmate īpediri. Dū eſt in adulta etate pōt ad diuerſa pctā ꝯtrahi. Diabolꝰ eñ in hoīe adulto rōnem ſeducit ꝑ aſtutias: volūtatē allicit ꝑ blāditias: vtuteʒ oppꝛimit ꝑ volētiā: idō neceſſe fuit vt bonꝰ angelꝰ eidē ad cuſtodiā deputet̄ vt hoīeʒ erudiat ⁊ dirigat ꝯ fallaciam exhoꝛtet̄ ⁊ incitet ad bonū cōtra blāditias: ⁊ defendat ab oppꝛeſſione cōtra violentiā. Effectꝰ aūt angelice cuſtodie ī hoīe quadruplr̄ aſſignari pōt. Pꝛimꝰ eſt vt ꝓficiat aīa in bonū gr̄e. Et hoc facit angelꝰ ī aīa tribꝰ modis. Pꝛio omne impedimētū ad bonū remouēdū. Hoc ſignatū eſt Exo. xij. vbi angelꝰ ꝑcuſſit pꝛimogenita egypti. Scḋo pigritiā excitādo. Qḋ ſignatū eſt Zacha. iiij. vbi d̄. angelꝰ dn̄i excitauit me quaſi hoīeʒ qui excitat̄ a ſomno. Tertio in viā pn̄ie ducēdo ⁊ reducēdo. Qḋ ſignatū eſt Thobie. v. in angelo ꝙ eū duxit ⁊ reduxit. Scḋs eſt vt nō cadat in malū culpe ⁊ hoc facit angelꝰ tribꝰ modis. Pꝛio impediēdo pctm̄ futurū ne fiat. Hoc ſignatū eſt Num. xxij. in Balaam ꝙ ad maledicēdū iſrael: ꝑgēs ab angelo impeditꝰ eſt. Scḋo increpādo ꝓteritū vt ab eo ꝗs recedat. Hoc ſignatū eſt Judi. ij. vbi cū angelꝰ filios iſrael de ꝓuaricatione increpaſſet: ipſi eleuauerūt vocē ⁊ fleuerūt. Tertio violētiā ꝗſi inferendo vt a pn̄ti pctō eripiat. Hoc ſignatū eſt in violēta eductione Loth ⁊ vxoꝛis eius de ſodomis. i. de pctī ꝯſuetudine. Tertiꝰ effectꝰ eſt ſi cadat ⁊ poſtmodū reſurgat. Et hoc āgelus facit tribꝰ modis. Pꝛio mouēdo ad ꝯtritionē. Hoc ſignatū eſt. Thobie. xj. vbi ad documētū angeli de felle ꝑ qḋ intelligit̄ cōtritio liniuit patri oculos. ſ. coꝛdis. Scḋo purgādo labia ad ꝯfeſſionē. Quod ſignatū eſt Eſa. vj. vbi ꝑ angelū labia Eſaie purgant̄. Tertio gaudēdo ad ſatiſfactionē. Luce. xv. dicit̄ ꝙ maiꝰ gaudiū eſt in celo ſup vno peccatoꝛe pn̄iaʒ agēte ꝙ ſup nonagintanouē iuſtis qui nō egent pn̄ia. Quartꝰ effectꝰ eſt ne toties vel in tot mala cadat quoties vel ad quod diabolꝰ incitat. Et hoc facit tribꝰ modis. ſ. poteſtatē demonis refrenādo: cōcupiſcētiā debilitando: ⁊ memoꝛiā dn̄ice paſſiōis noſtris mētibꝰ imprimēdo de ꝗbus ſupꝛa dictū eſt. F. ¶ Scḋo debemus eos honoꝛare qꝛ ſunt miniſtratoꝛes noſtri. Oēs eñ ſicut dr̄ Hebre. j. ſunt adminiſtratoꝛij ſpūs. Oēs eñ ꝓpter nos mittūtur: qꝛ ſuperioꝛes ad medios medij ad infimos īfimi mittunt̄ ad nos. Hec aūt miſſio cōpetit bonitati diuine. In hoc eñ manifeſtat̄ diuina bonitas

quantum

¶ Quidā miles ſctī franciſci opibꝰ ⁊ miraculis detrahēs cū quadā vice luderet ad taxillos: veſania ⁊ incredulitate plenus circūſtantibꝰ ait. Si franciſcus eſt ſctūs. xviij. veniāt taxillis. Mox in eis ſenariꝰ triplicatus appꝑuit: ⁊ vſq; ad nouē vices ꝗlibet ſuo iactu terſenos accepit. Sed inſaniā addēs inſanie ait. Si verū eſt ꝙ franciſcus iſte ſit ſanctus cadat hodie coꝛpꝰ meum gladio. Si vō ſctūs nō eſt euadam incolumis. Ludo finito vt eiꝰ oꝛō fieret i pctm̄ cū nepoti ſuo inferret iniuriam ille gladiū accipiēs in viſcera patrui tranſfixit ⁊ ꝓtinus interfecit. Vir ꝗdam crure ſic ꝑdito vt nullatenus ſe mouere poſſet ſctm̄ franciſcū talibꝰ vocibꝰ inclamabat. Adiuua me ſctē franciſce memoꝛ deuotiōis et ſeruitij qd̄ tibi impendi. Nā in aſino meo te poꝛtaui ſanctos pedes tuos ⁊ manꝰ oſculatꝰ fui: ⁊ ecce moꝛioꝛ doloꝛis huius diriſſimo cruciatu. Moxq; ille ſibi apparens cū paruulo baculo ꝗ thau i ſe figurā habebat locū doloꝛis tetigit ⁊ fracto apoſtemate ſanitatē ꝓtinus recepit: ſꝫ thau ſignū ſup locū remāſit. Hoc ſigno ſāctꝰ franc. lrās ſuas ꝯſueuerat ꝯſignare. Cū in caſtro pomereto in mōtanis apulie puella ꝗdam ⁊ pr̄i ⁊ mr̄i vnica fuiſſet defuncta: ⁊ mr̄ ſancto fran. deuota nimia triſticia fuiſſet abſoꝛpta appꝑuit ei ſctūs dicēs. Noli flere qꝛ lucerne tue lumē qd̄ deploꝛas extinctū mea eſt tibi interceſſiōe reddēdū. Mr̄ igr̄ ſumpta fiducia coꝛpꝰ extinctū nō pmiſit efferri ſed ſctī franciſci nomē inuocans ⁊ moꝛtuā filiā apphendēs eā incolumē alleuauit. In vrbe roma cū puer paruulus de feneſtra palatij cecidiſſet ⁊ penitus expiraſſet btūs franciſcus inuocat̄ ⁊ vite ꝓtinus reſtituit̄. In ciuitate sueſſa cū ꝗdam domus coꝛruēs: quē dā iuuenē extinxiſſet ⁊ cadauer iā in lecto ad ſepeliēdū poſuiſſent mr̄ btm̄ franci. tota deuotiōe qua poterat inuocabat. Et ecce circa mediam noctem puer oſcitauit ⁊ ſanus ſurrexit ⁊ in laudis verba ꝓrupit. Frater iacobus reatinus cū in nauicula parua fluuiū quēdam cū fratribꝰ ptranſiſſet ⁊ ſocijs iā ſuper ripā poſitis poſtremo ſe ad nauis exitū p̄pararet: reuoluta naue ipſe in ꝓfundum fluminis eſt dimerſus. Fratribꝰ igr̄ ꝓ liberatione ſubmerſi beati franciſcū inuocantibꝰ: ipſo etiam coꝛde vt poterat btī franciſci auxiliū imploꝛante: ecce p̄dictus frater ꝑ ꝓfundum ſicut ꝑ aridam ambulabat ⁊ demerſam nauiculā capiēs cū ea ꝑuenit ad littus. Veſtimēta autē eius madida facta nō ſunt: nec aque gutta ꝓtinauit ad tunicam.



¶ De ſancta pelagia. cclv. B.

PElagia pꝛima feminaꝝ Antiochie ciuitatis rebꝰ ⁊ diuitijs plena coꝛpe plcherrima: habitu ambitioſa ⁊ vana aīo ⁊ coꝛpe īpudica. Quadā vice ꝑ ciuitatē cū ābitiōe maxīa trāſibat ita vt nihil ſup eā niſi aurū ⁊ argētū ⁊ p̄cioſi lapides viderent̄: ita vt

quocūq; iret aerem diuerſoꝝ aromatū odore repleret: quā pcedebat ⁊ ſequebat multitudo maxima puellaꝝ ⁊ pueroꝝ: q ⁊ ipſi pclaris erāt induti veſtimētis. Quā q̄dā ſctūs pf noīe veron⁹ epūs elyopoleos q̄ nūc damiata vocat vidēs amariſſime flere cepit: ex eo q maiorē curā hēbat placere mūdo q̄ ipe hēret placere deo. Procidēſq; ſup pauimētū faciē ſuā cū terra pcutiebat ⁊ ipaȝ terrā lachrymis rigās dicebat. Altiſſime de⁹ ignoſce mihi petōri: qꝛ vni⁹ dei meretricis ornat⁹ totius vite mee induſtriā ſupauit. Ne me dn̄e ↄfundat vni⁹ meretricis ornat⁹ añ cōſpectū tremende maieſtatis tue. Illa p terrenis ſummo ſe ſtudio decorauit: ego tibi imortali dn̄o placere ꝓpoſui ⁊ p meā negligētiā nō impleui. Dixitq; his q ſecū erāt. In vitate dico vobis qꝛ de⁹ hāc ↄ nos i iudicio ꝑducturꝰ eſt qm̄ hec tā ſolicite ſe depingit: vt terrenis amatorib⁹ placeat: ⁊ nos celeſti ſponſo placere negligim⁹: dū hec ⁊ ſiſa diceret ſubito obdormiuit viſumq; eſt ſibi q q̄dā colūba nigra ⁊ fetida nimis circa eū celebrātē miſſaȝ volaret: q cū cathecuminos abſcedere pcepiſſet colūba diſpuit ⁊ poſt miſſaȝ rediēs: ⁊ ab ipo epō in vaſe q̄dā aqua merſa munda ⁊ cādida exiēs tā alte volauit q videri nō potuit. Euigilās igf dū quadā vice ad eccliam ꝓcedēs pdicaret ⁊ pelagia pn̄s eſſet adeo ↄpūcta eſt: q ei lrās p nūtiū miſit dicens. Sctō epō diſciplo xp̄i pelagia diſcipla diaboli. ſi vere xp̄i diſcipul⁹ ↄprobaris q vt audiui p petōrib⁹ de celo deſcēdit: me peccatricē ſȝ penitētē ſuſcipe digneris. Cui ille remiſit. Rogo vt humilitatē meā nō tētes: qꝛ hō petōr ſum. Sȝ ſi vere ſaluari deſideras: ſolū me videre nō poteris: ſȝ inter alios me videbis. Cūq; ad eū corā plurib⁹ aduenīſſet pedes eius apprehēdit: ⁊ amariſſime flēs dicere cepit. Ego ſum pelagia pelag⁹ iniq̄tatis exūdās fluctibus peccatoꝝ. Ego ſum perditionis abyſſus: ego vorago ⁊ laque⁹ aīaꝝ multos deceptos decepi: q nūc cūcta phorrui. Tūc epūs interrogauit eaȝ dicēs. Quō tibi nomē eſt. Cui illa: a natiuitate pelagia vocor: ſed ꝓpter veſtimētoꝝ pōpā oēs me margaritā appellāt. Tūc epūs clemēter eā ſuſcipiēs pn̄iaȝ ei ſalutarē iniūxit ⁊ in dei timore diligēter inſtruxit: et a ſacro baptiſmate regenerauit. Diabol⁹ aūt ibidē clamabat dicēs. O violētia quā patior ab hoc ſene decrepito. O violētia. O ſenect⁹ mala. Maledict⁹ dies in q̄ ↄtius nat⁹ es mihi: qꝛ ſpē meaȝ maximā abſtuliſti. B.

Quadā inſup nocte cū pelagia dormiret diabolus ad eā venit: ⁊ eā excitās dixit ſibi. Dn̄a margarita / qd vnq̄ tibi mali feci. Nūqd nō oīb⁹ diuitijs ⁊ gl'ia te ornaui. Queſo dic mihi in quo te cōtriſtaui ⁊ ꝓtin⁹ tibi ſatiſfaciā. Tūc obſecro ne me deſeras: ne opprobrium xp̄ianis efficiar. Ipſa aūt ſe ſignauit ⁊ in diabolū inſufflauit ⁊ ſtatim euanuit. Die tertia oīa q̄ habebat ↄgregauit ⁊ pauperib⁹ tribuit. Poſt aliquot aūt dies cunctis ignorātib⁹ pelagia inde noctu aufugit: ⁊ in mōteȝ oliueti deuenit vbi habitū eremitelaccipiēs in parua cella ibidē ſe collocauit: ⁊ deo in multa abſtinētia ſeruiuit. Maxime aūt fame ab oīb⁹ habebat ⁊ frater pelagi⁹ dicebat. Poſt hoc q̄dā diacon⁹ ſupradicti epī hieroſolymā cā viſitādi loca ſctā aduēit. Cui dixit epūs vt p⁹ ſctōꝝ locoꝝ viſitationē quēdā monachū noīe pelagiū quereret ⁊ ipm̄ viſitaret cū ver⁹ dei ſeru⁹ eſſet. Quō cū ille fecīſſet mox ab illa cognit⁹ nequaq̄ ipam ꝓpter nimiam maciē cognouit. Cui dixit pelagia. Habes epm̄. Et ille. Imo dn̄e. Et illa. oret p me ad dn̄ȝ: qꝛ vere apoſtolus xp̄i eſt. Recedēs aūt inde die tertia ad cellā ei⁹ redijt. Sed cum ad oſtium percuſſiſſet ⁊ null⁹ ei aperuiſſet feneſtrā aperuit: ⁊ mortuū eū inuenit / ac vidit: currenſq; cū hoc epō nūtiaſſet epūs ⁊ clerus oēſq; monachi cōuenerunt vt tam ſancto viro exeqas celebrarēt. Cūq; de cella corpus ei⁹ extraxiſſent reperierūt q mulier eſſet: ⁊ plurimū admirantes deo gratias reddiderunt ⁊ ſctm̄ corp⁹ honorifice ſepelierūt. Obijt aūt. viij. die intrante octobri circa annos dn̄i. cccxc.

Cde ſancta margarita. · cxlvj. B.



M Argarita dicta pelagius virgo pulcherrima diues ⁊ nobilis tāta fuit parētū ſolicitudine cuſtodita ⁊ optimis morib⁹ inſtructa tātaq; pudicitie honeſtate vigebat: q ab oīb⁹ videri modis oībus renuebat. Deniq; a quodam adoleſcēte nobili in cōiugiū querit: ⁊ vtriuſq; parētis aſſenſu cūcta nuptijs neceſſaria cū immēſa diuitiaꝝ gloria preparant. Cū ȝ ḡ nuptiarū dies aduenīſſet ⁊ iuuenes ⁊ puelle ⁊ cūcta ſimꝉ nobilitas añ thalamū iā paratū nuptiaꝝ feſta cū gaudio celebrarent: virgo deo inſpirāte cōſiderās dānū virginitatis tam dāuoſis plauſibus cōparari ꝓſtrata in terrā cū lachrymis gloriam virginitatis ⁊ nuptiaruȝ moleſtias tanta in corde ſuo cōpēſatione librauit / q oīa huius vite gaudia quaſi ſtercora reſpuebat. Illa nocte illa a viri cōſortio abſtinens media nocte deo ſe recōmēdans tonſis crinibus viri habitu clā aufugit. Longe aūt ad quoddā monaſteriū veniēs ⁊ fratrem Pelagiū ſe appellans ab abbate recept⁹ eſt / ⁊ diligēter inſtructus. Qui tā ſctē ⁊ glīoſe ſe habuit q defuncto ſctī monialiū ꝓuiſore de ſenioꝝ cōſilio ⁊ abbatis imperio lȝ inuitus monaſterio virginū eſt prelatus. Dum ergo eis nō ſolū corporum: ſed etiā animaꝝ pabula cōtinue ⁊ inculpabilꝛ miniſtraret diabolus ei inuidēs ſtuduit qualiter ꝓſperum eius curſum obiectu criminis īpediret. Nā vnā virginē que pre foribus erat ī adulteriū traxit: ⁊ intumeſcente vtero cum iam celari nō poſſet: tantus pudor ⁊ dolor oēs virgines ⁊ monachos vtriuſq; monaſterij conſternauit q ſolus pelagius vtpote earū familiaris atq; prepoſitus ſine iudicio ⁊ examinatione ab oībus cōdēnaret. Qui foras cum ignominia pellit ac in quodā rupis ſpecu recluditꝛ ſibiq; monachorū ſeueriſſimus deputatꝛ q ſibi panē ordeaceuȝ ⁊ aquā tenuiſſime miniſtraret: qbus geſtis monachi receſſerūt ⁊ ſolū ibi pelagiū relinquerūt. At ille oīa patiēter ſuſtinens in nullo turbat⁹ fuit. Sȝ ſemper gr̄as deo referēs p ſctōꝝ exēpla ſe ↄtinue cōfortabat. Tandē q finē ſuū adeſſe cognouiſſet abbati ⁊ monachis p lrās ſic mandauit. Nobili orta gn̄e margarita in ſclō dicta fui: q̄ vt pelagus tētationū tranſirem pelagius mihi nomē impoſui virū nō p deceptione mētita qd̄ factis oſtendi. De crimine virtutē obtinui: pn̄iam egi innocens: ⁊ iaȝ queſo vt quā viri feminā neſcirēt ſctē ſorores ſepeliāt: ⁊ ſic expiatio viuētis oſtenſio moriētis: ⁊ femine virginem recognoſcāt quā calūniatores adulterum iudicabāt. His auditis monachis ſanctimonialib⁹ ad ſpelūcam currentibus: pelagius a feminis femina ⁊ virgo intacta cognoſcitur: ⁊ cunctis pn̄iam agētibus in monaſterio virginum honorifice ſepelitur.

C Finit legēda de prima feminaꝝ antiochie ciuitatis abundantiſſima tandem Pelagius appellata.

C De ſctā Thaide quōdā meretrice. cxlvij. A.



T Hais quōdā meretrix vt i vitiſpatrū legiꝛ tante pulchritudinis extitit vt multi ꝓpter eā venditis ſubſtātijs ſuis ad vltimā paupratē deuenirēt: ſed amatores ſui pre zelo litib⁹ inter ſe cōſertis frequēter puelle limina ſanguine replebāt. Quō cū audiſſet

abbas paſuntius ſumpto hītu ſeculari ꝛ vno ſolido ꝓfect⁹ eſt ad eā in quadā egypti ciuitate. Deditq́ꝫ ei ſolidū quaſi ꝓ mercede peccādi. Illa accepto ꝑcio ait illi. Ingrediamur in camerā. Cūq́ꝫ ingreſſus eēt ꝛ lectū ꝑcioſis veſtib⁹ ſtratū aſcēdere inuitaret dixit ad eā. Si ē interi⁹ cubiculū in iſtꝫ eam⁹. Et cū duxiſſet eū ꝑ plura loca ille ſemꝑ dicebat q̄ videri timebat. Illa aūt dixit Eſt q̄dā cubiculū vbi null⁹ īgredit̄. Si ꝟo deū times nō eſt loc⁹ q̄ deitati ei⁹ abſcōdat̄. Quod cū ſenex audiſſet dixit ei. Et ſcis eē deū? Cūq́ꝫ illa rn̄diſſet ſe ſcire deū et regnū futuri ſcl̄i. necnō ꝛ tormēta pctōꝝ dixit ei. Si ḡ noſti cur tātas aīas ꝑdidiſti: ꝛ nō solū ꝓ aīa tua ſed ꝓ illoꝝ reddituꝛa rōnē dāṅaberis. Illa ꝟo hoc audiēs ꝓuoluta ad pedes abbatis paſuncii cū lachꝛymis exorabat dicens. Scio eſſe pn̄iam pr̄ ꝛ confido remiſſionem te orāte ſortiri. Trib⁹ tm̄ peto tribus horis inducias: ꝛ poſt hoc quo iuſſeris ibo: ꝛ quecūq́ꝫ preceperis faciā. Cūq́ꝫ locū illi abbas cōſtituiſſet vbi venire deberet: illa collectis oībus q̄cūq́ꝫ ex pctō lucrata fuerat: plateiſq́ꝫ ī mediam ciuitatē ppl̄o ſpectāte igne cōbuſſit clamās. Venite oēs q̄ peccaſtis mecū ꝛ videte q̄liꝫ ea q̄ mihi cōtuliſtis exurā. Erat aūt ꝑciū auri librar. xl. Que cū oīa incēdiſſet ad locū quē abbas paſuncius cōſtituerat ꝑrexit. Quā ille reperto ꝟginū monaſterio ī cellulā ꝑuā recludēs oſtiū cellule plūbo ſignauit ꝛ paruā reliq̄t feneſtrā ꝑ quā ei victus modic⁹ inferret̄. Juſſitq́ꝫ ei oīb⁹ diebus parū panis ꝛ paululū aq̄ a ceteris miniſtrari. Cū aūt ſenex diſcederet thais ad eū ait. Quo iubes pr̄ vt ex naturali meatu aquā meā effundā? Et ille. In cellam ſicut digna es. Cūq́ꝫ itex q̄liꝫ deū deberet adorare inq̄reret rn̄dit. Nō es digna noīare deū neq́ꝫ ī labiis tuis nomē trinitatis adducere: ſꝫ nec ad celū man⁹ expādere q̄m labia tua iniq̄tate plena ſunt: ꝛ man⁹ tue ſordibus iniq̄tate. Sꝫ tm̄ modo incūbēs ꝯ oriētē reſpice hūc ſermonē frequenter iterans. Qui plaſmaſti me miſerere mei. Cum ḡ tribus annis fuiſſet incluſa: condoluit abbas paſunci⁹: ꝛ ꝓfectus eſt ad abbatē antoniū vt ab eo reqreret ſi remiſiſſet illi de⁹ pctā ſua: et narrata cā ſanct⁹ antoni⁹ cōuocatis diſcipulis ſuis ꝑcepit vt illa nocte vigilantes in oſone ꝑſiſterent ſingulatim quatenus alicui ex his reuelaret de⁹ cāꝫ ꝓ qua abbas paſuncius venerat. Cū igr̄ inceſſanter oraſſent abbas paulus maior diſcipulus antonii vidit ſubito ī celo lectū ꝑcioſis veſtibus ornatū quē tres virgines clara facie cuſtodiebāt. Tres igr̄ ꝟgines fuerūt timor pene future q̄ ipſam a malo retraxit: pudor culpe ꝯmiſſe q̄ ei veniā ꝓmeruit: amor iuſtitie q̄ eā ad ſupna trāſuexit. Cūq́ꝫ paul⁹ illis diceret grām illā tm̄ eſſe antonii vox diuina rn̄dit. Nō eſt pr̄is tui anthonii: ſꝫ Thaidis meretricis: qꝫ cū abbas paulus mane retuliſſet cognita dei volūtate abbas paſuncius cū gaudio diſceſſit: ꝛ mox ꝓfect⁹ ad monaſteriū oſtium celle diſſipauit. Illa ꝟo rogabat vt adhuc inclꝫeret īcluſa. Dixit aūt ei. Egredere q̄m remiſit tibi deus pctā tua. ꝛ illa rn̄dit. Teſtoꝛ deū qꝫ ex q̄ huc ingreſſa ſum ex oīb⁹ pctīs feci velut farcinā ꝛ ſtatui an̄ oculos meos. Et ſicut nō diſcedit anhelit⁹ de narib⁹ meis: ſic nō diſceſſerūt pctā mea ab oculis meis: ſꝫ flebā ſemꝑ illa ꝯſiderās. Cui abbas paſuncius dixit. Nō ꝓpter pn̄iam tuā remiſit tibi de⁹ peccata tua: ſed qꝫ timorē ſemꝑ habuiſti in aīo. Et cū inde illam eduxiſſet. xv. dies ſupuixit ꝛ pauſauit in pace. Abbas q̄ꝫ effrem aliā meretricē ſimili fere mō cōuertere voluit. Nam cū illa meretrix ſanctū effrem ad peccandū alliceret impudenter dixit ei effrem. Sequere me. Qua ſequente cū ad quēdā locū vbi erat mltitudo hominū veniſſet. dixit ei: ſede hic vt cōmiſceat tecum. Et illa. Quō poſſum hoc facere tanta multitudine hic ſtāte. Et ille: ſi hoīes erubeſcis: nōne magis tuum debes erubeſcere creatorem: qui reuelat occulta tenebrarꝫ. Illa aūt confuſa receſſit.

Ⅽ De ſancto Dionyſio. cxlviii. B.

Dionyſius interꝑtat̄ vehemēter fugiēs vel dr̄ dionyſius a dia qd̄ eſt duo: ꝛ niſus qd̄ eſt eleuatio q̄ſi ſm̄ duo eleuatus. ſ. ſm̄ corpus ꝛ ſm̄ aīam: vel dr̄ a diana qd̄ eſt ven⁹. ſ. dea pulchꝛytudinis ꝛ ſyos qd̄ eſt deus quaſi pulcher deo: vel vt q̄dā aiūt dr̄ a dionyſia que vt dicit Iſid. eſt quedā gēma nigra valēs ꝯ ebꝛietatē. Fuit ergo vehemēter fugiēs de mūdo ꝓpter ꝑfectā abrenūtiationē: eleuatus per internoꝝ cōtēplationē: pulcher deo ꝑ decorē virtutū valēs pctōrib⁹ ꝯ ebꝛietatē vitioꝝ. Hic an̄ ꝯuerſionē multa prenoīa habuit. vocat⁹ eſt eīn ariopagita a vico in quo habitabat. Itē dict⁹ eſt theoſophus. i. deū ſapiens. Itē a grecoꝝ ſapiētibus vſq́ꝫ hodie dr̄ pterigiū touourānou: qd̄ la: ſe dr̄ ala celi: qꝫ in celū ala ſpūalisītelligētie mirabilr̄ volauit. Itē dict⁹ eſt Macarius. i. beatus. Itē a patria dictus eſt ionicus. Ionica aūt vt ait papias vna eſt ex linguis grecorum vel ionici ſunt gn̄a rotūdaꝝ colūnaꝝ: vel ionicū vt idem dicit eſt pes qui hꝫ duas correptas ꝛ duas lōgas. Per qd̄ oſdit̄ q̄ ipſe fuit ſapiēs deū ꝑ occultoꝝ inueſtigationem: ala celi per celeſtiū cōtēplationē: btūs ꝑ eternoꝝ poſſeſſionē. Per alaꝫ oſdit̄ q̄ ipſe fuit mirabilis rhetor: ꝑ eloquētiā eccl̄ie ſuſtentatoꝛ: ꝑ doctrinā breuis ſibi: ꝑ humilitatē lōgus aliis ꝑ charitatē. Aug. aūt in li. viii. de ciuitate dei dicit q̄ ionicū eſt gen⁹ philoſophoꝝ Diſtinguit eīn ibidē duo gn̄a philoſophoꝝ. i. italicū qd̄ eſt ex parte italie ꝛ ionicū qd̄ eſt ex parte grecie. Quia ergo dionyſius ſummus erat philoſoph⁹: ideo antonomaſice dicebatur ionicus. Eius paſſionem ꝛ vitam grece dictauit methodius conſtantinopolitanus latine vero anaſtaſius aplīce ſedis bibliothecari⁹: vt dicit Igmarus rhemorum epiſcopus.



Dionyſius ariopagita a btō paulo aplō ad fidē xp̄i ꝯuerſus fuit qui ariopagita a vico ciuitatis ī quo habitabat dict⁹ fuiſſe dr̄. Ariopagus eīn erat vicus martis ī quo. ſ. erat tēplū martis. Athenienſes eīn ſingulos vicos denoīabant a diis q̄s colebant vt vicum in quo colebat̄ mars vocabant ariopagū qꝫ ares dr̄ mars Alcū in quo colebant panopagum. Et ita ſingulis diis ſinglos vicos denoīabant. Ariopag⁹ aūt erat vicus excellentioꝛ: qꝫ ibi erat curia nobiliū ꝛ ſchole liberaliū artiū. In hoc ergo vico moꝛabat̄ dionyſius maximus philoſophus q̄ ob plenitudinem diuinoꝝ numinū ꝛ ſapientie theoſoph⁹ i. deū ſapiēs dicebat̄. Erat ſecū apollophanus eius cōphiloſoph⁹. Ibi etiā erāt epicuri q̄ ponebant felicitatem hoīs in ſola corporis voluptate ꝛ ſtoici qui in ſola animi virtute. In die igit̄ dn̄ice paſſiōis cū tenebꝛe facte fuiſſent ſuper vniuerſam terrā pēi q̄ erant athenis nō potuerūt hui⁹ cām in cauſis naturalib⁹ inuenire. Nō fuit eīn naturalis eclypſis ſolis. Tum qꝫ luna fere erat e regione ad ſolē: eclypſis aūt fieri ſolet in ſynodo ſolis ꝛ lune. Luna aūt tūc erat quintadecima ꝛ ita imperfecta diſtātia a ſole. Tū qꝫ eclypſis nō aufert lumē vniuerſis partibus terre. Tū qꝫ ꝑ tres horas durare nō pōt. Qd̄ aūt illa eclypſis in vniuerſis partib⁹ terre lumē abſtulerit ptꝫ ex eo q̄ lucas euāgeliſta hoc dr̄: et ex eo q̄ vniuerſitatis dn̄s patiebat̄: ꝛ ex eo qd̄ fuit apd̄ eliopoli egypti: ꝛ ex eo qd̄ fuit rome ꝛ ī grecia ſiue aſia

min xl. Quod aūt fuit rome teſtat̃ Oroſi⁹ di. Cū dñs ꝑ in tibulo affix⁹ eſt maximo terremotu ꝑ orbē facto ſaxa ī mōtibus ſciſſa: maxime ꝑ vrbiū plurime partes plꝰ ſolita ꝯcuſſiōe ceciderūt. Eodēqꝫ die ab hora diei ſexta ſol intiū obſcurat⁹ eſt ꝙ tetra nox ſubito obducta terris: eſt adeo vt ſtelle tūc diurnis horis: vel potiꝰ ī illa horrēda nocte toto celo viſas fuiſſe referat̃. Hec Oro. Fuit etiā apud egyptū ⁊ huius meminit diony. ī epla ad apollophanū dicēs obfuſſi nēqꝫ orbes vniformiter tenebraꝝ caligine tabeſcente vt purgatuꝫ redūt ſolis diametrū regulā phi aridei aſſumpſimus. Quāqꝫ repe rimus ꝙ ⁊ erat nouiſſimū ſolē pati moleſtias non debere aio ad te vaſte peritie ſacrariū adhuc neſcim⁹ tāte rei myſteriū. Quid inquē ſpeculū doctrine apollophane his ſecretis aſcribis atqꝫ tu mihi ore diuino: ⁊ non humani ſenſus ſermone. O bone dionyſi diuinaꝝ permutationes ſunt reꝝ. Deniqꝫ notatū ferie diē ⁊ annuꝫ annūtiationis quā paulus nris auribꝰ ſuſpenſis intonuit ſignis accl mutibꝰ recordari exptus dedi veritati manus ⁊ falſitati ſum nexibꝰ abſolutꝰ. Hec dio. B. ¶ Huius etiam meminit idē in epla ad policarpū loquēs de ſe ⁊ apollophano di. Ambo apud elyopolim: tunc pñtes ⁊ cōſtantes inopinabilr ſoli lunā icēdētem videbamus. Nō ēnī erat ꝯueniēs tps. Et rurſus ipām a nona hora vſqꝫ ad veſperā ad ſolis diametrū ſupnaturalr reſtitutā. Eclypſim aūt illā vidimꝰ in oriēte inchoatā: ⁊ vſqꝫ ad ſolarē terminū veniētē poſtea regrediētē. Et rurſus nō ex eodē ⁊ defectū ⁊ purgationē: ſed econuerſo ſcḋm diametrū factā. Tūc ēnī diony. cū apollophano voto aſtrologie diſcipline apud eliopolim egypti pieterat: ⁊ poſtea ide reuerſꝰ eſt. Quod āt fuerit ī aſia teſtat̃ euſebiꝰ ī chronica aſſerēs ſe ī dictis ethnicoꝝ in legiſſe ꝙ tūc in bithinia q̄ eſt ꝓuincia aſie minoris fuit terremotꝰ magnꝰ ⁊ maior ſolis obſcuratio q̄ vnq̄ fuerit: ⁊ ꝙ die ꝫ hora ſexta ita ī tenebroſam noctē vſus ſit vt ſtelle ī celo viſe ſint ⁊ ꝙ ī nicena q̄ vrbs ē Bithinie multas edes terremotꝰ ſubuertit. Tādē vt in hiſtoria ſcho. legit̃ phi ad hoc adducti ſunt vt dicerēt ꝙ deꝰ nature patit̃. Alibi tñ legit̃ ꝙ dixerūt aut ordo nature puertit̃: aut elementa mētiunt̃: aut deꝰ nature patitur: aut elemēta ī ſibi cōpatiunt̃. Alibi qꝫ dr̄ ꝙ diony. dixit. Hec nox q̄ nos nō ī miramur: totiꝰ mūdi verā lucē aduēturā ſignat. Tūc athenienſes illi deo arā cōſtruxerūt ⁊ ſuppoſitꝰ eſt titulꝰ ignoto deo. Singulis ēnī aris ſuperponebat̃ titulus indicās cui eſſent dedicate: ⁊ cum vellent illi offerre holocauſta ⁊ victimas dixerūt phi. bonoꝝ nroꝝ nō eget: ſed facietis genuflectiōes añ arā eiꝰ ⁊ ſupplicabitis ei: q: nō q̄rit oblatiōes pecoꝝ: ſꝫ deuotione aīoꝝ. Cū ḡ paulꝰ veniſſet athenas epicurei ⁊ ſtoici phi cū eo diſputabāt. Quidā aūt dicebant. Quid ſeminator vboꝝ hic vult dicere. Alii dicebāt. Nouoꝝ demonioꝝ annūtiator vr̄ eē. Adducētes ḡ eū ad vicū phoꝝ vt noua doctrina ibidē examinē reciperet dixerūt. Noua q̄dam infers auribꝰ nr̄is. Volumꝰ ḡ ſcire quidnā velit eſſe. Athenienſes aūt ad nihil aliud vacabant: niſi aut dicere: aut audire aliq̄d noui. Cū ergo Paulꝰ ſingula deoꝝ altaria ꝑluſtraſſet: ⁊ inter cetera ignoti dei altare vidiſſet dixit illis philoſophis. Quē ignorātes colitis hūc ego annūtio vobis veꝝ deū q̄ fecit celū ⁊ terrā. Deinde dixit dionyſio quē pre ceteris magis doctū in diuinis videbat. Quis eſt diony. ille deꝰ ignotꝰ. Cui dionyſius. Ipſe eſt deus verus, qui inter ceteros deos nō eſt demōſtratus. Sꝫ nobis eſt ignotꝰ ⁊ ſeculo venturo futurꝰ ⁊ imꝑpetuū regnaturꝰ. Et paulꝰ. Homo, an tm̄ ſpūs eſt: ⁊ diony. Deus ⁊ homo eſt: ſed ideo ignotꝰ eſt: q: tm̄ vtꝫ in celis cōuerſatio eſt. Cui paulus. Ille eſt quē ego predico q̄ ſꝫ de celis deſcēdit: carnem ſuſcepit: mortē ſuſtinuit: ⁊ die tertia reſurrexit. Cū aūt diony. adhuc cū paulo diſputaret fortuito tranſijt per viā cecꝰ corā eis. Statiqꝫ dixit dionyſiꝰ paulo. Si dixeris huic ceco in noīe dei tui vide ⁊ viderit ſtatim credā. Sꝫ vitatis verbis magicis: q: forte noſti vba q̄ habēt huiꝰ efficaciā. Ego formā vboꝝ tibi preſcribā. In hac igit̃ forma vboꝝ dices ei. In noīe Jeſu xp̄i nati de virgine crucifixi mortui q̄ reſurrexit ⁊ ad celū aſcēdit vide. Sꝫ vt oīs ſuſpicio tolleret̃ dixit paulꝰ dionyſio vt hec ipſe verba ꝓferret. Cū ergo in eadē forma dionyſiꝰ ceco vt videret dixiſſet ꝓtinus viſum recepit. Statimqꝫ dionyſius cū damari vxore ſua ⁊ tota familia baptizatus eſt ⁊ fidelis effectus. Sicqꝫ a paulo per triēnium inſtructꝰ athenis epūs ordinatꝰ eſt: vbi ille predicationi inſiſtēs ipſam ciuitatē ⁊ maximā ī partē regionis illiꝰ ad fideꝫ xp̄i adduxit. E. ¶ Huic paulus ea q̄ in tertiū celum raptus vidit reuelaſſe dicitur ſicut ⁊ ipſe dionyſiꝰ in pleriſqꝫ locis inſinuare videtur. Unde ⁊ de hierarchus ipſoꝝ angeloꝝ ordinibꝰ diſpōnibꝰ ⁊ officijs tā luculenter ⁊ clare diſſeruit vt nō putares ipm̄ hoc ab alio didiciſſe: ſꝫ ipm̄ potius etiā vſqꝫ in tertiū celū raptū eē ⁊ ibi hec oīa cōſpexiſſe. Prophetie ſpū claruit ſicut patet in epla quam miſit ad Joannem euangeliſtam in pathmos inſulam in exilio relegatum vbi prophetauit quod inde rediturus eſſet ſic dicens. Gaude vere dilecte, vere amabilis ⁊ deſiderabilis, ⁊ diligibilis valde dilecte ⁊ infra. Ex cuſtodia que eſt in pathmos dimitteris ⁊ ad terrā aſie reuerteris ⁊ facies ibi boni dei imitationes ⁊ his q̄ erunt poſt te trades. Dormitiōi btē. Marie interfuit ſicut ipſe in libro de diuinis nominibus inſinuare videt̃. Cum ergo audiſſet Petrū ⁊ paulum rome a nerone in carceribꝰ detineri epm̄ ſibi ſubſtituit: ⁊ ad eos viſitandos acceſſit. Verum cū illi ad domum feliciter migraſſent: ⁊ poſtmodum clemēs pſideret ab ipſo. b. clemente poſt aliquod ſpaciū tēporis in franciam deſtinatur ⁊ ſibi ruſticus ⁊ eleutheriꝰ ſociantur. Miſſus igitur Pariſius venit ⁊ multos ibidem ad fidem conuertit. ⁊ eccleſias plurimas fabricauit: ⁊ clericos diuerſi ordinis collocauit. Tanta autēꝫ in eo gratia celitus emicuit qꝺ cum ſepius pontifices idoloꝝ cōtra eum ſeditionē populi cōcitarent: ⁊ populus ad eum perdendū ſepe cum armis concurreret: nox illo viſo aut omni feritate depoſita ſe eius pedibꝰ ꝓuoluebāt: aut nimio timore ſoluti ab eius preſentia fugiebant. Sed diabolus videns ⁊ inuidens ꝙ quotidie ſui cultura decreſceret ⁊ multiplicatis fidelibus eccleſia triūpharet domicianū impatorē in tātam cōmouit ſeuitiā vt preceptum daret ꝙ quicūqꝫ xp̄ianum aliquē reperiret: aut ipm̄ ſacrificare cogeret aut diuerſis ſupplicijs cruciaret. Prefectus igit̃ feſcennius cōtra xp̄ianos ꝑ miſſus a roma directus btm̄ dionyſium populo predicātē inuenit: ſtatimqꝫ captum: colaphizatū cōſputatū: deriſum. ⁊ loris duriſſimis alligatū: cū ſctō ruſtico ⁊ eleutherio ſibi pñtari precepit. Cū ergo ſancti coram illo in cōfeſſione dei conſtanter aſtarēt: ecce quedam matrona nobilis aduenit: ⁊ virū ſuū lubrium turpiter ab his magis deceptū aſſeruit. Protinus vtiqꝫ viro citiꝰ miſſo ⁊ in dei ꝯfeſſione perſeuerans iniuſte necat̃. Sancti vero a. xij. milibꝰ flagellant̃. Deīde magno pōdere cathenarum cōſtricti carceri mancipant̃. Sequēti die dionyſius ſuꝑ cratē ferreā ſuppoſitis flāmis nudus extenditur: vbi domino ꝓclamabat dicens. Ignitū eloquiū tuū vehementer ⁊ ſeruus tuus dilexit illud. Inde autem extrahitur, ⁊ ad beſtias ferociſſimas multo ieiunio excitatas proijcit̃. Sed cum in eum ſe

petuoſe currerēt ſignū crucis oppoſuit ⁊ manſuetiſſi-
mas eas fecit deīde ī clibanū iactat᷑: ſed extincto igne
nil ledit᷑. Cruci affigit᷑ ⁊ diuti⁹ ibidē torquet᷑. Jnde de-
poſit⁹ cū ſuis ſocijs ⁊ multis alijs fidelib⁹ carceri māci-
pat᷑. Ubi cū miſſaꝫ celebraret ⁊ ppl'o cōicaret dñs ieſus
eidē cū imēſo lumine appāuit ⁊ panē accipiēs ei dixit.
Accipe hoc chare mi: q: mecū eſt maxia merces tua.
Poſt hoc iudici pſētati: iterū nouis ſupplicijs mactat᷑.
⁊ iuxta idolū mercurij cū ſecurib⁹ triū capita ī ꝯfeſſio-
ne trinitatis pcidunt᷑. Statimq; corp⁹ ſcti Dionyſij ſe
erexit ⁊ caput ſuū īter brachia angelo duce ⁊ celeſti lu-
mine pcedēte p duo miliaria deportauit a loco q̄ dicit᷑
mōs martyꝝ vſq; ad locū vbi nūc ſua electiōe ⁊ dei ꝓui
dētia requieſcit. Tāta aūt ibidē angelorū melodia inſo-
nuit vt iter multos q̄ audierūt ⁊ crediderūt etiā larcia
vxor pfati lubrij xpianā ſe eſſe clamauit. Et mox ab im
pijs decollata: ei in ſuo ſanguine baptizata occubuit.
Fili⁹ aūt ei⁹ noīe virbi⁹ rome ſub trib⁹ imperatorib⁹
militauit: deinde pariſius rediēs baptizat᷑ ⁊ religioſo-
rū numero ſociat᷑. Dū aūt infideles meruerēt ne ſctōꝝ
ruſtici ⁊ eleutherij corpa xpiani ſepelirēt iuſſerūt vt ī
ſecana mergerent᷑. D. ¶ Matrona aūt q̄dā nobilis ve
ctores ad prādiū inuitauit: ⁊ illis epulātib⁹ ſanctoruꝫ
corpora furtiue ſubripuit: ⁊ in agro ſuo occulte ſepeliri
fecit: q̄ poſtea pſecutiōe ceſſante inde ſuſtulit ⁊ corpo-
ri btī Dionyſij honorifice ſociauit. Paſſi ſunt ſub do-
mitiano āno dñi. xcvj. etatis xo btī Dionyſij. xc. Circa
ānos dñi. dcccxv. tpe ludouici legati michaelis impa-
toris cōſtātinopolitani inter cetera munera detulerūt
ludouico filio Karoli magni libros dionyſij de hierar-
chia de greco in latinū trāſlatos: q̄ cū gaudio ſunt rece
pti. xix. infirmi in ipſa nocte ī eccleſia ei⁹ curati cū epō
arelatēſi ſctūs Regulus epō miſſarū ſolēnia celebraret
apl'oꝝ noīb⁹ in canone recitatis adiūxit: ⁊ btis marty-
rib⁹ tuis dionyſio ruſtico ⁊ eleuterio. Quo dicto cum
adhuc dei famulos viuere crederet plurimū mirari ce-
pit: cur eoꝝ noīa ſic neſciēs in canone ꝓtuliſſet: ⁊ ecce
eidē mirāti: tres colūbe apparuerūt ſup crucē altaris
reſidētes q̄ ſanctoꝝ martyꝝ noīa habebāt ſuis pecto-
ribus ſanguine īſignita. Quas diligēter intuēs ſctōs
migraſſe a corpe intellexit. Circa annū dñi. dcxliiij. da
gobertus rex frācoꝝ vt ī q̄dā habet᷑ chronica q̄ lōge āte
pipinū regnauerat a ſua pueritia ſctm̄ dionyſiū in ma
gna veneratiōe habere cepit. Nā ⁊ qn̄ clotarij pris ſui
irā metuebat ad eccleſiā ſcti dionyſij ꝯtinuo fugiebat.
Cū ergo fact⁹ iā rex mortu⁹ fuiſſet cuidā viro in viſiōe
mōſtratū eſt q aīa ei⁹ ad iudiciū rapta fuit: ⁊ multi ſcti
ſuarū eccleſiarū expoliationē obijciebāt eidē. Cū ergo
mali angeli iā ad penas rapere eā vellēt affuit beatus
dionyſi⁹ ⁊ ei⁹ interuētu liberata eſt ⁊ penā euaſit. For
te eni ei⁹ aīa ad corp⁹ rediit ⁊ ibi pniaꝫ egit. Clodoue⁹
rex corp⁹ ſcti dionyſij min⁹ religioſe diſcooperiens os
brachij ei⁹ fregit ⁊ cupide rapuit qui mox in amētiam
verſus eſt. Et nota q ignmarus epūs remēſis dicit in epl'a
quā miſit ad karolū: q iſte dionyſius miſſus in galliā
fuit dionyſius ariopagita vt ſupra dictū eſt. Jdē teſtat᷑
ioānes ſcotus in epiſtola ad Karolū. Nec forte ratio ex
computo tēporis contradixit ſicut
aliqui obijcere voluerunt.



¶ De ſctō Calixto. cxlix. B.

Calixtus papa āno dñi. ccxxj.
ſub Alexādro imꝑatore mar-
tyrium paſſus eſt. Cuius tēporib⁹
pars eminentior vrbis rome diui
no eſt incēdio ꝯcremata: ⁊ ſiniſtra
man⁹ iouis aurea liq̄facta. Tunc
omnes ſacerdotes ad alexandrū imperatorē venerūt
petētes vt dij irati ſacrificijs placarētur. Dū ergo offer
rent ſubito in celo ſereno mane diei iouis diuino fulmi
ne quatuor ſacerdotes idoloꝝ mortui ſunt: ⁊ ara iouis
cōcremata eſt: ⁊ ſol obſcuratus eſt: ita vt ppl's roman⁹
fugeret extra muros. Audiēs aūt palmaci⁹ ꝯſul q ca-
lixtus cū ſuis clericis trās tyberim latitaret rogauit
vt xpiani p quos hoc malū cōtigerat ad purgationem
ciuitatis penit⁹ delerent᷑. Palmacius poteſtate acce-
pta cū illuc cū militib⁹ ꝓperaſſet: ſꝫ illi ꝓtin⁹ excecati
fuiſſent territ⁹ alexādro hoc ꝓtinus nunciauit. Tunc
imꝑator iuſſit: vt die mercurij omnis ppl's cōueniret ⁊
mercurio īmolaret vt ab eo ſup his rñſa acciperet. Qd
dū fieret vgo q̄dā tēpli noīe iuliana arrepta a demone
exclamauit. De⁹ Calixti eſt ver⁹ ⁊ viu⁹ deus: q̄ nris eſt
pollutiōib⁹ indignat⁹. Qd audiēs Palmacius trans
tyberim ad vrbē Rauēnenſiū ad ſctm̄ Calixtū acceſſit
⁊ cū vxore ſua ⁊ familia ſe ab eo baptizari fecit. Qd au
diēs imꝑator eū acceſſitū ſimplicio ſenatori tradidit:
vt xbis blādis eū moneret ex eo q reipublice plurimū
neceſſari⁹ eſſet. Palmacio xo ieiunijs ⁊ orōnib⁹ perſe
uerāte venit ad eū q̄dā miles ꝓmittēs q ſi vxorē ſuaꝫ
paraliticā ſanaret cōtinuo crederet: cū ergo palmaci⁹
oraret illa ſanata ad palmaciū cucurrit dicēs. Bapti-
za me in nomine xpi q̄ tenuit manuꝫ meā ⁊ alleuauit
me. Tunc calixtus veniēs ipaꝫ cū viro ſuo ⁊ ſimplicio
⁊ multis alijs baptizauit. Qd audiēs imperator iuſſit
oēs baptizatos decollari. Calixtū vero quinq; diebus
ſine cibo ⁊ potu manere fecit. Jlle aūt vidēs eū ampli⁹
cōfortari: iuſſit eū dieb⁹ ſingulis fuſtigari. Deinde per
feneſtrā precipitatū alligatoq; ſaxo in puteum pcipi-
tari. Aſterius autē presbyter corpus eius de puteo ele
uauit: ⁊ ipſum in cemiterio calipodij ſepeliuit.

¶ De ſancto Leonardo. cl. B.

Leonardus dr̄ odor ppl'i a leos qd eſt ppl's ⁊ nardus
q̄ eſt herba redolēs: q: odore bone fame ppl'm ad
ſe trahebat. Uel leonardus dr̄ quaſi legēs ardua. Uel
Leonardus dr̄ a leone. Leo eni quatuor hꝫ in ſe. Pmo
habet fortitudinē quā fortitudinē vt dicit Jſid. habet
in pectore ⁊ ī capite. Sic btūs Leonardus habuit for-
titudinē in pectore per malarū cogitationū refrenatio
nem: ⁊ in capite per infatigabilē ſupernorū cōtempla
tionē. Scdo hꝫ ſagacitatē: ⁊ hoc in duobus. ſ. in aper-
tione oculoꝝ cū dormit ⁊ in deletione veſtigiorū cū fu-
git. Sic Leonardus vigilauit per laborem actionis: ⁊
vigilādo dormiuit p q̄etē cōtēplationis ⁊ in ſe deleuit
veſtigia totius mūdane affectionis. Tertio hꝫ virtuo-
ſitatem in voce: q: eius vox tertia die ſuſcitat leūculū
natū mortuū: ⁊ oēm beſtiam figere facit gradum. Sic
Leonard⁹ multos mortuos in pctis ſuſcitauit: ⁊ mul-
tos beſtialiter viuētes in opibus bonis fixit. Quarto
habet timorē in corde: q: ſm Jſido. duo timet. ſ. ſtrepi-
tum rotarū ⁊ ignem accenſum. Sic leonardus timuit
et timendo vitauit ſtrepitum mundane ſolicitudinis:
et ideo in deſertum fugit ⁊ ignem terrene cupiditatis:
⁊ ideo oēs thesauros ſibi oblatos
contempſit. B.



Leonardus fuiſſe dr̄ circa annuꝫ
dñi. cccc. hic a ſctō Remigio re-
mēſi archiepō de ſacro fōte leuat⁹ et
ab ipſo ſalutarib⁹ diſciplinis inſtru
ctus eſt. Cui⁹ parētes primi in pala
tio regis frācie habebātur. Hic tan-
tā grām a rege obtinuit q oēs incar
cerati qs ipe viſitabat ꝓtinus abſol
uebātur. Cū igit᷑ fama ſctitatis eius

excreſceret: rex multo tpe cū ſecū manere coegit donec
oppoꝛtuno tpe ei epatū donaret. Qḋ ille renuit ⁊ ſoli-
tudinē deſiderās: relictis oīb⁹ Aurelianū pdicādo cū
fratre ſuo liſardo deuenit. Ubi poſtq̄ in quodam ceno
bio aliquādiu vixerāt dū liſardus ſup ripā ligeris ſoli
tarius manere vellet: ⁊ leonardus p ſcrīſpūs admoni
tionē i aq̄tania diſponeret pdicare oſculantes ſe abin-
uicem diſceſſerūt. Leonardus igiť vbiq̄ pdicās multa
miracula exercēs in quadā ſylua ciuitati lemouice vi-
cina habitauit vbi erat aula regia cā venationis con-
ſtructa. Accidit aūt vt quadā die rex ibi venareť: ⁊ re-
gina illuc cauſa delectatiōis egreſſa ptu periclitareť.
Cū ergo rex ⁊ familia ꝓpter regine periclitationē lu-
gerēt: et leonardus per nemus trāſiret ⁊ gementiū vo
ces audiret pietate cōmot⁹ illuc ꝓperauit: ⁊ a rege vo-
catus ꝓtin⁹ introiuit. Cū igiť a rege interrogat⁹ qs eēt
ſe ſancti remigij fuiſſe diſcipulum narraret: rex ſpē bo-
nam cōcipiēs: ⁊ a bono magiſtro ipm bene inſtructum
exiſtimās ipm ad reginā induxit rogās vt ſuis pcibus
de recuperata cōiuge ⁊ edita ꝓle duplex gaudiū obti-
neret. Tūc ille oꝛone fuſa qḋ petebat ꝓtinus impetra
uit. Cū aūt rex multa in auro ⁊ argēto ſibi offerret: ille
ꝓtinus recuſauit admonēs vt hec pauperib⁹ daret di-
cens. Ego nullis horū indigeo: ſȝ tm̄ in aliqua ſiluarū
cōtēptis huī⁹ mūdi diuitijs ſoli xp̄o famulari deſide-
ro. Cū aūt rex totū illud nemus ſibi tradere vellet: ille
ait. Nō totū illud accipio: ſȝ quātū nocte cū meo aſello
circuire potero tm̄ mihi cōcedi exopto. Qḋ rex liben-
tiſſime adimpleuit. Cōſtructo itaq̄ ibidē monaſterio
ibi diu cū adiunctis ſibi duobus monachis in abſtinē-
tia multa degebat. Cū autē aqua vno ab eis miliario
diſtaret: puteū ibidē ſiccū paruū fodi iuſſit quē aqua
ſuis oꝛonib⁹ impleuit. Locū aūt illū nobiliacū appel-
lauit: eo q̄ a rege nobili traditus ſibi fuiſſet. Ibi tātis
miraculis coꝛuſcauit q̄ quicūq̄ ei⁹ nomen in carcere
inuocaſſet mox ruptis vīculis nullo ꝓhibēte liber abi-
ret ⁊ ſuas eidē cathenas vel cōpedes offerret. Horum
plures ſecū manebāt: ⁊ ibidē dn̄o ſeruiebāt. Septē q̄ȝ
familie de ei⁹ nobili ſtirpe vēditis oībus ad eū vene-
rūt: ⁊ diſtributo ſingulis nemore ibi cū ipſo manentes
exēplo ſuo plurimos abſtraxerūt. Deniq̄ ſcūs vir leo
nard⁹ multis clar⁹ virtutib⁹. viij. idus nouēbris ad dn̄z
migrauit: vbi poſtq̄ multa feciſſet miracula clericis il-
lius eccleſie eſt reuelatū: vt qꝛ loc⁹ ille ꝓpter multitu
dinis frequētiā arct⁹ erat alibi ecclīā fabricarēt ⁊ illuc
coꝛp⁹ ſcī Leonardi honoꝛifice trāſpoꝛtarēt. At illi cuȝ
ꝓpſo triduano ieiunio ⁊ oꝛoni inſiſtentes reſpicientes
viderūt totā ꝓuinciā niue coopertā: locū aūt illū in quo
ſcūs leonardus q̄ſcere volebat oīno vacuū cōſpexe-
rūt. Ibi itaq̄ trāſlat⁹ quāta miracula ꝓcipue circa in-
carceratos dn̄s p eū faciat: imēſi ferri varietas añ eius
tumulū oppēſa teſtis exiſtit. Uicecomes lemouicē
ſium ad terroꝛē maioꝛ quādā grauiſſimā cathenā fece
rat quā in cippo ſue turris affigi mādauerat. Qua ca-
thena q̄cunq̄ collo cingebať cuilibet aeris intēperiei
expoſit⁹: nō vnā: ſȝ quaſi mille moꝛtib⁹ angebat. Acci
dit aūt vt q̄dā fidelis ſcī leonardi illa cathena ſine culpa
ligareť. Qui cū fere vltimū ſpm̄ efflaret intra ſe q̄ potuit
toti⁹ ſcm̄ Leonardū affectu rogauit vt q̄ alios libera-
ret ſibi q̄ȝ ſuo ſuo ſubueniret. Statimq̄ ſcūs Leonar
dus in veſte cādida ſibi apparēs dixit. Noli timere: qꝛ
nō moꝛieris. Surge ⁊ hāc cathenā tecū ad ecclīā meā
deferas. Sequere me: qꝛ ego pcedā te. Qui ſurgēs ⁊ ca
thenā accipiēs ſcm̄ leonardū pcedētē vſq̄ ad eccliam
ſuā ſecut⁹ eſt. Statimq̄ vt añ foꝛes fuit btūs leonardus
ipm dimiſit ⁊ ecclīā ſuā intrās q̄ ſcūs leonard⁹ ſibi fe

cerat oībus enarrauit ⁊ cathenā illā tā maximā añ tu
mulū ei⁹ ſuſpendit. Uir q̄dā in loco ſcī leonardi nobi
liaco habitās ⁊ eidē ſctō valde fidelis exiſtēs a q̄dā ty-
ranno captus eſt. Qui tyrann⁹ intra ſe cogitās dicebat.
Leonar. iſte oēs cōpeditos abſoluit ⁊ oīs vis ferri an-
te eū velut cera ante ignē liqueſcit. Si hūc igiť vincu-
lis ligauero ꝓtinus leonard⁹ aderit ⁊ ipm liberabit.
Si aūt ipm cuſtodire poſſem mille ſolidis ipm redimi
facerē. Scio igiť q̄d faciā. In turri mea ꝓfundā foueā
faciā ⁊ hoiēȝ hūc cōpedib⁹ aggrauatū ibidem ſubmer
gā. Deīde ſuper os fouee ligneā arcā conſtruā in qua
armatos milites accubare faciā. Licet eñ leonardus
ferrū ꝯfrigat: tñ nōdū ſub terra intrauit. Qḋ cū totū vt
cogitauerat cōpleuiſſet: ⁊ ille hō ſcm̄ Leonardū ſepi⁹
inclamaret: leonardus nocte veniēs arcā in qua iace-
bāt milites reuoluit ⁊ tanq̄ moꝛtuos in ſepulchꝛo: ita
eos ſub ipſa ꝯcluſit. Deinde cū multa luce foueam in-
greſſus manū fidelis ſui tenuit ac dixit. Doꝛmis an vi-
gilas ecce Leonardus quē tu deſideras. At ille admi-
rās ait. Dn̄e adiuua me. Cōfeſtim confractis cathenis
apphenſum ꝓprijs ulnis extra turrim poꝛtauit. Dein-
de ſecū ſicut amicus cū amico cōfabulās vſq̄ ad locuȝ
ſuū ⁊ domū ipꝫ deduxit. D. ¶ Peregrin⁹ q̄dā cū a viſi
tatiōe. ſ. leonardi rediſſet ⁊ i aruernia capt⁹ ⁊ in cauea
incluſus eēt eos plurimū dep̄cabať: vt amoꝛe. ſ. leo
nardi cū nihil vnq̄ eos offendiſſet eum relaxare debe-
rēt. Qui rñderūt q̄ niſi ſe coploſe redimeret nō exiret.
Et ille. Sit inter vos ⁊. ſ. leonarduȝ cui me ſcitis recō-
mēdatū. Sequēti igitur nocte. ſ. leonard⁹ dn̄o illi ca-
ſtri apparuit ⁊ vt peregrinū ſuum dimitteret imperauit.
Ille vo mane euigilās ⁊ viſionē quaſi ſomniū ꝑuipen
dēs nullaten⁹ dimittere voluit. Altera nocte eadē im-
perās ſibi apparuit. Sȝ ille iterū obedire cōtēpſit. Tertia
vo nocte. ſ. leonard⁹ peregrinū accipiēs extra oppidū
deduxit. Statimq̄ turris cū media pte caſtri coꝛruēs
oppꝛeſſis plurib⁹ ſolū pꝛīcipē ad ſui confuſionē fractis
crurib⁹ reſeruauit. Miles q̄dā in britānia incarcerat⁹
ſcm̄ leonar. inuocabat. Qui ſtatim cūctis vidētib⁹ et
cognoſcētib⁹ ⁊ ſtupentib⁹ in media domo appuit et in
carcerē intrans ⁊ vincula frāgēs hoi cathenas i mani
bus poſuit ⁊ p mediū illoꝝ deducens oēs ſtupoꝛe repleuit.
Fuit ⁊ ali⁹ leonard⁹ eiuſdē ꝓfeſſionis ⁊ virtutis:
cui⁹ coꝛp⁹ apud coꝛbiacū requieſcit. Hic cuȝ in mona-
ſterio eēt ꝓlat⁹ tanta ſe humilitate deijciebat vt oīb⁹
inferioꝛ videreť. Sed cū oēs pene ꝑpłs ad eum cōfluce-
ret quidā inuidi regi clotario ſuaſerūt q̄ niſi ꝓuideret
p leonardū q̄ multos ſub obtētu religiōis colligebat:
regnū frācie detrimētū nō medicū ſuſtineret. Quibus
rex nimis credulus eum expelli iuſſit. Uenientes aūt
milites adeo eius verbis compūcti ſunt q̄ ſe ſuos futu-
ros diſcipulos ſpopōderūt. Rex quoq̄ penitens veniā
petijt ⁊ detractoꝛes rebus et honoꝛibus priuauit ⁊ ſan
ctum leonardū valde dilexit: ⁊ vix ad preces ſancti de-
tractores dignitati priſtine reſtituit. Qui a deo ſimili-
ter impetrauit vt quicūq̄ in carcere tenerenť mox in-
uocato ſuo noīe ſoluerenť. Dū autē quadā die oꝛationi
incumberet: ſerpēs quidā maximus a ꝑte pedum vſq̄
in eius ſinum aſcendit. Qui ꝓpter hoc nullatenus ab
oꝛatione ſurrexit. Cōpleta vero oꝛatiōe dixit ei. Scio
quia ab initio creatiōis tue hoīes quantum preualeſ
inquietas: ſed nūc ſi in me tibi tradita eſt poteſtas fac
in me quicquid meruī. Quo dicto ſerpens per caputiū
exiliens ad pedes eius moꝛtuus coꝛruit. Poſt hoc aūt
cum duos epōs diſcoꝛdātes ſedaſſet i craſtinū ſe interē-
dum p̄dixit circa annos dn̄i. cccccl xx.

¶ De decem millibus martyrum. clj. A.

Paſſio



PAſſio ⁊ memoria decẽ miliū martyꝝ veneratᷣ ⁊ colitᷣ. x.kal. iulij q̄ oẽs vna die ꝓ xp̄i noīe paſſi ſunt ſub adriano imperatore: aliiſq̇ ſex regibꝰ q̄ ei venerūt ī adiutoriū. ſancti martyres cū ab imperatore ad ſacrificandū idolis cōpellerentᷣ dixerūt. Sacrificiū viuum ⁊ immolatū offerimꝰ noſmetipſos dn̄o nr̄o ieſu xp̄o: q̄ ꝓ humano gn̄e naſci dignatus eſt deſcẽdere ⁊ de celis multis malis affligi ⁊ ad vltimū voluit etiā ꝓ nobis crucifigi quem tu miſer ignoras. Tūc iratꝰ imꝑator iuſſit eos diu torq̄ri ⁊ ad vltimū crucifigi. Et oīa tormēta q̄ paſſus eſt dn̄s nr̄ ieſus xp̄s forti aīo ⁊ fide firmiſſima ꝓ dn̄o ſuſtinuerūt. Locus igᷣ vbi paſſi ſunt b̄ti martyres mōs eſt magnꝰ ⁊ vocatᷣ ararat: ⁊ diſtat ab alexādria ciuitate quingētis q̄ſi ſtadiis. A q̇bꝰ aūt paſſi ſunt fuerūt exercitus regū q̄ illic venerāt in adiutoriū. xxx. milia. Hora vero ſexta illius diei terremotꝰ factus eſt magnus petre ſciſſe ſunt: ſol obſcuratus eſt: ⁊ oīa ſigna q̄ ī paſſione dn̄i viſa fuerūt etiā ibi viſa. Tūc ſancti martyres fundentes orōnē ad dn̄m dixerūt. Dn̄e deꝰ memēto nr̄i in hoc patibulo crucis ⁊ ſuſcipe petitionē noſtrā: et ea q̄ a te expoſcimus nobis ꝯcedere digneris: vt quicūq̇ memoriā noſtri corde ⁊ ore cū ieiunio ⁊ deuotione celebrauerint mereantᷣ a te aſſeq̄ fructuoſam mercedē tribuēdo eis ſanitatē corporum medicamē anime: et in domibus eoꝝ intus ⁊ foris bonoꝝ oīm vbertatē concede. Et ſi in prelio fuerint nō eis nocere preualeāt inimici viſibiles ⁊ inuiſibiles te ꝓ eis pugnāte: ſed ſicut placet tibi armis tuis eos ꝓtege. Dieſq̇ vnius ieiunij nr̄e paſſionis vnū penitētiale annū cōpleat obſeruantibus ſe deuoto corde ⁊ hoc dn̄ator dn̄e a te poſcimꝰ diſſipa oēm occupationem ⁊ immūdū ſpm̄: oēmq̇ infirmitatē eoꝝ expelle: q2 glīoſum ⁊ laudabile eſt nomen tuū per oīa ſc̄la ſeculoꝝ. Et r̄ndentibus oībus amē: facta eſt vox de celo dicēs. Que petiſtis dilectiſſimi mei ſcitote vos impetraſſe. Gaudete quoq̇ ⁊ letamini: q2 orones veſtre corā xp̄o ⁊ immortali rege veraciter ſunt exaudite. Et his dictis in cōfeſſione emiſerūt ſpm̄ veraciter percepturi premia regni celorum. Amen.

## De ſancto Luca. cliij. A.

LUcas interp̄tatᷣ ipſe ꝯſurgēs vel eleuans: vel dr̄ lucas a luce. Ipſe enī fuit ꝯſurgens ab amore mundi eleuans ſe in amorem dei. Fuit enī lux mūdi eo q̄ mūdum illuminauit vniuerſum. Matth. v. Uos eſtis lux mundi. Lux aūt mūdi eſt ipſe ſol: q̄ quidē lux h3 in ſitu ſublimitatem. Eccli. xxvj. Sol oriens mūdo in altiſſimis dei. In aſpectu delectabilitatē. Eccli. xj. Dulce lumen ⁊ delectabile eſt oculis videre ſolem. In motu velocitatē. ij. Eſdre. iiij. Magna eſt terra ⁊ excelſum eſt celū ⁊ velox curſus ſolis. In effectu vtilitatē q2 ſ3 pħm hō generat hoīem ⁊ ſol. Sic lucas habuit ſublimitatē per celeſtiū contēplationē: delectabilitatem ꝑ dulcem conuerſationē. velocitatē per feruentē predicationem. vtilitatem per doctrine ſue conſcriptionem. B



LUcas ſyrus natiōe antiochenus arte medicus fuit ſ̄m quoſdā vnus de lxxij. dn̄i diſcipl'is. Sane cū Hiero. dicat eū fuiſſe diſcipulū apl'oꝝ nō dn̄i: ⁊ glo. ſuper. xx. exodi notet q̄ dn̄o p̄dicāti nō adheſit: ſ3 poſt reſurrectionē eiꝰ ad fidē venit: magis tenēdū eſt q̄ nō fuerit vnꝰ de lxxij. l3 aliq̄ ſic fuerint opiati. Qui tante fuit perfectionis ⁊ vite vt optime ordinatus fuerit q̄tum ad deū ⁊ q̄tum ad ꝓximū ⁊ q̄tū ad ſeipſm ⁊ q̄tum ad ſuum offim̄ ⁊ in ſignū huius quadruplicis ordinationis quatuor facies h̄re deſcribitᷣ. ſ. faciē hoīs ⁊ leonis: bouis ⁊ aq̇le. Quolibet enī de aīalibus habebat q̄tuor facies ⁊ quatuor pēnas vt dr̄. Ezec. j. Et vt hoc melius videatᷣ imaginemur aliq̇d aīal q̇d habeat caput q̄dratum vt lignū quadratū ⁊ in q̄libet ſuꝑficie imaginemur vnā faciē: a p̄te anteriori faciē hoīs: a dextris faciē leonis: a ſiniſtris faciē vituli: a parte poſteriori faciē aq̇le. Q2 vero facies aq̇le ſuper alias eminebat ꝓpter colli ꝓductionē q̇d in ea longū eſt: dr̄ q̇d erat deſuꝑ. Quelibet ēt hoꝝ quatuor pēnas habebat: q2 cū q̇lībet aīal quaſi quadratū imaginemur: ⁊ in q̄drato ſint quatuor anguli: in quolibet angulo erat vna pēna. Per iſta q̄tuor aīalia ſ̄m ſctōs q̄tuor euāgeliſte ſignificantᷣ quoꝝ l3 q̄libet habuerit quatuor facies ſcribēdo. ſ. de hūanitate: paſſione: reſurrectiōe ⁊ diuinitate. Singule tn̄ ſingulis ꝑ quādā appropriationē attribuuntᷣ ſ̄m Hieron. Matthēꝰ in hoīe figuratᷣ: q2 principaliꝰ circa xp̄i hūanitatē īmoratᷣ. Lucas in vitulo agēs de xp̄i ſacerdotio. Marcꝰ in leone euidētius ſcribēs de reſurrectiōe. Catuli enī leonū vt dicūt vſq̇ ī diē tertiū quaſi mortui iacent: ſ3 rugitu leonis in die tertio excitantᷣ. Itē q2 incepit a rugitu predicatiōis. Joānes in aq̇la ceteris altiꝰ volās ſcribēs de xp̄i diuinitate. Xp̄s ēt de q̄ ſcribūt oīa iſta q̄tuor fuit. ſ. hō natꝰ de v̄gine: vitulꝰ ī paſſiōe: leo ī reſurrectione: aq̇la ī aſcēſiōe. Per has igᷣ q̄tuor facies in q̇bus deſignatꝰ eſt lucas ſicut q̄libet aliꝰ euangeliſta oſ̄ditᷣ qualiꝰ illis quatuor modis fuerit ordinatus. Nā ꝑ faciē hoīs oſ̄ditᷣ q̄ recte fuerit ordinatꝰ q̄tuꝫ ad ꝓximū quē d3 rōne inſtruere: māſuetudine attrahere: ⁊ liberalitate fouere. Hō enī eſt aīal rōnale: māſuetū ⁊ liberale. Per faciē aq̇le oſ̄ditᷣ q̄ recte fuerit ordinatus q̄tū ad deū: q2 in eo oculꝰ intellectus ꝯtuetᷣ deū ꝑ ꝯtēplationē. Roſtrū affectus ad ip̄m exacuitᷣ ꝑ meditationē ſenectutē effectꝰ abiicitᷣ ꝑ nouā ꝯuerſatiōnē. Aq̇la enī acuti luminis eſt: vt radiū ſolis irreuerberatis oculis aſpiciat ⁊ in altū mirabiliꝰ eleuata piſciculos in medio maris videat. Roſtrū ēt nimis aduncatū ne īpediatᷣ in cibo capiēdo petre allidit: ⁊ ſic vſui cibādi habile efficitᷣ. Exuſta inſuꝑ a calore ſolis ⁊ in fontē magno īpetu ſe ꝓiiciēs ſenectutē abiicit: calore ſolis oculoꝝ caliginē ꝯſummante ⁊ pennas alleuiante. Per faciē leonis oſ̄ditᷣ q̄ recte fuerit ordinatꝰ q̄tū ad ſe: q2 habuit gn̄oſitatē per honeſtā moꝝ conuerſatione: ſagacitatē ꝑ inſidiarū hoſtilium vitationem: ⁊ paſſibilitatē ꝑ afflictorū compaſſionē. Leo enī eſt aīal generoſum: q2 rex aīaliū. Eſt ſagax q2 veſtigia cauda delet cū fugit ne īueniatur. Paſſibile q2 quartanā patitᷣ. Per faciē vituli ſiue bouis oſ̄ditᷣ q̄ recte fuerit ordinatꝰ q̄tū ad ſuum offim̄ q̇d fuit ſcribere euāgeliū. Ibi enī morose ꝓceſſit: q2 incepit a natiuitate p̄curſoris ⁊ natiuitate ⁊ infantia xp̄i ⁊ ſic paulatim ꝓceſſit vſq̇ ad vltimā ꝯſummationē. Diſcrete incepit: q2 poſt duos euāgeliſtas: vt quod illi omiſiſſent iſte ſuppleret: ⁊ quod ſufficienter dixiſſent omitteret. Circa tēplū ⁊ ſacrificiū īmoratꝰ fuit: q̇d patꝫ in p̄ncipio ⁊ in medio ⁊ ī fine. Bos enī ē aīal moroſum ⁊ in vngulis fiſſum: per q̇d intelligitᷣ diſcretio īmolātiū. C. Uerū qualiꝰ b̄tūs lucas in predictis q̄tuor modis ordinatꝰ fuerit melius oſ̄ditᷣ ſi vite eius ſeries meliꝰ indagetᷣ. Primo igᷣ ordinatꝰ fuit q̄tū ad deū tripliꝰ aūt ordinatᷣ hō q̄tū ad deū ſ̄m b̄tm̄ Ber. ſ. affectione: cogitatione: ⁊ intentione. Affectio d3 eſſe ſancta: cogitatio munda: ⁊ intētio recta. Affectionē igᷣ ſanctā habuit: q2 ſpū ſctō plenꝰ fuit. Hiero. in ꝓlogo ſuꝑ lucam. Obijt inquit in bithinia plenus ſpū ſancto. Scd̄o habuit co=

in infernū diaboli ⁊ ego purgatus vado in regnum dei
et ecce ſubito in aere auditus eſt clamor velut leonum
vrſorum ⁊ luporum ⁊ ipſum de medio abſtulerunt.

¶ De quatuor coronatis. clx. A.



Quatuor coronati fuerunt ſeue-
rus: ſeuerianus: carpoforus: et
victorin⁹: q̄ iubente diocletiano vſq̄
ad mortē ictibus plūbatoꝝ ceſi ſunt.
Horū noīa cuꝫ reperiri nō poſſent que
tñ poſt multos annos dn̄o reuelante
reperta ſunt ſtatutū fuit vt eoꝝ memo
ria ſub noīb⁹ alioꝝ quinq̄ martyruꝫ
ſcꝫ claudij: caſtorij: ſimphoriani: nico
ſtrati: et ſimplicij recoleret̄: qui poſt
duos ānos a martyrio p̄dictoꝝ paſ-
ſi ſunt. Iſti eñ martyres cū oēꝫ ſculpture artē haberēt
⁊ diocletiano idolū q̄ddā ſculpere nollēt: nec ſacrifica-
re aliquaten⁹ ꝯſentirēt: iuſſu ipſi⁹ diocletiani in locu-
los plūbeos viui miſſi ſunt: ⁊ ſic ī mare p̄cipitati circa
annos dn̄i. cclxxxvij. ſub noīb⁹ igit̄ iſtoꝝ quinq̄ ſtatuit
melchiades papa p̄dictos quatuor honorari et q̄tuor
coronatos vocari ante.ſ. q̄ eorū noīa reꝑirētur: ⁊ licet
poſt modū noīa reperta fuerint vſus tamē obtinuit vt
quatuor coronati deinceps vocarentur.

¶ De ſancto Theodoro. clxi A.



Theodor⁹ in vrbe marmanitano
rum ſub diocleciano ⁊ maximia
no martyrium paſſus eſt. Cui cū pre
ſes diceret q̄ ſacrificaret ⁊ priſtinam
militiaꝫ reciꝑet rn̄dit theodor⁹. Ego
milito deo meo ⁊ filio ei⁹ ieſu xp̄o cui
p̄ſes. Ergo de⁹ tu⁹ filiū hꝫ: cui Theo-
dorus. Etiā. Ad quē preſes. Poſſe-
mus eū cognoſcere. Et Theodorus.
Utiq̄ poteſtis eum cogniſcere et ad
eum accedere. Datis igitur inducijs ſancto Theodoro
vt ſacrificaret: templuꝫ martis deorum noctu ſanctus

introiuit: ⁊ igne ſuppoſito totū illud ſuccendit. Qui a quodā qui hec vidit accuſatus: in carcerem vt fame ibi moreret̄ recluſus eſt. Cui dn̄s apparens dixit. Confide ſerue meꝰ theodore: quia ego tecum ſum. Tunc turba multa de albato: ſ virorū clauſo oſtio ad eum veniens cum eo pſallere cepit. Quod vidētes cuſtodes territi fugerūt. Cū aūt inde eductus fuiſſet ⁊ ad ſacrificia inuitaretur ait. Si carnes meas igne cremaueris: ⁊ variis conſumas ſuppliciis donec fuerit ſpiritus in naribus meis non denegabo deū meū. Tūc ad p̄ceptum preſidis in ligno ſuſpēditur ⁊ vngulis ferreis tam crudeliter latera eius radunt̄ vt etiā eius coſte nudarent̄. Ad quē preſes. Vis theodore nobiſcū eſſe aut cū xp̄o tuo? Cui ille. Cum xp̄o meo ⁊ fui ⁊ ſum ⁊ ero. Tunc iuſſus eſt igne cremari. In quo quidē igne ſpm̄ emiſit: ſed tn̄ corpus eius ab igne illeſum permanſit. Circa annos dn̄i. cclxxxvii. odore ſuo ſuauiſſimo om̄es repleti ſunt: ⁊ audita eſt vox dicēs. Veni dilecte mi intra in gaudiū dn̄i tui: celū quoq̄ apertum multi viderunt.

¶ De ſancto Martino. clxiij. A.

MArtinus quaſi martē tenēs. i. bellū contra vitia ⁊ pctā. Vel martinus quaſi martyꝛuz vnꝰ. Fuit enī martyꝛ ſaltē in voluntate ⁊ carnis mortificatione. Vel martinus interpretatur quaſi irritās vel ꝓuocās ſeu dn̄ans. Ipſe nāq̄ per meritū ſue ſanctitatis irritauit diabolum ad inuidiā ꝓuocauit dn̄m ad miam dominatus eſt carni ſue per macerationem continuam. Cui. ſ. carni ratio ſiue animus dn̄ari dꝫ: vt dicit Diony. in epl̄a ad demophilū: ſicut dn̄at̄ dn̄s ſeruo: aut pater filio: aut ſenior laſciuo iuuēculo. Eius vitā ſeuerus cognomento ſulplicius diſcipulus ſcī Martini quē Gēnadius inter illuſtres viros cōnumerat ſcripſit.



MArtinus ſabarie pānonioꝝ oppido oriundus: ſed intra italiā papie alitus cū patre ſuo tribuno militum ſub Conſtantino ⁊ Iuliano ceſaribꝰ militauit: nō tn̄ ſpōte: qꝛ ab infantia diuinitꝰ inſpiratꝰ: cuꝫ eſſet annoꝝ. xij. inuitis parentibꝰ ad ecclīam fugit ⁊ cathecuminum ſe fieri poſtulauit: ⁊ ex tunc eremū intraſſet niſi carnis infirmitas obſtetiſſet. Sꝫ cū ceſares decreuiſſent vt veteranoꝝ filii ꝓ patribus militarent: martinus cū eſſet annoꝝ. xv. ad militandū vrget̄ vno tn̄ contētus ſeruo cui tn̄ martinus ſeruiēs ſeplꝰ miniſtrabat ⁊ calciamenta detrahebat atq̄ tergebat quodā hyemali tp̄e ꝑ portā ambienēſiū trāſiens pauperē quēdā nudū obuiū habuit: q̄ cū a nullo elemoſynā accepiſſet: martinꝰ hūc ſibi ſeruatū intelligēs arrepto enſe clamidē q̄ ſibi tn̄ ſupererat diuidit: ⁊ ptē paupi tribuēs reliqua rurſus induit̄. Sequēti igit̄ nocte xp̄ꝫ clamidis ſue pte qua pauperē texerat veſtitū vidit ipm̄q̄ ad circūſtātes angelos ſic loquentē audiuit martinꝰ adhuc cathecuminꝰ hac me veſte cōtexit. Vn̄ vir ſctūs nō in gl̄iaꝫ elatꝰ: ſꝫ dei bonitatē cōgnoſcēs cū eſſet annoꝝ. xviij. baptizari ſe fecit ⁊ adhuc ad inſtātiā tribuni ſui q̄ tp̄e ſui tribunatꝰ expleto ſeculo abrenūciaturū ꝓmittebat ꝑ bienniū militauit. Interea irruētibꝰ īfra gallias barbaris iulianꝰ ceſar ꝯ eos pugnaturꝰ pecuniā militibꝰ erogauit. At martinus nolēs deinceps militare donatiū recipe noluit: ſed ceſari dixit: xp̄i ego miles ſuꝫ: pugnare mihi non lꝫ indignatꝰ iulianꝰ dixit q̄ nō religiōis grā: ſꝫ metu belli īminētis militie renūciaret. Cui martinꝰ ītrepedus rn̄dit. Si hoc ignauie nō fidei aſcribit̄ craſtina die ante aciē inermis aſtabo ⁊ ī noīe xp̄i ſigno crucis nō clipeo ꝓtectꝰ aut galea hoſtiū cuneos penetrabo ſecurꝰ. Vn̄ cuſtodiri iubet̄ vt ī ermis vt dixerat barbaris obiiceret̄. Sꝫ die ſequēti hoſtes legationē miſerūt ſua om̄ia ſeq̄ dātes. Vn̄ nō dubiū eſt meritis ſcī viri talē victoriam ſine ſanguie datā eſſe. Exīde relicta militia ad ſcm̄ hilariū pictauēſem ep̄m ꝑrexit ⁊ ab eo accolitꝰ ordinatꝰ monet̄ a dn̄o ꝑ ſopoꝛem vt parētes ſuos adhuc gētiles viſitaret. Profectꝰ igit̄ multa aduerſa paſſuruꝫ ſe eſſe p̄dixit. Nā īter alpes īcidit ī latrōes. Cumq̄ vnꝰ ſecurī ī caput eiꝰ vibraſſet ictū ferientis dextre ſuſtinuit alter. Victis tn̄ poſt tergū manibꝰ vni eoꝝ cuſtodiēdꝰ traditur. Percontāti ſuo latroni an timuiſſet rn̄dit nūq̄ ſe ita fuiſſe ſecurū: qꝛ ſciret miāꝫ dei maxime in tētatiōibus affuturā. Incipiēſq̄ latroni p̄dicauit ⁊ ipꝫ ad fidē xp̄i ꝯuertit. Qui martinū ad viā reducēs laudabilem poſtmodū vitā duxit. B. ¶ Cū aūt modiolanū p̄teriſſet diabolꝰ in hūana ſpē ſibi obuiꝰ fuit ⁊ q̄ tēderet requiſiuit. Cui cū rn̄diſſet ſe quo eū dn̄s vocaret tendere ille ait. Quocūq̄ ieris diabolꝰ tibi aduerſabit̄. Cum autē martinꝰ ſibi rn̄diſſet. Dn̄s mihi adiutoꝛ ē nō timebo q̄d faciat mihi hō: ſtatim ille euanuit. Itaq̄ mr̄ēꝫ cōuertit: pr̄ ſuo in errore māſit. Sꝫ cū hereſis arriana ꝑ totū orbē pullularet ⁊ ille pene ſolꝰ obſiſteret puplice ceſus ⁊ de ciuitate eiectus medtolanū redijt ⁊ ibi ſibi monaſteriū ſtatuit. Sꝫ īde ab arrianis eiectꝰ ad inſulā galliinariā cū vno ſolo pbr̄o ꝑrexit vbi elleboꝝ gramē venenatū īter al'a herbas ī cibū ſumpſit: ⁊ vicinā mortē ſentiēs oē ꝑiculuꝫ ⁊ dolorē ſtute ōronis fugauit. Audiēs ſuo q̄ btūs hilariꝰ de exilio rediret obuiā ei ꝓfectꝰ eſt: ⁊ iuxta pictauiū monaſteriū ordinauit. Ubi cū quēdaꝫ adhuc cathecuminū hr̄et parūper a monaſterio diſcedēs ⁊ rediēs reperit eū ſine baptiſmo defunctū. Queꝫ in cellā ducēs ⁊ ſupeiꝰ corpꝰ ſe ꝓſternēs ipm̄ ſua ōrone ad vitā priſtinā reuocauit. Idē ſuo hō referre ꝯſueuit q̄ dū ſup eū data ſniā obſcuris īocis deputatꝰ fuiſſet ꝑ duos āgelos iudici eſt ſuggeſtū hūc eē ꝓ q̄ martinꝰ oraret: iuſſū ē igit̄ vt ꝑ ipſos duos reduceret̄: ⁊ martino viuus redderet̄. Aliū inſup q̄ laqueo vitā finierat vite reſtituit. Verū cū plebs turonica ep̄o careret ipm̄ piu riſmū renitētē ſibi ordinari petijt. Quidā aūt ep̄is q̄ cōuenerāt eo q̄ deformis eſſet habitu ⁊ vultu deſpicabilis reſiſtebāt. Inter quos p̄cipuꝰ fuit quidā noīe defenſoꝛ. Sꝫ cū lectoꝛ tūc deeſſet q̄dā accepto pſalterio primū quē inuenit pſalmū legit vbi ſuſus hic erat. Ex ore īfantiū ⁊ lactātiū ꝑfeciſti laudē: vt deſtruas inimicū et defenſorē. Et ſic ille defenſoꝛ eſt ab oibꝰ cōfutatꝰ. Ordinatꝰ itaq̄ ep̄s cū ppl'i tumultū non ferret duobus fere milibus extra vrbē monaſteriū conſtituit vbi cū. lxxx. diſcipulis in multa abſtinētia vixit. Nā ibi vinū nemo bibebat niſi quē infirmitas coegiſſet. Molliōr habitꝰ ibi ꝓ crimine erat: plurime ciuitates de his ep̄os eligebāt. Cū q̄dā ſub noīe martyris coleret̄ ⁊ a martino nil de eius vita vel merito inueniri poſſet quadā die ſup ſepulchꝛū ſtans oꝛauit dn̄m vt quis eſſet vel cuiꝰ meriti indicaret. Cōuerſus ad leuā vidit vmbrā nigerrimam ſtare. Qui a martino adiuratus dicit latronem fuiſſe ⁊ ob ſcelꝰ ꝑcuſſuꝫ eſſe: cōtinuo igit̄ martinꝰ altare deſtrui p̄cepit. C. ¶ Legit̄ qꝫ ī dialogo ſeueri ⁊ galli diſcipuloꝝ ſcī martini vbi multa ſuppleta ſūt q̄ in eius vita ſeuerꝰ dimiſerat: q̄ martinꝰ quodā tēpore valētinianū imperatorē ꝓ quadā neceſſitate adijt. Sed ille ſciens eū velle petere quod ipſe nolebat dare fores palatij ſibi claudi fecit. At martinus ſemel et iterum paſſus repulſam cilicio obuolutus ⁊ cinere conſperſus per vnam hebdomadam cibi ⁊ potus abſtinentia maceraretur. Tūc monēte angelo ad palatiū venit ⁊ nullo ſibi

lo ſibi

lo ſibi ꝓhibēte ad impatorē vſ ꝑuenit. Quē cum vementē videret irat⁹: qꝛ fuiſſet admiſſus ei aſſurgere noluit donec cellā regiā ignis operiret: ⁊ ipm̄ impatorē a parte poſteriori ignis ſuccēderet. Tūc ſctō Martino irat⁹ aſſurgēs ꝟtutē diuinā ſe ſenſiſſe ꝯfeſſus eſt: multiſ ipm̄ cōplectēs ſibi oīa anteꝗ̄ rogaret ꝯceſſit multaſ munera obtulit. ſed martin⁹ nō accepit. In eodē qꝫ dialogo legit̃ qualr̃ tertiū mortuū ſuſcitauit. Cū eni quidam iuuenis defunctus fuiſſet ⁊ mr̃ ꝓ reſuſcitatione filij btm̄ martinū lachrymis exoraret: ipſe in medio cāpi vbi erat innumerabilis multitudo gētiliū genua flexit: ⁊ cūctis vidētibus puer ſurrexit. Quapropter oēs illi gētiles ad fidē xp̄i cōuerſi ſunt. Eidē qꝫ viro ſancto obediebāt ēt inſenſibilia: vegetabilia ⁊ irrōnabilia: inſenſibilia ſicut ignis ⁊ aqua. Nā cū ī quodā phano ignē miſiſſet: in domo ꝓxima adherēte agēte vēto flāma ferebat̃. Tūc Martin⁹ ſup tectū dom⁹ aſcēdēs obuium ſe aduenientibus flāmis inſeruit. Mox cōtra vim venti flāma retorquet̃ vt cōflict⁹ quidā cōpugnātiū īter ſe elemētorū videret̃. ¶ Nauis ēt qdā cū periclitaret̃ vt ī ꝑdicto dialogo legit̃: qdā negotiator necdū xp̄ian⁹ exclamauit. Deus Martini eripe nos: ⁊ ſtatim tranqllitas magna ſucceſſit. ¶ Silr̃ vegetabilia. Nā cū in quodam loco tēpliū antiqſſimū diruiſſet ⁊ arborē pini diabolo dadicatū vellet excidere obſiſtētib⁹ ruſticis ⁊ gētib⁹ vnus eorū dixit. Si de deo tuo fiduciā habes nos hanc arborē ſuccidem⁹ ⁊ tu eā ſuſcipe: ⁊ ſi tecū eſt deus tuus vt dicis euades. Quo annuēte ſucciſe arbori ⁊ iā verſus eū ibidē ligatū cadēti ſignū crucis oppoſuit: ⁊ ī altā partē rediēs ruſticos qui in tuto loco erāt fere oppreſſit. Qui viſo miraculo ad fidē cōuerſi ſunt. ¶ Irrationabilia qꝫ aīalia ſibi pluries obedierūt ſicut legit̃ ī ꝑdicto dialogo. Cū eni canes lepuſculum inſequentes vidiſſet imperauit canib⁹ vt aīal inſeqͥ deſiſterēt: mox illi cōſtiterunt ⁊ quaſi victi in ſuis veſtigijs fixi manſerunt. Serpēs etiā quidam cū flumiū quēdā natādo trāſiret Martinus ait ad ſerpentē. In noīe dn̄i iubeo te redire. Mox ſe ad verbū ſcti retorſit ⁊ in ripā aliam trāſmeauit. Et ingemiſcēs Martin⁹ ait. Serpētes me audiūt ⁊ hoīes nō audiūt. Canis ſilr̃ quidā cū in quēdā ex martini diſcipl'is latraret ille ad eū cōuerſus ait. In noīe Martini iubeo te obmuteſcere: canis ꝯtinuo obmutuit ac ſi linguam habuiſſet abſciſſam. D. ¶ Fuit aūt btūs martin⁹ multe humilitatis. Nā leproſū quendam cunctis horribilē pariſius obuium habēs ipſum oſculatus eſt atꝗ benedixit: ſtatimꝗ̄ mūdatus eſt. ī ſacrario qꝫ reſidēs nūꝗ̄ cathedra vſus eſt. Nā in eccleſia nemo vnꝗ̄ eū ſedere ꝯſpexit. Sedebat aūt ī cellula ruſticana qs tripodes vocāt: multe dignitatis: qꝛ par apoſtolis dict⁹ ē ⁊ hoc ꝓpter grãz ſpūſſcti q̄ in eū in ſpecie ignis ad robur deſcēdit ſicut fuit in apl'is. Unde ⁊ apl'i frequēter eū tāꝗ̄ cōparē viſitabāt. Legit̃ eni in ꝑdicto dialogo ꝙ quadā vice dn̄ martin⁹ in cella ſol⁹ ſederet: ⁊ ſeuer⁹ ⁊ gall⁹ ei⁹ diſcipuli pre foribus expectarēt ſubito mirabili ꝯcuſſi horrore plures in cella audiūt ſimul colloquētes. De quo cū poſtmodū Martinū reqſiſſent: ille ait: dicā vobis: ſed vos queſo nulli dicatis. Agnes, tecla, ⁊ maria ad me venerūt. Nec tn̄ illa die: ſꝫ ſepi⁹ ab eis ꝯfeſſus ē viſitari. Et petrū ⁊ paulū apl'os ad ſe ſepe videri perhibuit multe iuſtitie. Cū eni ab imperatore noīe maximo inuitatus fuiſſet: ⁊ martino poculū primo fuiſſet oblatū ſperantib⁹ cūctis: vt poſt ſe regi tribueret pbr̄o ſuo dedit nullū eſtimās digniorē q̄ poſt ſe deberet bibere ⁊ indignū iudicans: ſi aut regē aut regis ꝓximos pbr̄o pretuliſſet. Multe patientie. Tantā eni in oīb⁹ patiētiā ſuabat ꝙ cū eēt ſummus ſacerdos īpune ſepe a clericis ledebat̃: nec a ſua eos ꝓpter hoc charitate repellebat. Nemo illū vnꝗ̄ vidit iratū: nemo merētē: nemo ridētē. Nūꝗ̄ in illi⁹ ore niſi xp̄s: nūꝗ̄ in illi⁹ corde niſi pietas: niſi pax: niſi mīa inerat. Legit̃ qꝫ in ꝑdicto dialogo ꝙ dn̄ martin⁹ qdā vice in veſte hiſpida nigro ⁊ pendulo palho circūtectus ſuper aſellū ꝓcederet: eq̄s de ꝯuenientib⁹ expaucfactis milites in terrā ſaltu precipiti ſe dederūt ⁊ Martinum arripiētes grauiter ꝟberauerūt. Ille aūt q̄ſi mutus cedētib⁹ terga ꝑbebat. Sꝫ magis illi furebāt eo ꝙ ille q̄ſi nō ſentiēs ꝟbera illata ꝯtēnere videret̃. Protin⁹ autē aīalia adeo humo fixa ꝑmanebāt vt q̄tūcūꝗ̄ flagellata vel percuſſa velut ſaxa moueri non poſſent quouſꝗ̄ ad martinū redeūtes ⁊ pctm̄ ſuū ꝙ ignorāter in eū cōmiſerāt ꝯfitentes: ille eis licētiā dedit ⁊ gradu cōcito aīalia ꝓceſſerūt. Multe aſſiduitatis in orando. qꝛ vt ī legēda ſua dr̃: nūꝗ̄ vllū horarū momētū ꝑterijt q̄ nō aut oronī aut lectiōi incūberet. Inter legēdū ēnī ⁊ opandū nūꝗ̄ aīm ab orone laxabat. Nā vt fabris ferrarijs mos eſt q̄ inter operādū ꝓ quodā laboris leuamine īcudē feriūt: ita martinus dū aliqͥd ageret ſemper orabat. Multe auſteritatis in ſeipſo. Refert eni ſeuer⁹ in epl'a ad euſebiū ꝙ cū martin⁹ in quandā villā ſue dioceſis veniſſet: ⁊ clerici lectū ſibi plurimo ſtramine ꝑparaſſent ille ibidē recūbēs inſuetā molliciē ꝑhorreſcit q̄ppe q̄ nuda humo vno tn̄ cilicio ſuptecto cubare conſueuerat. Itaꝗ̄ ꝑmotus iniuria ſurgēs ſtramētū oē proiecit: ⁊ ſe ſup nudā humū collocauit: circa mediā ꝟo noctē tota illa pallea igne accēdit̃: ⁊ Martin⁹ excitatus dū exire tētaret: ſed nequiret: ab igne capit̃ ⁊ eius iā veſtimēta vrunt̃: rediēs ꝟo ad ſolitū orōnis cōfugium: ⁊ crucis emittēs ſignaculū in medio ignis intact⁹ ꝑmāſit ⁊ flāmas ſenſit rorantes q̄s male exptus erat vrentes. Monachi igit̃ excitati ꝯcurrūt ⁊ Martinū quē iā ꝯſumptū putabāt de medio flāmarū illeſum educunt. Multe cōpaſſiōis erga delinquētes: qꝛ oēs volētes penitere cōpaſſiōis ſinu recipiebat. Nā ⁊ cū diabol⁹ martinū reꝑhēderet cur ſemel lapſos ad pn̄iam reciperet eidē rn̄dit. Si tu ipſe o miſerabilis ab hoīm inſectatione deſiſteres ⁊ te factorū tuorū peniteret ego tibi confiſus in dn̄o xp̄i miām pollicerer. Multe pietatis erga pauꝑes. Legit̃ ī ꝑdicto dialogo ꝙ martinū in q̄dā ſcti uitate ad eccliam tēdētem pauꝑ qdam nud⁹ ſecut⁹ ē. Martin⁹ aūt archidiacono ꝑcepit vt egentē veſtiret. Sꝫ cū hoc ille facere diſtuliſſet īgreſſus martinus ſecretariū tunicā ſuam illi tribuit: ⁊ continuo abſcedere iuſſit. Cū ḡ archidiaconus moneret vt ad ſolēnia peragēda ꝓcederet: ille de ſe loquēs rn̄dit ſe ire nō poſſe donec pauꝑ veſtē accipiat. Archidiaconus ꝟo nō intelligens: qꝛ cū extrinſec⁹ cappa tect⁹ eēt ipm̄ nudū īteri⁹ nō videbat pauperē nō adeſſe cauſat̃. At ille inqͥt mihi veſtis deferat̃ ⁊ pauꝑ nō deerit veſtiēd⁹. Cōpulſus ille ad forū vadit ⁊ quinꝗ̄ argēteis tunicā vilē ⁊ curtā q̄ dr̃ penula q̄ſi pene nulla rapiēs ante pedes Martini irat⁹ ꝓiecit. Quā ille ſecreto induit: cuius manice vſꝗ̄ ad cubitū: ⁊ lōgitudo vſꝗ̄ ad genua ꝓcēdebant̃: ⁊ ſic miſſam celebraturus ꝓcedit. Dū aūt miſſam celebraret glob⁹ igne⁹ ſup caput ei⁹ apparuit ⁊ a multis ibidē viſus fuit: ob hoc par apl'is dr̃. Huic aūt miraclo addit magr̃ Ioan. beleth ꝙ cū ī miſſa man⁹ ad deū vt moris eſt leuaret māicis ligneis retro labētib⁹ cū nec brachia ei⁹ eſſent groſſa nec multū carnoſa: nec ꝑfata tunica protēderet̃ niſi vſꝗ̄ ad cubitū remāſerūt eadē brachia nuda. Tūc miraculoſe torques aurei ⁊ gēmati deferunt̃

ab angelis ⁊ brachia decēter oplunt. Quē etiā tōſam quadā vice ↄſpiciēs euāgelicū īdꝫ mādatū iſta ↄpleuit. Duas tunicas iſta habuit ⁊ vnā nō habēti largita eſt. Ita ⁊ vos īdꝫ facere debetis. Multe ptātis erga demōes expellēdos. Sepe em̄ ipſos demōes ex hoībꝰ expulit. Legiꝛ ēt ī ꝓdicto dialogo ꝙ q̄dā vacca a dmōe agitata cū vbiq̄ ſeuiret ⁊ m̄ltos ↄfoderet: ⁊ viſus martinū ⁊ ſocios ſuos in itinere furibunda ↄcurreret: ille manu eleuata ipā ſiſtere iubet. Qua īmobili pmanēte vidit demonē dorſo illiꝰ inſidētē. Quē increpās diſcede īdꝫ funeſte de pecude: ⁊ innoxiū aīal agitare deſiſte. Quo ꝓtinꝰ diſcedente vacca ad eiꝰ pedes ꝓſterniꝛ: ⁊ ad eiꝰ imꝑiū cū oī māſuetudine ad gregē ſuū reuertiꝛ. Multe ſubtilitatis erga eos cognoſcēdos: demones em̄ ſibi ita ↄſpicabiles reddebanꝛ vt aperte ab ipſo ſub quacūq̄ imagine viderenꝛ. Nā interdū demones in iouis perſonā plurimūq̄ mercurij aliqñ veneris vel minerue trāſfiguratos ſe eius vultibꝰ offerebant: quos ille oēs ſuis noībꝰ increpabat. Mercuriū in actie patiebaꝛ infeſtū. Iouē brutū atq̄ hebetē eſſe dicebat: quadā etiā vice diabolus ī forma regis purpura ⁊ diademate ⁊ aureis caligis ornatꝰ ſereno ore letaq̄ facie ſibi apparuit. Cūq̄ diu ambo tacuiſſent: agnoſce īdꝫ martine quē colis ⁊ xp̄ꝫ ego ſum deſcenſurus ad terras prius me māifeſtare tibi volui. Ad hoc cū adhuc martinꝰ admirās taceret rurſus ait. Martine cur dubitas credere cū me videas. Xp̄s ego ſum. Tūc ille a ſpū ſancto doctus ait. Dominus Jeſus xp̄s nō ſe purpuratum nec diademate renitētem venturū eſſe predixit. Ego xp̄ꝫ niſi in eo habitu ⁊ forma qua paſſus eſt: niſi crucis ſtigmata preferentē veniſſe non credā. Ad hāc vocē ille diſparuit ⁊ totā cellā fetore cōpleuit. E. ¶ Martinꝰ igitur obitum ſuū longe ante preſciuit: quē ēt fratribꝰ reuelauit. Interea candacēſem dioceſim cā ſedande diſcordie viſitauit. Pergens ergo vidit mergulos in flumine piſcibus inſidiātes ⁊ quoſq̄ capiētes. Forma inquit hec demonū eſt. Inſidianꝛ incautis: capiūt neſciētes: captos deuorant: ſaturari nequeunt deuorantes. Imperat igiꝛ vt relicto gurgite deſertas peterēt regiones. Statimq̄ grege facto mōtes ſyluaſq̄ petieꝛt. In illa igiꝛ dioceſi aliquādiu cōmoratus viribꝰ corporis cepit deſtitui ⁊ diſcipulis indicat ſe iā reſolui. Tunc oēs flentes cur nos inquiunt pr deſeris: aut cur nos deſolatos relinquis? Inuadent em̄ gregem tuum lupi rapaces. Et ille eoꝝ motꝰ ꝓcibꝰ fletibuſq̄: flēs q̄ꝫ ſic orauit. Domine ſi adhuc pplo tuo ſum neceſſarius nō recuſo laborē: fiat volūtas tua. Dubitauit em̄ pene qd mallet: qꝛ nec hos deſerere: nec a xp̄o volebat diutius ſeparari. Itaq̄ cū aliquādiu moleſtia febriū tenereꝛ ⁊ a diſcipulis ſuis rogareꝛ vt in lectulo ſuo vbi in cilicio ⁊ cinere diſcūbebat: ſtramētū aliqd ponereꝛ. Non decet īdꝫ filij xp̄ianū niſi in cilicio ⁊ cinere mori. Ego ſi vobis aliud exemplū relinquo: ipſe peccaui. Oculis ac manibꝰ ī celum ſemper intentus inuictū ab oꝛone ſpm̄ nō relaxabat. Et cum ſupinus ſemꝑ iaceret ⁊ a pbr̄is rogaretur vt corpuſculū mutatiōe lateris releuaret: ſinite me inquit fratres: ſinite celū potius reſpicere q̄ terrā vt ſpiritus ad dn̄m dirigaꝛ. Et hec dicēs vidit diabolū aſſiſtere. Quid hic inq̄t aſtas cruēta beſtia? Nihil ī me funeſtū reperies: abrahe me ſinus recipiet. Et in hac voce ſub archadio ⁊ honorio q̄ ceperūt circa annū dn̄i. ccccxviij. vite eius. lxxxi. ſpm̄ deo reddidit. Vultuſq̄ eius tanq̄ iā glificatꝰ reſplēduit: ac chorꝰ angeloꝝ ibidem ↄcinēs a multis auditus fuit. Ad eius tranſitum pictaui ſicut turonici cōuenerūt: ibiq̄ magna altercatio orta eſt: dicebant em̄ pictaui: Noſter eſt monachus nos redq̄rimꝰ cōmēdatū. Quibus illi. Vobis eſt ablatꝰ nobis a deo donatꝰ. Nocte igiꝛ media pictaui oēs penitus ſopiunꝛ: ⁊ ſic a turonicis ꝑ feneſtrā eiectus ꝑ ligerī nauigio ad vrbem turonicā cū magno gaudio deportaꝛ. Vtiꝫ aūt ſeuerinus colonieñ. ep̄s cū die dn̄ica loca ſctā poſt matutīas more ſolito circuiret: illa hora q̄ vir ſctūs obijt āgelos cātātes ī celo audiuit. Vocanſq̄ archidiaconē interrogat ſi aliq̄d audiret. ⁊ cū ſe nil audire diceret archiep̄s vt diligēter auſcultaret moneret cepit ſurſum collū extēdere: aures erigere: ⁊ ſuꝑ ſūmis articulis baculo ſuſtētāte ſtare. Sꝫ cū archiep̄s pro eo oraſſet: q̄ſdā in celo voces audire ſe dixit. Cui archiep̄s Dn̄s meꝰ martinꝰ eſt q̄ migrauit e mūdo: ⁊ nūc angeli eū in celū deferūt. Demōes aūt affuerunt q̄ eū retinere voluerūt: ſꝫ nihil ſuū in eo reperiētes ↄfuſi receſſerūt. Archidiaconꝰ igiꝛ diē ⁊ horā notauit: ⁊ tūc martinum migraſſe cognouit. Seuerꝰ ēt monachꝰ q̄ vitā eiꝰ ſcripſit: cū poſt matutinas leuiter obdormiſſet: ſicut ipſe in quadā ep̄la teſtaꝛ ſctūs martinus albis indutꝰ vultu igneo: ſtellantibꝰ oculis: crine purpureo tenēs librū in manu dextera quem de vita eius idē ſeuerus ſcripſerat eidē apparuit. Cūq̄ poſt bn̄dictionem in celum cōſcendere ipm̄ videret: ⁊ cū eo aſcendere cuperet euigilauit. Poſt hoc aūt nuntijs venientibꝰ eadē nocte ſanctum Martinū migraſſe audiuit. F. ¶ Eo q̄ꝫ die ſctūs Ambr. mediolaneñ. ep̄s miſſam celebrans ſuꝑ altare inter ꝓphetiā ⁊ ep̄lam obdormiuit. Et cū nullus eū excitare preſumeret ⁊ ſubdiaconus niſi ipſo innuēte epiſtolam nō auderet legere tranſactis duaꝝ vel triū horarū ſpacijs excitauerūt eū dicētes. Iā hora preterijt ⁊ pp̄ls valde laſſus expectat: iubeat dn̄s noſter vt clericus ep̄lam legat. Ad quos ille. Nolite turbari: Frater em̄ meus martinus ad deum migrauit: ⁊ ego eius funeri interfui: ⁊ obſequiū ꝓbui: ſed vltimā oꝛonē vobis excitantibꝰ explere non valui. Tunc illi diē ⁊ horā notantes inuenerunt ſanctum Martinū migraſſe ad celum. Cappam eius vt ait magiſter Ioan. beleth reges francie in prelijs portare conſueuerunt. Unde ipſiꝰ cappe cuſtodes capellani dicebantur. Poſt mortem autē eius anno. lxiiij. cum beatꝰ perpetuus eius eccliaꝫ magnifice ampliaſſet: ⁊ in eam corpus eius transferre vellet: ſemel ⁊ bis ⁊ tertio ieiunijs ⁊ vigilijs inſiſtētes ſepulchrum eius nullatenus mouere potuerūt. Cūq̄ vellent dimittere quidam ſenex pulcherrimus apparuit eis dicēs. Uſq̄quo tardatis. Non videtis ſanctū martinum paratum iuuare vos ſi manus apponitis. Tūc ille cum eis manus ſuppoſuit: ⁊ cum ſumma velocitate ſepulcrū leuauerūt ⁊ in loco vbi nūc colitꝛ poſuerūt. Senex aūt ille poſt hoc nuſq̄ comparuit. Hec tranſlatio in mēſe iulij celebraꝛ. Refert Oddo abbas cluniaceñ. ꝙ tūc oēs cāpane in oībus eccl'ijs nullo tangente pulſabanꝛ: ⁊ oēs lampades diuinitus accendebantur. Ferꝛ q̄ꝫ ꝙ tunc duo ſocij erāt quoꝝ vnꝰ erat cecus ⁊ alter contractus. Cecꝰ aūt ↄtractum ferebat ⁊ cōtractus ceco viā demōſtrabat: ſicq̄ taliter mēdicantes multam pecuniā acquirebant. Audiētes vero qd ad corpus ſancti Martini multi ſanabanꝛ infirmi cū in trāſlatione eiꝰ corpꝰ extra eccliam ꝓceſſionalr duceꝛ timere ceperūt ne ꝓdictū corpꝰ iuxta domū vbi manebāt duceretur: ⁊ ſic ipſi forſitā curarenꝛ. Nolebāt em̄ ſanitatē cōſequi ne deperiret materia queſtus ſui. Quapropter de illa ſtrata fugientes ſe ad aliam transferebant per quam corpus nequāq̄ duci putabant. Dum ergo fugerent corpori eius ex improuiſo protinꝰ obuiauit ſic. Et

qꝛ deꝰ multa bona ꝑſtat inuitis ambo ꝯ eoꝝ volūtatē
ꝯtinuo ſunt curati: licet de hoc plurimū triſtarentur.
Ambro. aūt de ſctō martino ſic ait. Btūs martinꝰ ꝓ-
phani erroris tēpla deſtruxit: vexilla pietatis erexit:
mortuos ſuſcitauit: ab obſeſſis corꝑibꝰ demōia ſeua ex-
cluſit: ac varijs laborātes languoribꝰ ſalutis remedio
ſublevauit q̄ ita pfectꝰ īuētꝰ eſt vt xp̄m texiſſet ī paupe
ꝛ veſte quā egenꝰ acceperat mūdi dn̄m īduiſſet. O felix
largitas qua diuinitas opit. O clamidis glōſa diuiſio
q̄ militē texit ꝛ regē. O ieſtiabile donū qꝺ veſtire me-
ruit diuinitatē. Digne huic dn̄e ꝯfeſſionis tue p̄mia cō
tuliſti. Digne ei arrianoꝝ ſubiacuit feritas. Digne amo
re martyrij ꝑſecutoris tormēta non timuit: qd erit pro
oblatiōe integri corꝑis receptꝰ q̄ ꝓ quātitate veſtis
exigue deū veſtire meruit ꝛ videre ſic ſperātibꝰ ꝯtulit
medicinā vt alios ſupplicatiōibꝰ alios viſu ſaluaret.

¶ De ſancto Brictio. clxiij. A.



BRictius ſancti Martini diaconꝰ
eiuſq̄ plurimū emulus multa ei-
dē ſctō cōuicia inferebat. Nā cū qdaꝫ
pauper martinū reqreret dixit ei bri-
ctiꝰ. Si illū delirū qris ꝓſpice eminꝰ
ille eſt eīn q̄ quaſi amēs celū reſpicit.
Cuꝫ igiꝉ paup a martino qꝺ petierat
accepiſſet: vir ſctūs Brictiū ad ſe vo-
cās dixit. An ego tibi delirus videor
bricti: Qꝺ cū ille ꝑ verecūdia ſe dixiſ
ſe negaret: ait martinꝰ. Nōne aures
mee ad os tuū erāt qn̄ hoc eminꝰ loqbaris: Amē dico
tibi qꝛ a dn̄o obtinui vt mihi i ep̄atu ſuccedas: ſꝫ ſcias
multa te in ep̄atu aduerſa paſſurū. Qꝺ brictiꝰ audiēs
irridebat dicēs. Nōne verū dixi illū deliruꝫ eſſe. Poſt
mortē igiꝉ ſctī martini brictiꝰ i ep̄m eſt electꝰ. Qui de
incepꝰ ꝺōni vacabat. Et licet adhuc ſuꝑbus: tn̄ corꝑe
caſtus erat. Anno aūt ep̄atus ſui. xxx. mulier quedā re
ligioſe veſtita q̄ eiꝰ veſtimēta lauabat cōcepit filium ꝛ
peperit. Tūc oīs ppl's cū lapidibꝰ i eiꝰ ianuā cōgrega-
tus ē dicēs. Diu pietate. ſ. martini luxuriā tuā diſſimu
lauimꝰ: ſꝫ iā nequaq̄ pollutas manꝰ oſculari valemꝰ.
Ilis aūt viriliter hoc negāte ait. Adducite ad me īfan
tē. Quo allato cū. xxx. eſſet dieꝝ dixit ad eū brictiꝰ. Ad
iuro te ꝑ filiū dei vt dicas corā oībꝰ ſi ego te genui ꝛ il-
le. Nō tu inqt eſ pr̄ meꝰ. Ppl's aūt vrgente vt qs eſſet
eius pater reqreret ille ait. Nō eſt hoc meū feci qꝺ ad
me ꝑtinuit. Ppl's aūt hoc totū magicis artibꝰ attribue
bat dicens. Nequaq̄ nobis falſo paſtoris noīe dn̄abe-
ris. Tūc ille ꝓ ſui purgatiōne prunas ardētes vſq̄ ad
tūbā ſctī martini cūctis videntibꝰ deportauit. Proie-
ctiſq̄ prunis veſtis eiꝰ illeſa apparuit ꝛ ait. Sicut hoc
meū veſtimētū a prunis māſit illeſum: ſic corpꝰ meū a
ꝯtactu mulieris eſt mūdū. Ppl's aūt adhuc nō credēte
ſctm̄ brictiū cōtumelijs ꝛ iniurijs afficiūt ꝛ a ſua digni-
tate eijciūt vt xbū qꝺ ſctūs martinꝰ dixerat impleret.
Tūc brictiꝰ flens papā adijt ꝛ ſeptē annis ibidē ꝑma-
nēs qcqd in ſctm̄ martinū deliquerat penitendo dele-
uit. Ppl's aūt iuſtinianū ꝓfecit ꝛ romā ꝯ brictiū miſit
vt ep̄atū ſibi ꝯ brictiū defenſaret. Quo cum tēderet in
ciuitate vercellēſi vitā finiuit ꝛ armentiū loco ei ppl's
oīs prefecit. Septimo igiꝉ anno brictius cū autoritate
pape rediēs ſexto ab vrbe miliario hoſpitiū accepit: et
armentiꝰ eadē nocte ſpm̄ exalauit. Qꝺ brictiꝰ ꝑ reue-
latiōnē cognoſcēs ait ſuis: vt ſurgerēt ꝛ ſecū ad tumu
landū turonēſeꝫ ep̄m ꝓꝑerarēt. Cū ergo brictiꝰ ꝑ vnā
portā ciuitatē ingrederetꝉ: ille aūt ꝑ aliā mortuꝰ efferre
batꝉ. Quo ſepulto ſctūs brictiꝰ ſedē ſuā accepit: ꝛ ſeptē
poſtmodū annis ꝑſidens ꝛ vitam laudabilem ducens
xvij. anno epiſcopatus ſui in pace quieuit.

¶ De ſancta Elizabeth. clxiiij. A.

ELizabeth interꝑtatur deus meꝰ cognouit: vel dei
mei ſeptima vel dei mei ſaturitas. Dicitꝉ ergo pri-
mo Elizabeth deus meꝰ cognouit qꝛ deꝰ eā cognouit. i.
ſuo bn̄placito approbauit vel cognouit. i. notitiam ſue
cognitionis ſibi infudit. Scꝺo dicitur Elizabeth. i. dei
mei ſeptima. Ipſa enim habuit ſeptimā dei: vel qꝛ ſe-
ptem operibꝰ miſericordie ſe exercuit: vel qꝛ nūc eſt in
ſeptima etate quieſcētiū ꝑuentura tandē in octauā re-
ſurgētiū: vel ꝓpter ſeptē ſtatus in qbus fuit. Ipa nāq̄
fuit in ſtatu virginali: ſcꝺo in ſtatu coniugali: tertio in
ſtatu viduali: quarto in ſtatu actiuo: quinto in ſtatu cō
tēplatiuo: ſexto in ſtatu religioſo. Et nūc ſeptimo eſt in
ſtatu glorioſo. Et iſti ſeptē ſtatꝰ manifeſte cōtinentꝉ in
legēda ſua vt poſſit dici de ea qꝺ ꝺꝛ in Daniele de Na-
buchodonoſor ſeptē tempora mutabūtur ſuꝑ eā. Ter-
tio ꝺꝛ dei mei ſaturitas. Deꝰ eīn eam modo ſatiauit et
repleuit ſplēdore veritatis: dulcedine ſuauitatis: ꝛ vi-
gore eternitatis: vnde Aug. in lib. de ciuitate dei agēs
de ciuitate celeſti dicit. In eternitate dei viget: in veri-
tate dei lucet: in bonitate dei gaudet.



ELizabeth illuſtris Vngarie regis
filia gn̄e nobilis: ſed fide ac reli-
giōe nobilior: ſtirpē tā nobilē nobili-
tauit exēplis: illuſtrauit miraculis ꝛ
decorauit gr̄a ſctitatis. Quam autor
nature ſupra naturaꝫ qdāmō extulit
dum puella regalibꝰ nutrita delitijs
oīa puerilia aut oīno cōtēneret: aut
eadē in dei obſequiū mācιparet vt li-
qdo clareat tenera eiꝰ infantia quāta
ſimplicitate viguit: quāta dulci deuo
tione īcepit. Extūc ſiqdē cepit bonis aſſueſcere ſtudijs
ludos ſpernere vanitatis ſucceſſus proſperos fugere
mūdi: ꝓficere ſemꝑ in reuerētia dei. Cū eīn adhuc eēt
quinquēnis in eccl'ia orādi gr̄a tam ſedula ꝑmanebat
vt eā eiꝰ ſodales vel ancille auellere vix valerēt. Quā
cum ancille vel coetanee eius obſeruarēt aliquam de
illis cauſa ludi verſus capellā inſequi videbatur: vt ex
hoc intrandi eccleſiā oportunitatē captaret. Quaꝫ in-
grediens genua flectebat aut pauimēto totaliter incū
bebat. Et lꝫ literarū peritiam nō haberet: tn̄ corā ſe in
eccleſijs ſepe pſalterium expādebat vt quodā modo ſe
legere fingeret ne velut occupatā quis impediret. Se
quoq̄ cum puellis ad terrā proſtratā ludi ſpecie men-
ſurabat vt tali occaſione deo reuerentiam exhiberet.
In ludo etiā anulorum ꝛ alijs ludis ſpeciē totā in deo
ponebat: ꝛ ex his q̄ puella paruula lucrabaꝉ vel alias
peculiariter poſſidebat puellis paupercults decimas
exhibebat inducens eas vt ſepe orationem dominicaꝫ
dicerent ꝛ crebro virginem ſalutarent. Creſcens vero
per etatem temporis creſcebat amplius per affectum
deuotionis. Nam beatam virginem dei genitricem in
ſui patronam ꝛ aduocatam ꝛ beatum Ioannem euan-
geliſtam in ſue caſtitatis cuſtodem elegit. Cumq̄ eniꝫ
lingule cedule ſingulorū apoſtoloruꝫ noībus inſcripte
altari imponerentur ꝛ quelibet aliarum puellarū ca-
ſu ſibi cedulam contingentem acciperet: iſta oratione
fuſa tribus vicibus cedulā vbi nomen ſancti Ioannis
erat inſcriptum vt deſiderabat accepit. Ad quem tan-
to deuotionis ferebatur affectu: vt nihil in eius nomi-
ne petentibus denegaret. Ne vero mundi ſucceſſus ſi-
bi nimiū blandiretur quotidie in rebus proſperis ſibi

aliqd detrahebat. Cum eñ in aliquo ludo ſibi ꝓſpere
ſuccederet reliquũ itermittēs dicebat. Nolo ꝓcedere
ſed ꝓpter deũ reliquũ intermitto. B. ¶ Ad choreas ꝗ3
cũ puellis ceteris aduocata cũ vnũ circuitũ ꝑegiſſet di
cebat. Sufficiat nobis vnꝰ circuitꝰ iã ꝓpter deũ alios
dimittamꝰ. Et ſic ꝑ talē modũ puellas a vanitatibꝰ rē
ꝑ abat veſtimētorũ laſciuos vſus ſemꝑ abhorruit et
oēm in his honeſtatē dilexit. Certũ ꝗ3 ſibi numeꝝ ora
tionũ induxerat quē ſi qñ aliqua occupatiõe ꝑuēta nõ
potuiſſet ꝑficere ⁊ ab ancillis lectũ ingredi cogereꝶ cũ
celeſti ſpõſo vigilias vigilãter ſoluebat. Dies ꝗ3 ſoleɱ
nes puella nobilis tāta deuotione colebat vt etiã ma-
nicas ſibi cõſui nulla rõne patereꝶ anteq̃ miſſarũ ſo-
lēnia cõplereꝶ. Chirothecaꝝ etiã vſus añ meridiē in
diebꝰ dñicis ſibi interdixit: volēs ĩ hoc ⁊ ſacre deferre
ſolēnitati ⁊ ſue ſatiſfacere deuotioni. Propter qḋ ſolli-
ta erat ad hec ⁊ ſimilia ſe ꝑ votũ aſtringere ne qs eam
poſſet aliquibus ſuaſionibus a ſuo ꝓpoſito reuocare.
Offitiũ eccliaſticũ audiebat cũ tanta reuerētia vt cũ ſa-
cra legereꝶ euãgelia vel ſacra hoſtia cõficereꝶ: mani-
cas ſi forte ꝯſute eſſent ſolueret monialia deponeret ⁊
cetera capitis ornamēta in imo locaret. At vbi gradũ
ꝟginalē ꝑrudētes rexit ⁊ innocēter ꝑcurrit cõiugalem
gradũ itrare cõpelliꝶ: vtpote q̃ ad hoc patrono imꝑio
vrgebaꝶ fructũ ꝑceptura triceſimũ q̃ fidē trinitatis ſer
uauit cũ decalogo ꝑceptorũ. Cõſenſit igiꝶ l3 inuita in
copulã cõiugalē: nõ vt libidini conſentiret ſed ne pris
ꝑceptũ cõtēneret: ⁊ vt filios educãdos ad dei ſeruitiu3
ꝓcrearet. Quãuis eñ fuerit legi thori cõiugalis aſtri-
cta nulli tñ culpãde delectatiõi fuit ſubiecta. Qḋ inde
manifeſte conſtat qm̃ in manibꝰ magiſtri cõradi votũ
emiſit: ꝙ ſi viro ſuo eã ſupuiuere cõtingeret: cõtinētiã
ꝑpetuã obſeruaret. C. ¶ Fuit igiꝶ lãtgrauio thuringie
ſociata ꝯiugio ꝓut regalis exigebat magnificētia ⁊ di
ſpoſitio ordinauit diuina vt .ſ. ibidē multos ad dei amo
rē adduceret ⁊ incultos hoīes edoceret. Licet aũt mu-
tauerit ſtatũ nõ tñ mutauit mētis affectũ. Quãte aũt
fuerit deuotionis ⁊ humiliatiõis ad deũ quãte auſteri
tatis ⁊ abſtinētie ad ſeipm̃: quãte largitatis ⁊ mīe ad
pauperes ex his q̃ ſubiecta ſunt aptius declaraꝶ. Nã ĩ
oꝛone tanti extitit feruoris vt etiã ancillas ad ecclīam
gradu cõcito ꝑueniret vt quaſi qbuſdã clãdeſtinis ora
tiõibꝰ aliquã dei grãm impetraret. In nocte ad oꝛne3
ſepe ſurgebat rogãte eã marito vt ſibi parceret ⁊ qeti
alicui corpꝰ donaret. Ordinauit aũt cũ qdã domicella
ſibi īter ceteras magis familiari vt ſi forte ſõno depſſa
nõ ſurgeret eã pede tãgēs excitaret. Quadã ꝟo vice ꝑpe
dē dñe tãgere voluit ⁊ caſu in pedē mariti īpegit. Qui
ſubito excitatꝰ rem vt erat didicit: ⁊ patiēter ſufferēs
prudēter diſſimulauit. Et vt oꝛonũ ſuaru3 deo pingue
redderet ſacrificiũ: ſepe ip3 irrigabat abũdãtia lachry
marũ: quas quidē lachrymas fundebat iocunde ⁊ ſine
aliqua indecēti vultꝰ ꝑmutatione: ita vt ſemꝑ cũ dolo
re fleret ⁊ de dolore gauderet ⁊ hoc quadã vultus leti-
tia venuſtaret tãte ſe humilitati ſubiecit vt ꝓpter dei
amorē vilia ⁊ abiecta nõ ſperneret: ſed hec cũ deuotio-
ne nimia exerceret. Nã infirmũ quēdã vultu deformē
capitis fetore horribilē in ſinu ꝓprio reclinauit: ⁊ hor
ridũ crinē tõdēs eius caput ancillis ridentibus lauit.
In rogationibꝰ ſemꝑ ꝓceſſionē nudis pedibꝰ induta
laneis ſequebaꝶ. Et in ꝑdicationũ ſtationibꝰ īter pau-
perculas tanq̃ paupꝑ ⁊ humilis reſidebat. In purifica-
tione poſt partũ nequaq̃ ſe vt cetere gemmis ornabat
vel veſtibꝰ deauratis tegebat: ſ3 exemplo intemerate
puerpere filiũ proprijs geſtans in vlnis ipm̃ ab altare
cũ agno ⁊ cãdela humiliter offerebat vt ex his ⁊ ſeculi
põpã cõtēnendã oñderet ⁊ ſe illibate puerpere confor-
maret. Deinde domũ rediēs veſtimēta ipſa cũ quibus
ad eccliã ꝓceſſerat alicui pauperi mulieri tribuebat.
Accidit ꝗ3 ad ſue humilitatis ꝑconiũ ꝙ ipſa libertate
ꝑcellēs ⁊ dignitate ſublimi cuiuſdã viri .ſ. magiſtri cõ-
radi pauperis ⁊ mēdici: ſed tñ ſciētia ⁊ religione preci
pui ſaluo iure matrimonij ⁊ cõſciētie marito obedien-
tie a deo ſe ſubiacet ⁊ qcquid ipſe ꝑciperet ipſa cum re
uerentia ⁊ multo gaudio adimpleret: vt ex hoc ⁊ obe-
diētie ꝑciperet: meritũ ⁊ dñi ſaluatoris q̃ factꝰ eſt obe
diēs vſq3 ad mortē imitareꝶ exēplũ. Quadã autē vice
ad quãdã ꝑdicatione3 ab ipſo vocata ſuꝑueniēte mar-
chioniſſa miſſenēſem impedita nõ venit. Qḋ ille egre
ferēs tantã eiꝰ inobediētiã relaxare noluit donec vſq3
ad camiſiã expoliatã cũ qbuſdã ancillis ſuis q̃ culpa-
biles fuerãt fortiter ꝟberari fecit. D. ¶ Sibi ꝗ3 tãtam
abſtinētiã ⁊ rigorē imponebat vt corpꝰ ſuũ vigilijs di-
ſciplinis ⁊ ieiunijs maceraret. Nã ſepe a viri thoro ab
ſtinēs noctes ducebat inſomnes: vt oꝛonibꝰ poſſet in-
ſiſtere ⁊ ĩ abſcõdito patrē celeſtē orare. Cũq3 ſomni in-
terpellaret neceſſitas ſuper ſtrata tapetia dormiebat:
S3 cũ maritus abeſſet cũ ſpõſo celeſti in oꝛonibꝰ per-
noctabat. Sepe etiã ꝑ manus ancillarũ faciebat ſe in
cubiculo fortiter ꝟberari vt ſaluatori flagellato vicem
rependeret ⁊ carnē ab omni laſciuia coerceret. Tantã
aũt ĩ cibo ⁊ potu tēperãtiã exhibebat vt in mēſa mari-
ti inter diuerſa ferculorũ gña iterdũ pane ſimplici eēt
contēta. Magiſter eñ cõradus ſibi interdixat ne de ci-
bis mariti quicq̃ cõtingeret de qbus ſanam cõſciētiã
nõ haberet. Qḋ ipſa tãta diligētia obſeruauit vt alijs
diuerſis delitijs abundãtibꝰ ipſa cũ ancillis ſuis cibis
groſſioribꝰ vtereꝶ. Sepe tñ ad mēſam ſedebat ⁊ cibos
manibꝰ ꝯtrectabat ⁊ diuidebat vt ex hoc comedere vi-
dereꝶ ne ſuꝑſtitiõis notã incurreret: ſ3 vrbanitate tali
cũctos cõuiuas letificaret. Quadã vice cũ longi itine-
ris fuiſſet labore depſſa: ⁊ marito ⁊ ſibi fuiſſent cibi di
uerſi oblati q̃ nõ credebanꝶ de iuſtis laboribus acqſiti
oīno abſtinuit ⁊ nigrũ panē ⁊ durũ in aqua calida ma
defactũ cũ ſuis ãcillis patiēter comedit. Ob hoc quoſ-
dã reditus iuſtos vir ſuus ſibi aſſignauerat de quibus
cũ qbuſdã ancillis ſuis q̃ ſibi ad hec oīa conſentiebãt
viuebat. Sepe aũt cibos curie reſpuit ⁊ aliquoꝝ bono-
rũ viroꝝ cibaria requiſiuit. Hec aũt oīa vir ſuus cũ pa
tiētia ſupportabat aſſerens ꝙ hec ⁊ ipſe libenter face-
ret ſi turbationē ſue familie nõ timeret. Statũ quoq3
paupertatis in ſumma gloria conſtituta ſummopere
affectabat vt et Chriſto pauperi vicem rependeret et
mundus in ea nil propriũ haberet. Quapropter inter
dum cũ ſola eſſet cũ ancillis veſtimētis vilibꝰ induēs
ſe ⁊ deſpecto velo caput ſuũ operiens dicebat. Taliter
incedã cũ ad ſtatũ venero paupertatis. Licet autē ſibi
abſtinentie frenũ impoſuerit: tanta tamē liberalitate
ſe ad paupꝑes effundebat vt nullũ aliqua ꝑrimi inedia
patereꝶ ſ3 oībꝰ adeo largiſſime ſubueniebat vt oēs eã
mꝛe3 pauperũ acclamarēt. Septē eĩ mīe opibꝰ tota vi
gilantia inſudebat vt regnũ ꝑpetuũ ꝑpetuo regnatura
ꝑciperet: ⁊ paternã bñdictionē cũ bñdictis ad dexterã
poſſideret. Ipſa nãq3 nudos veſtiebat. Siquidē veſti-
menta impendebat pauperibꝰ nudis ꝑegrinoꝝ ⁊ pau-
perum corporibus ſepeliendis ⁊ pueris baptizandis.
Quos quidē pueros ſepe de ſacro fonte leuabat ⁊ pro
prijs manibus eorũ veſtimēta ſuebat vt cõpaternitãte
cõtracta eis liberiꝰ ſubueniret. E. ¶ Accidit aũt vt cui
dã paupcule quodda ſatis bonũ tribueret veſtimentũ.

Illa

Illa aūt vidēs donū tā magnificū: tam ingēti gaudio
eſt pfuſa vt ad terrā cadens mortua crederet. Quod btā
elizabeth vidēs doluit ſe ſibi tāta dediſſe timēs ne ſibi
fieret cā mortis. Sz tñ p ea orauit ⁊ ipſa ſanata ſurre=
xit. Sepe aūt ipſa cū ancillis ſuis lanā proprijs mani=
bus filabat ⁊ inde veſtimēta fieri faciebat vt ex hoc bo
norū laborū glorioſum reciperet fructū: ⁊ exēplū vere
hūilitatis pberet ⁊ de pprijs corpis laboribus eleemo=
ſynā daret deo. Ipſa eſurientes paſcebat. Paupib⁹ eñ
alimēta pbebat adeo vt lātgrauio viro ſuo pfecto ad
curiā frederici impatoris q̄ tūc erat cremone tpa oēm
annonā de ſuis grāgijs collegit ⁊ cōgregatis vndecūqz
paupib⁹ quotidie eis neceſſaria miniſtrabat eo q̄ tūc
cariſtia ⁊ fames valida immineba. Sepe aūt cū pecu
nia ei deficeret ornamēta vēdebat vt paupib⁹ ſubueni
ret. Multa etiā ſibi ex ſuis ancillis cōſueuit ſubtrahe=
re ⁊ pauperib⁹ reſeruare. Ipſa ſitiētes potabat. Qua=
dam autē vice ceruiſiā paupib⁹ diſtribuēs cū vnicuiqz
ſufficienter dediſſet inuētū eſt q̄ vas nullā habuit di=
minutionē ſed eādē quā prius menſurā ſeruauit. Ipſa
hoſpitio peregrinos ⁊ paupes ſuſcipiebat. Domū eñ
maximā ſub altiſſimo caſtro ſuo cōſtruxit in qua infir=
morū magnā multitudinē refouebat q̄s dieb⁹ ſingulis
nō obſtāte difficultate aſcēſus vel deſcenſus viſitans ⁊
eis oīa neceſſaria miniſtrabat ⁊ verbis incitatorijs ad
patiētiā inducebat. Et lz oēm corruptionē aeris ſemp
egre portauerit infirmorū tñ corruptiones dei amore
etiā tpe eſtiuo nō abhorruit: ſz remedia adhibuit velo
pprij capitis terſit: ⁊ manib⁹ pprijs cōtrectauit: lz an=
cille talia grauiter tolerarēt. In eadē quoqz domo pue
rulos pauperū feminarū nutrire cū ſumma diligentia
faciebat qb⁹ ſe tam dulcē ⁊ hūilē exhibebat vt eā oēs
matrē vocarēt ⁊ intrātē domū cuncti tanq̄ matrē filij
ſequerent ⁊ ante eā cateruatim cū ſummo ſtudio collo
carent. Ipā vo⁹ eis olliculas ⁊ anulos vitreos ⁊ quedā
alia vitrea emi fecerat vt pueri ludos puerites in tali=
bus exercerēt. Que dum in pallio pprio equitās in ca
ſtrū deferret de rupe altiſſima ſup lapides ceciderunt:
ſed nulla in eis leſio eſt inuēta: ipā infirmos viſitabat.
Miſerorū eñ cōpaſſio adeo animū eius vēdicabat q̄
eorū hoſpitia diligenter perquirens eos ſolicite viſita=
bat: eorū camerulas familiariter ⁊ deuote ſubintrans:
nec difficultate vie pterita nec lōgitudine laceſſita: qb⁹
ſubueniebat in neceſſarijs ⁊ vba exhibebat cōſolatio=
nis. Propter qd ex quintuplici cōſideratione remune
rationē accepit. ſ. ex dignatione viſitationis: ex labore
itineris: ex affectu cōpaſſionis: ex affectu cōſolationis
et ex largitione muneris. Ipſa ſepulturas pauperū fre
quentabat. Mente nanqz deuota pauperū currebat ad
funera ⁊ veſtes quas pprijs manibus fecerat eorū cor
poribus coaptabat adeo vt ſemel velū ſuum lineū ma
gnum in partes concideret: ⁊ cuiuſdā pauperis corp⁹
inuolueret. Eorū etiā funera pprijs manib⁹ cōtrecta=
bat: ⁊ in ipſorū obſequijs deuota manebat. Inter hec
laudanda eſt deuotio viri ſui: q̄ lz negotijs eſſet multis
implicitus in dei tñ obſequio erat deuotus. Et q̄ ipſe
talibus pſonaliter intēdere nō valebat vxori ſue pote=
ſtatem cōceſſerat agēdi oīa q̄ dei honorem reſpicerent
⁊ aīe ſue ſalutē afferrent. F. ¶ Cupiēs vero btā Eliza
beth vt vir ſuus in fidei defenſionem potētie ſue arma
conuerteret ipm ſalubri exhortatiōe induxit vt ad ter=
ram ſanctā pergeret viſitādā. Ubi dū eſſet ipſe lātgra=
uius princeps fidelis deuotus ⁊ inclyt⁹ fide integra et
deuotiōe ſyncera deo reddidit ſpm ſuoꝝ operum fructū
recipiens glorioſum. Et ſic ipſa viduale ſtatū cū deuo=
tione amplectitur ne viduali cōtinentie premio frau=
daretur: ſz fructū ſexageſimū pciperet vt pote q̄ decalogū
pceptorū cū ſex opib⁹ mīe obſeruaret. Uerū cum mors
viri ſui p totā fuiſſet thuringiam diuulgata: ipſa tanq̄
diſſipatrix ⁊ pdiga a qbuſdā vaſallis viri ſui turpiter
⁊ totaliter eſt eiecta vt ex hoc ei⁹ patiētia clareſceret ⁊
paupratis diu ɔceptū deſideriū obtineret: adueniente
igit nocte in domo cuiuſdā tabernarij in loco vbi porci
iacuerāt ſe recepit. Deo grās multas agens. Hora vero
matutinali ad domū fratrū minorū pergēs rogauit vt
p ſua tribulatiōe deo grās agerēt ⁊ te deū laudamus
cantarēt. Sequēti die domū cuiuſdā ſui emuli cū ſuis
paruulis iuſſa eſt īgredi arcto ſibi loco ibidē admodū
aſſignato. Que dū ab hoſpite ⁊ hoſpita plurimū gra=
uaretur parietib⁹ valefecit dicēs. Libēter hoīb⁹ vale=
facerem ſi bñficos inuenirē. Cōpulſa igit ad locū prio
rem redijt ⁊ paruulos ſuos ad loca diuerſa alēdos trāſ
miſit. Dū vo per quādā viā ſtrictā luto pfundo plenā
ſup quoſdā lapides ibidē poſitos pgeret ⁊ vetula q̄dā
cui iā multa bñficia ɔtulerat ſup eoſdē lapides trāſiēs
eidē cedere recuſaret: ipā in lutū pfundū cecidit ⁊ ſur=
gens veſtimēta ſua gaudens ⁊ ridens abſterſit. Poſt
hoc aūt abbatiſſa ei⁹ matertera ipſi⁹ paupatī nimiū
cōpatiēs ad epm bambergēſem ipſius auunculū eam
duxit. Qui eā honeſte ſuſcipiēs caute retinuit intēdēs
ipſam ſcōis nuptijs copulare. Quod cū ancille q̄ ſecū cō=
tinentiā vouerāt didiciſſent: ⁊ ex hoc ſe multis lachry=
mis affligerēt btē elizabeth cū gemitu hoc retulerūt.
Que eas cōfortans ait. Cōfido in dño p cuius amore
cōtinentiā voui perpetuā vt meū ppoſitū firmū cuſto
diat ⁊ omnē violentiā cōterat ⁊ cōſiliū humanū diſſol
uat. Et ſi forte auunculus meus voluerit me alicui co=
pulare oīno diſſentiā ⁊ verbis pariter cōtradicā. Et ſi
nullū aliud mihi euadēdi ſupeſſet remediū naſū mihi
propriū detruncarē vt ſic me de formē q̄libet abhorre=
ret. Cum igit de mandato ipſius epi ad quoddā caſtrū
inuita fuiſſet deducta moratura ibidē donec traderet
in cōiugiū ⁊ ipſa ſuā caſtitatē dño cū lachrymis cōmē
daſſet ecce dño diſponēte oſſa viri ſui de vltra marinis
partibus deferunt. Juſſa eſt igit ab epo reduci vt oſſi=
bus viri ſui deuota occurreret. Ipā ergo oſſa ab epo cū
honorabili proceſſione ⁊ ab ipſa cū multa deuotione ⁊
lachrymarū effuſione ſuſcepta ſunt. Que conuerſa ad
dñm dixit. Gratias ago tibi dñe q̄ in ſuſceptione oſſiū
viri mei dilecti tui me miſeram cōſolari dignatus es.
Tu ſcis dñe q̄ lz ipm te amantē multū amauerim tñ
ob tui amorē eius pſentia libenter carui ⁊ in ſctē terre
tue ſubſidiū deſtinaui. Et q̄uis delectabile mihi eſſet
adhuc cum eo viuere tali conditione vt cū ipo paupe=
re per totū mūdū paupercula mēdicarē: tñ te teſte con
tra tuā volūtatē vno crine ipm nō redimerē nec ad vi=
tam mortalē iterū reuocarē: ipm aūt ⁊ me tue grē recō
mendo. G. ¶ Uerū ne fructū centeſimū perderet q̄ pfe
ctionē euāgelicā ſeruātibus datur qui de ſiniſtra miſe
rie ad dexterā glorie trāſferuntur religioſum habitum
induit veſtes. ſ. griſeas: humiles ⁊ abiectas ɔtinentiā
poſt mortē viri perpetuā ſeruās obedientiā pfectā cu=
ſtodiēs ⁊ volūtariā paupratē amplectens. Mēdicādo
quoqz ire oſtiatim voluit: ſed magiſter Cōradus nō p=
miſit. Fuit aūt eius habitus tam deſpect⁹ vt deferret
palliū griſeū panno coloris alterius plōgatū: mani=
cas etiam tunice ruptas alterius coloris pāno habuit
emēdatas. Pater vo ſuus rex vngarie audiēs filiam
ſuā ad tantā deueniſſe inopiā: comitē quēdam ad eam
miſit vt ipſam ad paterna limina reducere procuraret
q̄ vidēs eā tali habitu ornatā: cernēſqz ſedentē humi=
liter ⁊ filantem: pre confuſione et admiratione excla=

p

ſenex reſolutis mēbris cecidit: ⁊ q̄ſi exanimis factꝰ eſt
Filiȷ̄ aūt irruētes ī eū oſculabāt̄ verētes ne ſpm̄ reuoca
re nō poſſet: tādē ad ſe rediēs oīa vt acciderāt ꝑ ordinē
audiuit. Tūc ſubito vxor aduenit ⁊ cū lachrymis cla-
mare cepit. Ubi ē vir meꝰ ⁊ dn̄s meꝰ. Hec cū illa quaſi
amēs clamaret ſenex currit ⁊ cū multis lachrymis
amplecti ⁊ ſtringere eā cepit. Dū igr̄ ſimul manerent
aduenit quidā nūtiās apionē ⁊ ambionē fauſtiniani
amiciſſimos cū ſimone mago hoſpitari. De quorū ad-
uentu fauſtinianꝰ valde gauiſus ad eos viſitādos iuit
Et ecce nūtius venit q̄ diceret miniſtrū ceſaris antio-
chiam adueniſſe: vt magos oēs quereret ⁊ morte pu-
niret. Tūc ſimō magus in odiū filioꝝ q̄ ipm̄ reliq̄rant
vultus ſui ſiſitudinē in fauſtinianū impſſit vt non fau-
ſtinianꝰ: ſed ſimō magꝰ ab oībꝰ putaret̄. Hoc aūt fecit
vt a miniſtris ceſaris loco ſui teneret̄ ⁊ occideret̄. Ipe
aūt ſimō de partibus illis abceſſit. Cū aūt fauſtinianꝰ
ad petrū ⁊ filios rediſſet expauerunt filiȷ̄ vultū ſimo-
nis in eū intuētes vocē autem patris ſui audiētes. So
lus aūt petrus erat qui vultum eius naturalē videbat
Cūq̄ filiȷ̄ eius ⁊ vxor eius eū refugerēt ⁊ execrarentur
dicebat eis. Cur execramini ⁊ refugitis patrem vr̄m

Qui rōderunt ꝙ idō eū fugerent q2 in ipſo vultꝰ ſimōis magi appareret. Cōfecerat eñ ſimō quoddā vnguētū ⁊ faciē eiꝰ punxerat ⁊ vultū ſuū arte magica impſſerat in eū. Ipſe igr̄ lamētabat̄ ⁊ dicebat. Quid mihi miſero accidit vt vna die recognitus ab vxore ⁊ filijs letari nō potuerim cū eis. Vxor vero eiꝰ ſparſis crinibꝰ ⁊ filij plurimū flebāt. F. ¶ Simō aūt magꝰ dū adhuc eēt antiochie petrū p̄imū infamauerat magū maleficū ⁊ homicidā eū dicēdo. Deniqȝ intantū aduerſus petrū pplȝ cōcitauerat vt ipm̄ plurimū inuenire affectarēt: vt carnes eiꝰ dētibꝰ laniarēt. Dixit ḡ petrꝰ fauſtiniano. Qm̄ quidē ſimō magꝰ eſſe videris pge antiochiā ⁊ corā oī pplo me excuſa ac ea q̄ de me dixit ſimō ex perſona ſui retracta: poſt hoc ego antiochiā veniā ⁊ alienū hūc vultum a te effugabo ⁊ ꝓpriū vultū coram oībus reddam Hoc tñ nullo modo credēdū eſt ꝙ beatꝰ petrus mentiri mādauerit cū deꝰ non indigeat nr̄o mendacio. Ideo itinerarius clemētis in q̄ hec ſcripta ſunt liber apocryphus eſt: nec vt quibuſdā placet ſuſcipiēdꝰ eſt in talibꝰ Verūtñ dici pōt ꝙ petrꝰ ſi diligenter vba ſua conſiderētur nō ſibi dixit vt ſimonē magū eſſe ſe diceret ſȝ vt pplo effigiem faciei ſupinductā oñdēs petrū ex perſona ſimonis cōmēdaret ⁊ mala q̄ dixerat reuocaret. Et ille dixit ſe eſſe ſimonē nō quātū ad veritatē ſed quātū ad apparētiā. Unde qđ infra dixit fauſtinianus. Ego ſimō ⁊c. Sic dȝ accipi. i. quantū ad apparentiā videor eſſe ſimō. Fuit ergo ſimō ſupple putatiuus. Perrexit ergo fauſtinianus pr̄ clemētis antiochiā ⁊ pplm̄ cōuocans dixit. Ego ſimon annūtio vobis ⁊ cōfiteor oīa feſelliſſe de Petro. Nequaq̄ eñ eſt ſeductor vel magus ſed ad ſalutē mūdi miſſus. Quapropter ſi decetero aliquid cōtra ipſum dixero: me tanq̄ ſeductorē ⁊ maleficū repellatis. Nūc eñ pnlam ago: q2 malepne dixiſſe cognoſco. Moneo igr̄ vos vt ipſi credatis ne vos ⁊ ciuitas veſtra ſimul pereatis. Cūqȝ hec oīa q̄ petrꝰ iuſſerat cōpleſſet ⁊ iā in amorē petri pplm̄ incitaſſet. petrꝰ ad eū venit ⁊ orōne facta effigiē vultꝰ ſimōis ab eo penitus effugauit. Popls aūt antiochenꝰ petrū benigne ⁊ cū multo honore recepit: ⁊ ipm̄ in cathedra ſublimauit. Qđ audiēs ſimon illuc perrexit: ⁊ pplm̄ conuocās ait. Miror ꝙ cū vos ſalubribꝰ preceptis inſtruxerim ⁊ a ſeductore petro vos cauere monuerim vos ipm̄ non ſolum audiſtis: ſed etiā exalti cathedra ſublimaſtis. tūc omnes cum furore aduerſus eū dixerunt. Monſtro nobis filis es. Audiuſtertius te penituiſſe dicebas ⁊ nūc te ⁊ nos precipitare conaris ⁊ impetū in eum facientes cū ignominia eum protinꝰ expulerūt. Hec oīa clemēs in libro ſuo de ſeipſo narrat: ⁊ hanc hiſtoriam ibidē inſeruit. G. ¶ Poſt hec aūt petrꝰ cū romam veniſſet: et ſuam paſſionē imminere videret clemētē poſt ſe epm̄ ordinauit. Mortuo igr̄ principe aplōꝝ petro: clemens vir ꝓuidꝰ precauens in futurū: ne. ſ. per hoc exēplū quilibet vellet ſibi in eccl̄ia ſucceſſorē ſtatuere: ⁊ hereditare ſanctuariū dn̄i poſſidere lino ceſſit ⁊ poſtmodū cleto Nonnulli aſſerunt ꝙ linus ⁊ cletus nō fuerunt ſummi pōtifices ſed tñ petri apoſtoli coadiutores ꝓpter qđ in catalogo pontificū meruerunt annumerari. Poſt hoc aūt clemēs eligit̄ ⁊ preſidere cōpellit̄. Qui ita morum ornamēto pollebat vt iudeis ⁊ gētilibꝰ ⁊ oībꝰ xp̄ianis pplis cōplaceret. Singulaꝝ inopes regionū noīatim ſcriptos habebat ⁊ quos baptiſmi ſctificatione mūdauerat nō ſinebat ſpublice fieri mēdicitati ſubiectos. Cū itaqȝ domicellā virginē neptē domiciani imperatoris ſacro velamine cōſecraſſet: ⁊ theodorā vxorem ſiſinnij amici imperatoris ad fidē ꝯuertiſſet: ⁊ in caſtitatis ꝓpoſito manere ꝓmitteret: ſiſinniꝰ zelo ductꝰ eccliā poſt vxorē ſuā occulte intrauit ſcire volens propter qđ illa ſic eccliam frequētaret. At vbi a ſctō clemēte orō fuſa eſt: ⁊ a pplo rñſum eſt amē. ſiſinniꝰ cecꝰ ⁊ ſurdꝰ penitꝰ effectꝰ eſt. Qui ſtatim pueris ſuis dixit. Cito me tollite ⁊ foras educite: pueri aūt p totā eccliam eū girabāt: ſed ad ianuas ꝯuenire nō poterāt. Quos cum vidiſſet theodora ſic errātes primo qdē ab eis declinauit putās ꝙ vir ſuus eā cognoſcere poſſet. Poſtmodū aūt qdnā hoc eſſet interrogauit. Qui dixerūt. Dn̄s nr̄ dū vult videre ⁊ audire que nō lȝ cecus ⁊ ſurdꝰ factꝰ eſt. Tūc illa in orōnē ſe dedit deprecans vt vir ſuus inde exire poſſet. Et poſt orōnē dixit pueris. Ite mō ⁊ ꝑducite dn̄m veſtrū ad domū. Cūqȝ abiiſſent ſancto clemēti theodora qđ acciderit indicauit. Tunc ſanctus rogatu Theodore ad eū venit ⁊ ipm̄ inuenit apertis oculis nil vidētē ⁊ nil penitꝰ audiētē. Cūqȝ clemēs ꝓ eo oraſſet: ⁊ ille auditū ⁊ lumē recepiſſet vidēs clemētē iuxta vxorem ſuā ſtātē amēs efficit̄ ⁊ ſe illuſum magicis artibꝰ ſuſpicat̄: precepitqȝ ſeruis ſuis vt tenerēt clemētē dicēs vt ingrederet̄ ad vxorē meā magicis artibꝰ me excecauit Precepitqȝ miniſtris vt clemētē ligarēt ⁊ ligatū tenerent. At illi ligātes colūnas iacētes ⁊ ſaxa: putabāt ſicut ⁊ ſiſinnio videbat̄ ꝙ ſctm̄ clemētē cū ſuis clericis traherent ⁊ ligarent. Tūc clemēs ſiſinnio ait. Quia ſaxa deos dicis: ſaxa trahere meruiſti. Ille aūt vere eum ligatū exiſtimās ait. Ego te interfici faciā. Clemēs aūt inde abſcedens theodorā rogauit ne ab orōne ceſſaret donec virū ſuū dn̄s viſitaret. Oranti igr̄ theodore petrus apl̄s apparuit dī. Per te vir tuꝰ ſaluabit̄ vt impleatur qđ dixit frater meꝰ paulus. Saluabit̄ vir fidelis ꝑ mulierē fidelē. Et hec dicēs abſceſſit. Statimqȝ ſiſinnius vxorē ſuā ad ſe vocauit: obſecrās vt ꝓ ſe oraret et ſctm̄ clemētē ad ſe vocaret. Qui cū veniſſet ipm̄ in fide inſtruxit: ⁊ eū cū. cccxiij de domo ſua baptizauit. per hūc aūt ſiſinniū multi nobiles ⁊ amici nerue imperatoris dn̄o crediderūt. Tūc comes ſacroꝝ pecuniam multis dedit: ⁊ cōtra ſctm̄ clemētē ſeditionē maximā excitauit. H. ¶ Tūc mamertinus vrbis prefectꝰ ppl̄i ſeditionē maximā nō ferēs ad ſe clemētē adduci fecit: quē cū redargueret ⁊ ad ſe inclinare attētaret ille ait. Optarē te ad rōnē accedere. Nam ſi canes multi ꝯtra nos latrauerint ⁊ morſibꝰ attrectauerit nūq̄ hoc nobis auferre pōt ꝙ nos ſumꝰ rōnabiles hoīes ⁊ ipſi ſunt irrationabiles canes. Seditio aūt ab imperitis exorta oſtēdit ſe nihil habere certū vel verū. Tunc mamertinus de eo traiano imperatori ſcribēs rñſum accepit qđ aut ſacrificaret: aut tranſpontū mare in eremo qđ adiacet ciuitati terſone ipſum in exiliū mitteret. Tūc prefectꝰ clementi cū lachrymis ait. Deus tuus quē pure colis ipſe te adiuuet. Prefectꝰ aūt ei nauē tribuit: ⁊ oīa neceſſaria miniſtrauit. Multi aūt clerici ⁊ laici ipſum ī exiliū ſunt ſecuti. Profectꝰ aūt in inſulam inuenit ibi pluſq̄ duo milia xp̄ianoꝝ ibidē iādudum ad ſecanda marmora dānatoꝝ. Qui ſctm̄ clemētē vidētes ſtatim in fletū ⁊ lachrymas proruperūt. Quos ille cōſolans ait. Non meis meritis ad vos me miſit dn̄s veſtre corone participem me fieri. Et cū ab eis didiciſſet ꝙ a ſexto miliario aquā ſuis humeris deportarēt: dixit eis. Oremꝰ oēs dn̄m ieſum xp̄m vt cōfeſſoribꝰ ſuis fontē in loco iſto ac venas aque aperiat. Et q̄ ꝑcuſſit petrā in deſerto ſyna ⁊ fluxerūt aque in abundantia. ipſe nobis laticē affluētem impartiatur vt de eius beneficijs gratulemur. Cūqȝ orōne facta hincinde circunſpiceret vidit agnum ſtantē qui pede erecto dextro quaſi locū epō oſtendebat. Et intelligens dn̄m Ieſum xp̄m eſſe quem ſolus ipſe videbat: perrexit ad locum: ⁊ dixit.

In noĩe pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpũs ſcti in iſto loco ꝓcutite. Sed cũ null⁹ in iſto loco in quo agn⁹ ſteterat cõtingeret: ipſe accepto bicum ſarculo leui ictu locũ ſub pede agni percuſſit ⁊ ſtatim maxim⁹ fons erupit: ⁊ in fluuiũ creuit. Tunc vniuerſis ꝯgaudẽtib⁹ ſanctus clemẽs ait. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatẽ dei. Ad hãc famã multi ꝯfluxerũt ⁊ vna die quingẽti ⁊ ampli⁹ ab eo baptiſma ſuſceperũt ⁊ idolorũ tẽpla deſtruẽtes per totã ꝓuinciã īfra annũ vnũ. lxxv. eccleſias edificauerũt. Poſt tres aũt annos traianus imparor qui cepit anno dñi. cvj. hoc audiẽs quẽdã ducẽ illuc miſit. Qui cũ oẽs libẽter mori cõſpiceret multitudini ceſſit: ⁊ ſolũ clemẽtẽ ligata ad colliũ ei⁹ anchora in mare precipitauit dicẽs. Iã nõ poterũt ipſm pro deo colere xp̃iani. Stante autẽ oĩ multitudine ad littus maris: cornelius ⁊ phebus diſcipuli eius omnes orare preceperunt: vt dñs corpus ſui martyris monſtraret. Statimq; mari per tria miliaria recedente: oẽs per ſiccum ingreſſi inuenerũt in modum templi marmorei habitaculum a deo paratum: ⁊ ibi in arca corpus ſancti clementis ⁊ anchoram iuxta eum. Reuelatũ eſt aũt diſcipulis eius ne inde tollerent corp⁹ eius. Et aũt anno tp̃e paſſiõis per. vij. dies ad tria miliaria mare recedit: et ſiccum iter aduenientibus tribuit. I. ¶ In vna aũt ſolẽnitatum mulier cũ filio ſuo paruulo acceſſit: completis aũt feſtiuitatis ſolennijs cum puer obdormiret ſon⁹ inundãtium aquarũ ſubito factus eſt. Mulier aũt territa ⁊ filij ſui oblita: cũ reliqua multitudine ad ripã aufugit. Que poſtmodũ filij memor cũ eiulatu maximo ficbat: ⁊ vſq; ad celũ lamẽtabiles voces dabat ac per littora clamans ⁊ eiulans diſcurrebat: ſi forte filij corpus a littorib⁹ eiectum videret. Sed cum in ea ſpes oĩs deficeret: ad domum redijt ⁊ totum illũ annũ in fletu ⁊ merore duxit. Poſt annũ igr̃ aperto mari oẽs anticipãs ad locũ concita venit ſi de filio forte aliqḋ veſtigiũ inuenire poſſet. Cum ergo ante tumulũ ſancti clementis ſe in orõnem dediſſet ſurgens vidit infantem in loco vbi eũ reliq̃rat dormientẽ. Eſtimãs aũt eũ eſſe defunctum: acceſſit ꝓpius quaſi corpus collectura exanime. Sed cũ eũ dormientẽ cognouiſſet excitatum velociter ſpectantibus populis incolumẽ in vlnis leuauit: ⁊ vbi nã per illum annum fuerit req̃ſiuit. Ille aũt ſe neſcire reſpõdit ſi annus integer preterierat: ſed tm̃ vnius noctis ſpacio ſe ſuauiter dormiſſe putabat. Ambr. in prefa. ſic ait. Cũ iniquiſſimus perſecutor btm̃ clemẽtẽ penis afficere a diabolo cogeret nõ ei tormẽtũ intulit: ſed triũphũ. Iactat ergo martyr in fluctibus vt mergeret ⁊ ex hoc ꝑuenit ad premiũ. vñ petr⁹ magiſter eius ꝑuenit ad celũ. Ambr. ergo in fluctibus xp̃s approbãs mẽtes clementẽ ad palmã victorie de ꝓfundo reuocat petrũ ad celeſtia regna in eodem elemento ne mergeret eleuat. Refert Leo hoſtieñ. ep̃s q̃ tp̃e quo michael imperator noue rome regebat imperiũ: ſacerdos quidã noĩe philoſoph⁹ q̃ ob ſummuz ingeniũ a pueritia ſic fuerat vocatus: cũ terſonã peruenĩſſet ⁊ de his q̃ narrant in hiſtoria clemẽtis habitatores īterrogaſſet q̃ aduene potius q̃ indigene erant: ſe neſcire ꝓfeſſi ſunt. Siquidẽ miraculũ marini receſſus ob culpã inhabitantium iã diu ceſſauerat: ⁊ ob incurſum barbarorũ ipe marini receſſus venientium tẽpliũ deſtructũ fuerat: ⁊ arca cũ corpore marinis fluctibus obrupta erat: exigẽtib⁹ culpis inhabitantium ſup quo mirat⁹ pħs ⁊ accedens ad ciuitaculam noĩe georgiã cum ep̃o ⁊ clero acceſſit ad q̃rendas ſacras reliquias ad inſulã in qua eſtimabant eſſe corpus martyris. Ubi cũ hymnis ⁊ orõnibus fodiẽtes diuina reuelatione inuenerũt corpus ⁊ anchoram cũ qua fuerat in mare proiectum: ⁊ deportauerunt terſonam. Deinde ꝑdict⁹ philoſoph⁹ cum corpe ſancti clementis romã venit ⁊ multis oſtenſis miraculis in eccleſia que nũc dĩ ſancti clemẽtis honorifice corpus collocatum fuit. In quadam aũt chronica legit̃ q̃ mari ab illo loco exſiccato a beato cirillo morauorũ epiſcopo romam tranſlatum eſt.

¶ De ſancto Griſogono. clxvij. A.



CRiſogonus iuſſu Diocletiani in carcere recludit̃ vbi ſancte anaſtaſie alimonijs fouebat̃. Cum ergo anaſtaſiam vir eius in arctiſſimã cuſtodiam poſuiſſet griſogono q̃ eã erudierat talia ſcripta direxit. Sctõ confeſſori xp̃i griſogono anaſtaſia. Sacrilegi iugum mariti ſuſcepi cuius deo miſerante thorum mentita infirmitate declinans: die noctuq; dñi nr̃i ieſu xp̃i amplector veſtigia. Cum iſte patrimoniũ meũ ex quo illuſtrat̃ cũ indignatione ac turpibus idolatris exhauriat: me q̃ velut ꝓmagam atq; ſacrilegam cuſtodie tã grauiſſime mãcipauit vt me vitã tp̃alem amittere ſuſpicer. Nihil enĩ ſupereſt: niſi vt amiſſo ſpũ morti ſuccũbã. In qua morte lz glorier tñ mea mens valde conterit̃: q: opes mee quas deo deuouerã a turpibus conſummunt̃. Uale vir dei memento mei. Cui griſogonus ſic reſpondit. Uide qḋ nõ cõturberis in hoc qḋ tibi aĩe viuẽti inferant̃ aduerſa. nõ enĩ decipieris ſed ꝓbaris. Cito ad te placitũ tp̃s xp̃us conuertet: ⁊ quaſi poſt noctis tenebras floridum dei lumen aſpicies atq; poſt glaciei frigus aurea tibi tp̃a et ſerena ſuccedent. Uale in dño ⁊ ora pro me. Deniq; cũ beata anaſtaſia ſic in cuſtodia arctaret̃ vt vix ei paruo quadrans daret̃: eſtimans ſe morituram ſancto griſogono ep̃lam in hec verba ſcripſit. Confeſſori xp̃i griſogono anaſtaſia. Finis venit corporis: memento mei: vt egredientẽ aĩam meã ipſe ſuſcipiat ꝓ cuius amore iſta ſuſtineo que ex ore huius vetule recognoueris. Cui ille reſcripſit. Supereſt vt lumẽ tenebre antecedant: ſicut etiã poſt infirmitatem ſalus reuertitur ⁊ vita poſt mortẽ promittit̃. Uno fine concluduntur ⁊ aduerſa huius mundi ⁊ proſpera ne vel triſtibus deſperatio vel letis elatio dominetur: vnum mare eſt in quo nauicule corporis noſtri velificant: ⁊ ſub vno corporis gubernatore anime noſtre nautico fungunt̃ officio. Quorũdã igitur naues fortiſſimis carinarũ nexibus ſolidate crebros equoris concitatos fluctus illeſe pretereũt: quorundam vero fragiles iuncture lignorũ etiam in tranquillo vicinũ morti conficiunt curſum. Tu aũt xp̃i famula crucis trophęum tota mẽte conſtringe ⁊ teipsã prepara ad opus dei. Igitur diocletianus aqlegie partibus prepoſitus ceteros xp̃ianos occidẽs ſanctũ griſogonũ ſibi preſentari iuſſit. Cui cũ diceret. Accipe poteſtatẽ prefecture tue ⁊ conſulatum generis tui: ⁊ ſacrifica dijs. Reſpondit griſogonus. Unum deum in celo adoro ⁊ dignitates tuas quaſi lutum contemno. Data igitur ſuper eum ſententia ad quendam locum ducit̃ ⁊ ibidem protinus decollatur. Circa annos domini. cclxxxvij. Cuius corpus cum capite ſanctus Zelus preſbyter ſepeliuit.

¶ De ſancta Catharina. clxviij. A.

Catharina dicitur a cathã quod eſt vniuerſum ⁊ ruina quaſi vniuerſalis ruina: omne enim edificium diaboli in ea vniuerſaliter corruit: nam in ea corruit edificiũ ſuperbie per humilitatẽ quã habuit carnalis

concupiſcentie: p virginitatē quā ſeruauit cupiditatis mūdane: qꝛ oīa mūdana deſpexit: vel katharina quaſi cathenula. Ipſa em̄ ſibi p bona opa quādā cathenā fecit: p quā vſqꝫ ad celū aſcēdit. Que quidē cathena ſiue ſcala quatuoꝛ gradus hꝫ q̄ ſunt innocētia opis: mūdicia cordis: deſpectio vanitatis: et locutio veritatis. Quos pphēta p ordinē ponit dicēs. Quis aſcēdet in montē dn̄i ꝛc. Et rn̄det. Innocens manibus ꝛ mundo corde qui non accepit in vano aīam ſuā nec iurauit in dolo ꝓximo ſuo. Qualiter autē iſti quatuoꝛ gradus a beata Katharina fuerunt patet ex legenda ſua. B.



Katharina Coſtis regis filia oīb⁹ liberalium ſtudijs erudita fuit. Cum autem Maxentius imperatoꝛ oēs tam diuites q̄ pauperes ad Alexandriam cōuocaret vt idolis immolarēt: ꝛ xp̄ianos immolare nolentes puniret Katharina cum eſſet annoꝝ. xviij. ꝛ in palatio diuitijs ꝛ pueris pleno ſola remanſiſſet audiens animaliū diuerſorum mugitus et ꝛ cantantium plauſus miſſo illuc nūcio inquiri iuſſit celeriter qd hoc eſſet. Quod dū didiciſſet aſſumptis aliquib⁹ de palatio ſigno crucis ſe muniēs illuc acceſſit: ibiqꝫ multos xp̄ianos metu mortis ad ſacrificia duci cōſpexit. Que vehemēti dolore cordis ſauciata ad impatorē ſe audacter ingeſſit: ꝛ ſic ait. Salutationē tibi pferre impatoꝛ ꝛ ordinis dignitas ꝛ rationis vis p̄monebat ſi creatorem celoꝝ agnoſceres ꝛ a dijs aīm reuocares. Stāſqꝫ ante ianuā tēpli p varias cōcluſiōes ſillogiſmoꝝ allegorice ꝛ methonomice diſerte ꝛ myſtice multa cū ceſare diſputauit. Deinde rediēs ad cōmune colloquiū dixit. Hec tibi tanq̄ ſapiēti pferre curaui. Nūc aūt quare incaſſum cōgregaſti hāc multitudinē ad colendam ſtultitiā idoloꝝ. Miraris hoc tēpliū manu artificū operatū: miraris ornamēta p̄cioſa que velut puluis ante faciē vēti erūt. Mirare potius celū ꝛ terrā mare ꝛ oīa q̄ in eis ſunt. Mirare ornamēta celoꝝ ſolē vcꝫ ꝛ lunā ꝛ ſtellas. Mirare famulatū eoꝝ qualr a mūdi initio vſqꝫ ad finē nocte ꝛ die currūt ad occidentē ꝛ redeunt ad orientē nec vnq̄ fatigātur. Et cū hec aīaduerteris interroga ꝛ diſce quis ſit eoꝝ potentioꝛ. Cū autē ipm ipſo donāte intellexeris: nec ſimilem illi inuenire valueris: ipm adora: ipm gloꝛifica. Ipſe em̄ eſt de⁹ deoꝝ et dn̄s dn̄antium. Cūqꝫ de filij incarnatiōe ſapiēter plurima diſputaſſet ſtupefact⁹ ceſar nō valuit ad hec rn̄dere. Tādē ad ſe reuerſus dixit ad eā. Sine o mulier ſine nos finire ſacrificium et poſt hoc tibi rn̄ſa reddemus. Precepit igit̄ eā ad palatiū duci ꝛ cū diligentia cuſtodiri: admirās nimiā eius prudētiā ꝛ corpis pulchritudinē. Erat em̄ ſpecioſa valde: ꝛ incredibili pulchritudine oīm oculis admirabilis videbat̄ ꝛ gratioſa. Ueniens igit̄ Ceſar ad palatiū dixit katharine. Audiuimus tuā eloquentiā ꝛ mirati ſum⁹ tuā prudētiā: ſꝫ in deoꝝ ſacrificijs occupati oīa plene intelligere nequiuimus. Nūc aūt ab initio ꝓgeniē tuā requirim⁹. Et ſctā Katharina ad hoc ſcriptū eſt. Nec te collaudes: nec te culpaueris ipſe. Hoc faciunt ſtulti quos gloꝛia vexat inanis. Cōfiteoꝛ tamē meā ꝓgeniem nō tumoꝛe iactātie ſed humilitatis amoꝛe. Ego eīſ ſum katharina coſtis regis vnica filia. Que quāuis in purpura nata ꝛ liberalibus diſciplinis non mediocriter inſtructa. Hec tamen oīa cōtēpſi ad dn̄m Jeſum xp̄m cōfugi. Dij aūt quos colis nec te nec alios iuuare poſſunt. O igit̄ infelices taliū numinū cultores quib⁹ aduocatis in neceſſitate non aſſunt: ꝛ in tribulatione nō ſuccurrūt in pericullis non defendunt. Cui rex. Si ita eſt vt dicis totus mundus errat ꝛ tu ſola verū dicis cū tñ omne verbuꝫ in oꝛe duoꝝ vel trium teſtiū confirmetur. Si angelus eſſes: ſi celica virtus adhuc tibi credere nemo deberet: quātominus cū femina fragilis eſſe pbaris. Cui illa. Ne obſecro ceſar furoꝛe tuo te vinci pmittas: vt in ſapientis aīo non ſtet turbatio dira ſic nanq̄ poeta ait. Tu ſi aīo rexeris rex eris: ſi coꝛpe ſeru⁹. Et rex. Ut video peſtifera calliditate nos illaqueare diſpōis dū p exempla phoꝝ ſermonē ꝓtrahere niteris. Uidēs aūt ceſar q̄ eius ſapientie obuiare non poſſet: mandauit occulte p lr̄as vt oēs grāmatici ꝛ rhetores ad p̄toꝛiū alexādrie feſtināter venirēt: immēſa munera recepturi ſi cōcionatricē virginē ſuis aſſertionib⁹ ſuparēt. C. Adducti ſunt igit̄ de diuerſis ꝓuincijs q̄nquaginta oratores q̄ oēs moꝛtales in oī mūdana ſapiētia excellebāt. Quibus interrogātib⁹ cur tā de remotis partib⁹ euocati fuiſſent. Ceſar rn̄dit. Eſt apd̄ nos q̄dā ſenſu ꝛ prudētia incōparabilis q̄ oēs ſapiētes ꝯfutat ꝛ deos nr̄os demones eſſe affirmat: quā ſi ſupaueritis cum honore magno ad ꝓpꝛia redibitis. Ad hec vn⁹ indignat⁹ ſtomachāti voce rn̄dit. O magnū impatoꝛis cōſilium q̄ ob vni⁹ degenerē puelle ꝯflictū ſapiētes mūdi de remotis ptibus aduocauit: cū vn⁹ ex nr̄is cliētulis eam poterat leuiſſime cōfutare. Et rex. Poteram q̄dē hāc vt ad ſacrificādū ipellere aut penis extinguere: ſꝫ melius iudicaui vt vr̄is argumētis penitus cōfutet̄. Cui illi dixerūt. Adducat̄ corā nobis puella vt ſua temeritate conuicta nunq̄ ſe ſapientes vidiſſe cognoſcat: ſed cū v̄go certamen qd̄ ſibi imminebat didiciſſet totā ſe dn̄o cōmēdauit. Et ecce angel⁹ dn̄i aſtitit ſibi ꝛ vt conſtāter ſtaret admonuit aſſerens q̄ nō ſolū ab his vinci nō poterit: ſꝫ inſup illa ipſos cōuerſos ad palmā martyrij deſtinabit. Cū ergo corā oratorib⁹ adducta fuiſſet dixit īpatori. Quali iudicio ꝯ vnā puellā quinquaginta oratores opponis quos ꝛ p victoria remunerādos promittis: et me ſine ſpe mercedis pugnare cōpellis. Erit tñ merces mihi dn̄s Jeſus xp̄s q̄ eſt ſpes et coꝛona p ſe certātiū. Uerū cū oratores deū fieri hoīem aut pati īpoſſibile dicerēt: v̄go et hoc a gētilib⁹ p̄dictū eſſe oſdit. Nā plato aſtruit deū circūrotundū ꝛ decurtatū. Sibylla qꝫ ſic ait. Felix ille de⁹ ligno q̄ pēdet ab alto. Cū igit̄ v̄go cū oratorib⁹ ſapiētiſſime diſputaret ꝛ eos aptis rōnib⁹ cōfutaret ſtupefacti illi q̄d dicerēt nō inuenientes muti penitus ſunt effecti. Tūc impatoꝛ ꝯ eos nimio furoꝛe repletus increpare eos cepit: cur ab vna puella tā turpiter ſe vinci pmitterēt. Tūc vnus magiſter alioꝝ ſic ait. Noueris impatoꝛ q̄ null⁹ vnq̄ ante nos ſtare potuit quin ꝯtinuo vinceret̄. Hec aūt puella in qua ſpūs dei loquit̄ ſic nos in miratiōnē cōuertit: vt ꝯ xp̄m aliq̄d dicere aut oīno neſciamus aut penitus formidem⁹. Unde impatoꝛ cōſtanter fatemur q̄ niſi probabiliorē ſn̄iam de dijs quos vſqꝫ mō colim⁹ p̄tuleris ecce oēs ad xp̄m cōuertimur. Audiēs hec tyrān⁹ nimio furoꝛe ſucceſus: oēs in medio ciuitatis cōcremari iuſſit. At virgo ipſos cōfoꝛtās ad martyriū conſtantes efficit ꝛ de fide diligenter inſtruit. Et cū dolerent q̄ ſine baptiſmo decederēt virgo reſpondit. Ne timeatis qꝛ effuſio veſtri ſanguinis vobis baptiſm⁹ reputabitur ꝛ coꝛona. Cū ergo ſigno crucis muniti flāmis fuiſſent iniecti: ita animas dn̄o reddiderunt: vt nec capilli nec veſtimenta eorum ab igne in aliquo lederent̄. Cum aūt a xp̄ianis fuiſſent ſepulti: tyrannus v̄gini loquit̄ dicēs. O v̄go generoſa inuētuti tue conſule poſt regina in palatio meo ſecunda vocaberis et imagine tua in medio ciuitatis fabricata a cūctis ve-

lnt deꝯ adorabeꝛis. Cui v̄go. Deſine talia dicere q̄ ſceleꝰ eſt etiā cogitare. Ego me xp̄o ſpōſam tradidi. Ille gloꝛia mea ille amoꝛ meꝰ ⁊ ille dulcedo ⁊ dilectio mea ab eiꝰ amoꝛe: nec blādimēta: nec toꝛmenta me poterunt reuocare. Tūc ille furoꝛe repletꝰ iuſſit eā ſpoliatā ſcoꝛpionibus cedi ⁊ ceſam in obſcurū carcerē tradi: ibiqꝫ diebꝰ. xij. fame cruciari. D. ¶ Rege aūt ꝓ qbuſdā cauſis inſtātibꝰ extra regiōis ꝯfinia ꝑcedēte regina eiꝰ nimio amoꝛe ſuccēſa cū pꝛīcipe militū noīe poꝛphirio media nocte ad carcerē v̄ginis pꝛoperauit. Quo cū regina itroiſſet vidit carcerē ineffabili claritate fulgētē: ⁊ angelos plagas v̄ginis pungentes. Incipiēſqꝫ v̄go eterna dei gaudia p̄dicauit: ⁊ ad fidē ꝯuertēs martyꝛij coronā eidē pꝛedixit. Sicqꝫ vſqꝫ ad mediā noctē ſermonē ꝑtraxerūt. Que cū oīa poꝛphiriꝰ audiſſet ad pedes v̄ginis ꝓcedit ⁊ cū ducētis milibus fidem xp̄i recepit. Ar v̄o ꝑ. xij. dies ſine cibo tyrannꝰ eſſe eā iuſſerat xp̄s ꝑ hos dies miſſa de celo cādida colūba celeſti eā cibo refouebat. Deinde dn̄s cū multitudine angeloꝝ ⁊ v̄ginū eidē apparuit dicēs. Agnoſce filia creatoꝛē tuū pꝛo cuiꝰ noīe laborioſum ſubiſti ꝯflictū ꝯſtās eſto: qꝛ tecū ſum. Rediēs igit̄ impatoꝛ eā ſibi pn̄tari iuſſit: ⁊ vidēs eā ſplendentē quā tāto ieiunio eſtimabat afflictā putauit ꝙ eā aliqͥs in carcere ſuſtētaſſet ⁊ furoꝛe repletus cuſtodes toꝛq̄ri p̄cepit. Illa vero ait. Ego cibū ab hoīe nō accepi: ſꝫ xp̄s me ꝑ ſuū angeluꝫ enutriuit. Cui imperatoꝛ. Recōde oꝛo qḋ moneo in coꝛde tuo: ⁊ noli dubijs rn̄dere ſermōibꝰ. Nō te quaſi famulā poſſidere cupimus: ſꝫ regina potēs ⁊ electa decoꝛe in regno meo triūphabis. Cui v̄go. Attēde ⁊ te obſecro ⁊ iudicij examine veridica ſanctiōe decerne quē magis eligere debeo. An potētem eternū glīoſum ⁊ decoꝛū vel infirmū moꝛtalē ignobilē ⁊ defoꝛmē. Tūc ipatoꝛ idignatꝰ ait. E duobus tibi vnū elige: aut ſacrificare vt viuas: aut exq̄ſita toꝛmēta ſubire vt pereas. Et illa. Quecūqꝫ toꝛmēta potes excogitare ne differas: qꝛ carnē ⁊ ſāguinē meū xp̄o offerre deſidero ſicut ⁊ ipſe ꝓ me ſeipm̄ obtulit. Ipſe eīn deꝰ amatoꝛ meꝰ: paſtoꝛ ⁊ ſpōſus vnicꝰ meꝰ. Tūc qdā p̄fectꝰ furēti regi ſuaſit vt intra triduū q̄tuoꝛ rotas ſerris ferreis ⁊ clauis acutiſſimis circūſeptas p̄pararet vt eā tā hoꝛribile toꝛmētū diſſecaret ⁊ ceteros xp̄ianos tam dire moꝛtis exēplū terreret. Oꝛdinatūqꝫ eſt vt due vno oꝛdine voluerent̄. Due aūt cōtrario impetu agerent̄: vt ille deoꝛſū lacerādo ꝯtraherēt ille repugnātes ſurſuꝫ deuoꝛādo impingerēt. Tunc btā v̄go dn̄m exoꝛauit vt ad laudē ſui noīs ⁊ ꝯuerſionem ppl̄i circūſtātis iſtaꝫ machinā diſſiparet. Et ecce angelꝰ dn̄i molā illā cū tāto impetu diuellēdo ꝯcuſſit ꝙ quatuoꝛ milia gētiliū interemit. E. ¶ Regina aūt q̄ deſup hoc aſpiciebat ⁊ vſqꝫ tūc ſe celauerat: ſtatim deſcēdēs imperatoꝛē de tanta ſeuitia duriꝰ increpauit. Rex aūt furoꝛe repletꝰ cū regina ſacrificare ꝯtēneret: iuſſit eā extractis pꝛiꝰ mām̄illis decollari. Que cū ad martyꝛiuꝫ duceret̄ Catharinā rogauit vt ꝓ ſe dn̄m p̄caret̄. Que rn̄dit. Ne timeas a deo dilecta regina: qꝛ tibi hodie ꝓ trāſitoꝛio regno ꝯmutauit eternū: ⁊ ꝓ moꝛtali ſpōſo tibi īmoꝛtalē acq̄res. Tūc illa ꝯſtās effecta toꝛtoꝛes hoꝛtabat̄ ne qḋ iuſſi fuerāt facere moꝛarent̄. Miniſtri igī extra ciuitatē eā ducētes ferreis haſtilibus mām̄illas eiꝰ euellūt ⁊ poſt caput eiꝰ p̄cidit. Cuiꝰ coꝛpꝰ poꝛphyriꝰ rapiēs ſepeliuit. Sequēti die cū de coꝛpe regine q̄ſitio fieret ⁊ multos ex hoc ad ſuppliciū tyrānus ꝑtrahi iuberet: poꝛphyriꝰ ꝓrumpēs in mediū exclamauit. ego ſum q̄ xp̄i famulā ſepeliui ⁊ xp̄i fidē recepi. Tunc maxētius amēs effectꝰ rugitu terribilē emittēs exclamauit. O me miſerū ⁊ oībꝰ miſerādū: ecce poꝛphyrius qui erat vnicꝰ aīe mee cuſtos ⁊ totiꝰ laboꝛis ſolatium deceptus eſt. Qḋ cū ſuis cō militibus referret illi ꝓtinus rn̄derūt. Et nos xp̄iani ſumꝰ ⁊ moꝛi parati ſumꝰ. Tunc ceſar furoꝛe ebꝛiꝰ p̄cepit oēs cū poꝛphyrio decollari ⁊ coꝛpa coꝝ canibꝰ dimitti. Deinde katharinā aduocās ait. Quāuis arte magica reginā moꝛi feceris: ſi tn̄ reſipueris pꝛima in palatio meo eris. Hodie igitur aut dijs ſacrifica: aut caput amittes: cui illa. Fac qcūqꝫ aīo cōcepiſti paratā eīn me videbis ad oīa ſuſtinenda. Data igī ſuper eā ſnīa decollari iubet̄. Que cū ad locū deducta fuiſſet erectis in celū oculis oꝛauit dicens: O ſpes ⁊ ſalꝰ credētiū: o decꝰ ⁊ gloꝛia virginū. Jeſu rex bone obſecro te vt quicūqꝫ paſſiōis mee memoꝛiā egerit ſeu in exitu anime ſue vel in quacūqꝫ neceſſitate me inuocauerit: tue ꝓpitiatiōis ꝯſequat̄ effectū. Factaqꝫ eſt vox ad eā dicēs. Ueni dilecta mea ſponſa mea: ecce tibi celi ianua aperta eſt. Nā ⁊ hijs q̄ paſſionē tuā deuotis mētibus celebrauerint: optata p̄ſidia ꝓmitto de celis. Deīde cū decollata fuiſſet de eiꝰ coꝛpe ꝓ ſanguine lac emanauit. Angeli aūt coꝛpꝰ eius accipiētes ab illo loco ad montē ſynai itinere pluſq̄ dierū. xx. deduxerunt: ⁊ ibidem honoꝛifice ſepelierunt. Ex cuius oſſibus indeſinenter oleū emanat qḋ cunctoꝝ debilium mēbꝛa ſanat. Paſſa eſt aūt ſub maxētio ſiue maximino tyranno qui cepit circa annos dn̄i. cccx. Qualr̄ aūt Maxentius pꝛo hoc ſcelere ⁊ alijs que cōmiſit punitꝰ fuit in hiſtoꝛia de inuentione ſancte crucis habetur. Dicitur ꝙ quidā monachus Rotomagenſis ad montem Synai perrexit ibiqꝫ per ſeptē annos in ſeruitio beate Katharine deuotus permāſit. Quā cū inſtātius exoꝛaret vt aliqͥd de coꝛpoꝛe ſuo hr̄e mereret̄: ſubito irrupit de manu illiꝰ vnꝰ articulus digitoꝝ. Qui donū dei letus recepit ⁊ ad ſuū monaſteriū deportauit. ¶ Fertur quoqꝫ ꝙ dū quidā btē Katharine deuotus exiſteret: et eā crebꝛo in ſui adiutoꝛiū inuocaret per ꝓceſſum tēpoꝛis mētis incuria reſolutꝰ ⁊ deuotionē mētis ꝑdidit ⁊ ab ipſius inuocatiōe ceſſauit. Qui in oꝛone poſitus vidit multitudinē v̄ginū ante ſe trāſeūtium inter quas vna erat q̄ ceteris ſplēdidioꝛ videbat̄. Que cū ſibi appꝛopinquaſſet faciē ſuā operuit: ⁊ ſic ante ipſū facie velata trāſiuit. Cuius ſplēdoꝛē cum ille nimiū miraretur ⁊ q̄ eſſet interrogaret: vna ex his ei rn̄dit. Hec eſt Katharina quā olim cognoſcere ſolitus eras: nūc aūt qꝛ eam cognoſcere non videris: corā te ſic velata facie tanq̄ a te incognita pertrāſiuit. F. ¶ Notādū ꝙ btā Katharina mirabilis apparet in quinqꝫ. Pꝛimo in ſapientia. Scḋo in eloquentia. Tertio in conſtantia. Quarto in mundicia caſtitatis. Quinto in pꝛiuilegio dignitatis.

Pꝛimo admirabilis apparet in ſapientia. In ipſa eīn fuerūt oēs ſpecies p̄hie. P̄hia eīn ſiue ſapiētia diuidit̄ in theoꝛicā: practicam et logicā. Theoꝛica diuidit̄ ſm̄ quoſdā in tres. ſ. in intellectualē: naturalē ⁊ mathematicam. Habuit igitur beata Katharina ſapiētiā intellectualē in cognitione diuinoꝝ qua maxime vſa eſt in diſputatione ꝯtra rhetoꝛes quibꝰ vnū ſolū deū verum eſſe pꝛobauit ⁊ deos omnes falſos eſſe conuicit. Scḋo naturalem in cognitione omniū inferioꝝ: qua maxime vſa eſt in diſputatione contra imperatoꝛē: ſicut patꝫ ibidē. Tertio mathematicam in ꝯtemptu terrenoꝝ. Hec enim ſciā ſm̄ Boe. ſpeculat̄ foꝛmas ſine materia in abſtractione. Hāc beata Katharina habuit quādo animū ſuū ab omni materiali amoꝛe abſtraxit. Hanc eīn ſe habere oſtendit cuꝫ imperatoꝛi interroganti reſpōdit. Ego enim ſum katharina coſti regis filia: que q̄uis in purpura nata ⁊c. Hac maxime vſa eſt cū reginam ad cōtēptum mundi ⁊ deſpectum ſui ⁊ deſideriū

regni

regni eterni aſſauit. Practicā aūt diuidit̄ in tres. ſ. in ethicā: oeconomicā: ⁊ publicā ſiue politicā. Prīa docet mores īformare ⁊ ſe vtutib⁹ exornare: ⁊ ꝑtinet ad oēs. Scđa docet familiā bñ cōponere: ⁊ ꝑtinet ad patresfamilias. Tertia docet vrbes ⁊ pplos ⁊ rēpublicam bñ regere ⁊ pertinet ad rectores vrbiū. Hāc etiā triplicē ſciam habuit btā Katharina. Primā em̄ habuit cū ſe oī moꝝ honeſtate cōpoſuit. Scđam cū familiam ſuā q̄ ſibi magna relicta fuit laudabilr̄ rexit. Tertiā cū īpatorē ſapiēter inſtruxit. Logica diuidit̄ in tres partes. ſ. in demōſtratiuā ꝓbabilē ⁊ ſophiſticā. Prima ꝑtinet ad pħos. Scđa ad rhetores ⁊ dialecticos. Tertia ad ſophiſtas: hanc etiā triplicē ſciam habuiſſe vr̄ cū de ea ſcribit̄. Per varias ꝯcluſiōes ſyllogiſmoꝝ allegorice ⁊ metonymice diſerte ⁊ myſtice multa cū ceſare diſputauit. Scđo fuit admirabilis in eloquētia. Habuit em̄ eloquētiā facūdiſſimā in predicādo ſicut ꝑꝫ in ſuis ꝑdicationib⁹. Diſertiſſimā in rōnē reddēdo: ſicut ꝑꝫ cū dicebat imꝑatori. Mirarīs hoc tēpluꝫ manu artificū fabricatū. Suauiſſimā in attrahendo: ſicut ꝑꝫ in porphyrio ⁊ in regina q̄s eloquij ſui ſuauitate ad fidē attraxit. Efficaciſſimā in cōuincēdo ſicut ꝑꝫ in rhetoribus q̄s tam potēter cōuicit. Tertio in ꝯſtātia. Fuit em̄ cōſtantiſſima in minis illatis: qꝛ ipſas ꝯtēpſit. Vnde imꝑatori ſibi minātī r̄ſidit. Quecūqꝫ tormēta potes cogitare ne differas: qꝛ carnē ⁊ ſanguinē meū xp̄o offerre deſidero. Itē. Fac quecūqꝫ aīo conceꝑiſti: paratā em̄ me videbis ad oīa ſuſtinenda. Scđo in donis oblatis: qꝛ ea reſpuit. Vn̄ cū imperator ſibi ꝓmitteret q eam in palatio ſecūdam haberet: r̄ſidit. Deſine talia dicere q̄ ſcel⁹ eſt etiam cogitare ⁊c. Tertio in ſupplicijs irrogatis: qꝛ ea ſuperauit ſicut ꝑꝫ cū fuit poſita in carcere ⁊ ſup rotam. Quarto in mundicia caſtitatis. Seruauit em̄ caſtitatē inter ea inter q̄ caſtitas periclitari ſolet. Quinqꝫ em̄ ſunt in quibus caſtitas periclitatur: ſcꝫ affluentia reſoluens: opportunitas inducens: iuuentus laſciuiens: libertas effrenans: pulchritudo alliciens. Inter hec beata Katharina caſtitatem ſeruauit. Habuit em̄ maximam affluentiā rerum: vtpote que tam ditiſſimis parētibus ſucceſſit. Habuit opportunitatē vtpote q̄ ſicut dn̄a tota die inter ſuos famulos verſabatur. Habuit iterum etatem iuuenilem. Item fuit libertatē: qꝛ ſola ⁊ libera in palatio remanſit. De his quatuor dr̄ ſupra. Katharina cum eſſet annorum. xviij. in palatio diuitijs ⁊ pueris pleno ſola remanſit. Habuit etiā pulchritudinem. Vn̄ dr̄: qꝛ erat ſpecioſa valde ⁊ incredibili pulchritudine omniū oculis admirabilis videbatur. Quinto in priuilegio dignitatis. Quedam em̄ priuilegia ſpālia fuerunt in aliquibus ſanctis dū deſcenderēt vt xp̄i viſitatio que fuit in beato Joanne euangeliſta: olei emanatio q̄ fuit in beato Nicolao: lactis effuſio q̄ fuit in beato paulo: ſepulchri preparatio q̄ fuit in beato clemente: petitionū exauditio que fuit in btā Margarita qñ orauit pro agentibus ſui memoriā. Hec autem oīa fuerunt in beata Katharina ſicut ꝑꝫ in legenda. Dubitationem aūt haber apud aliquos vtrū a Maxentio vel a maximino martyrizata ſit. Tūc eniꝫ tres imperiū tenebant. ſ. cōſtantinus qui ex pr̄na ſucceſſione imperiū ſumpſit: ⁊ maxētius maximiani fili⁹ a pretorianis militibus rome auguſtus appellatus: ⁊ Maximinus in orientis partibus ceſar effectus. Secūduꝫ aūt chronicas maxentius rome: maximin⁹ vero ī oriēte contra xp̄ianos tyrannidem exercebat. Videt̄ ergo vt aliquibus placet q vitio ſcriptoris ſit factū vt pro maximino maxentius poneretur.

## ¶ De ſancto Saturnino. clxx. B.



SAturnin⁹ ab aploꝝ diſcipl'is ep̄s ordinatus in vrbē tholoſanā directus eſt. Cū aūt ipſo ingrediente demones a reſponſis ceſſarent vn⁹ gentiliuꝫ dixit q niſi Saturninū occiderent a dijs ſuis nil penit⁹ obtinerēt. Apprehendentes igit̄ ſaturninū nolentem ſacrificare ad pedes tauri ligauerunt eumqꝫ ſtimulis agitantes a ſumma arce per gradus capitolij ꝑcipitauerūt. Sicqꝫ capite cōfracto: et cerebro excuſſo martyrium feliciter cōſummauit. Cuius corpus due femine rapiētes: in ꝓfundo loco ꝓpter metū gentilium condiderunt. Qđ poſtea ſucceſſores ei⁹ ad locū reuerentiorē tranſtulerūt. Fuit ⁊ ali⁹ Saturninus quē rome ꝑfectus diu in carcere maceratū in eculeū leuari ⁊ neruis fuſtibus ⁊ ſcorpionib⁹ cedi fecit. Deinde laterib⁹ aduſtis poſitū de eculeo decollari ꝑcepit circa annos dñi. cclxxxvij. ſub maximiāo. Fuit ⁊ alius ſaturninus apud aphricam frater ſctī ſatyri: q̄ cū predicto fratre ſuo ⁊ reuocato ⁊ felicitate ſorore dicti reuocati: necnō ⁊ cū perpetua genere nobili martyrium paſſus eſt. Quoꝝ paſſio alio tp̄e potiſſimū recolitur. Cū ergo ꝓcōſul eis dixiſſet vt idolis immolarēt ⁊ illi nullatenus aſſentirent in carcerē miſſi ſunt. Qđ vidēs pr̄ ꝑpetue ad carcerē flens cucurrit dicens. Filia quid feciſti: dehonoraſti genus tuū. Nunq̄ aliquis de genere tuo in carcerem miſſus fuit. Cū aūt audiſſet q xp̄iana eſſet in eā impetu cū digitis ad oculos irruit ⁊ ei oculos eruere voluit: ⁊ exclamans egreſſus ē. Vidit aūt btā ꝑpetua hmōi viſionē quā in craſtino ſocijs enarrauit dicens. Vidi ſchalam aureā mirabili altitudine vſqꝫ ad celum erectam q̄ adeo anguſta erat vt non niſi vnus ⁊ paruus aſcendere poterat. In dextera vero ⁊ leua erant fixi cultri ⁊ gladij ferrei limati ⁊ exacuti: ita vt aſcendēs circa vel infra ſe nullaten⁹ reſpicere poterat. ſed ſemper ad celū eū erectum ſtare oportebat. Sub ea draco teterrimus ⁊ ingētis forme iacebat: ⁊ pre timore q̄libet aſcendere formidabat. Vidi ēt ſatyrū per eam aſcendētē vſqꝫ ſurſum ⁊ reſpicientem ad nos ⁊ dicentē. Ne timeatis hūc draconē: ſed ſecuri aſcēdite vt mecum eſſe poſſitis. Hec audientes oēs grās egerūt: qꝛ ſe vocatos ad martyrium cognouerunt. B.

¶ Preſentati igr̄ iudici cum ſacrificare nollent: fecit Saturninū cū alijs viris a mulieribus ſeparari: ⁊ dixit felicitati. Habes virū? Et illa. Habeo: ſed contēno. Cui ille. Miſerere tui puella vt viuas maxime cū īfantem ī vtero habeas. Ad quē ait. Fac de me quicq̄d vis qꝛ ad voluntatē tuā nūq̄ me trahere valebis. Parentes aūt btē perpetue cū viro accurrētes infantem paruulū btē perpetue q̄ adhuc lactabat̄ adduxerūt. Et videns eā pr̄ ſtantem ante ꝑfectū cadens in faciē dixit. Filia mea dulciſſima miſerere mei ⁊ hui⁹ meſtiſſime matris tue: ⁊ huius miſerrimi viri tui qui poſt te viuere non valebit. Perpetua vō immobilis ſtabat. Tūc pater filium ad collū eius iactauit: ⁊ ipſe ⁊ mater ⁊ maritus eius manus tenentes ⁊ flentes oſculabant̄ eam dicentes. Miſerere noſtri filia ⁊ viue nobiſcū. At illa proijciēs paruulū ⁊ illos repellēs ait. Diſcedite a me inimici dei mei: qꝛ non noui vos. Vidēs vō ꝑfect⁹ eoꝝ cōſtantiā diriſſime verberatos in carcere poſuit. Sācti vō dum plurimū meſti eſſent de felicitate q̄ octo iaꝫ menſibus pregnans erat: ꝓ ea orauerūt ⁊ dolores partus ſubito in eam irruerunt: pepericqꝫ filium vnum. Quidam vero de cuſtodibus dixit ad eam. Quid faces cum ante prefectum veneris ſi nunc tam grauiter

cruciaris. Rñdit Felicitas. Hic ego ꝓ me patior: ibi ꝓ
me deus patietur. Extracti igiť de carcere ligatis poſt
tergum manibus ⁊ nudatis natibꝰ per plateas ducū-
tur. Et dimiſſis beſtijs ſatyrus ⁊ perpetua a leonibus
deuorantur: reuocatus ⁊ felicitas a leopardis come-
duntur. Beatus vero ſaturninus capite truncatur cir
ca annos domini. cclvj. ſub Ualeriano ⁊ Galieno im-
peratoribus.

¶ De ſancto Jacobo interciſo. clxx. A.



IAcobus martyr cognomēto inter
ciſus nobilis genere ſed fide nobi-
lior ex regione perſarū ⁊ ciuitate ela
pe oriūdus fuit. Hic ex xp̄ianiſſimis
parentibꝰ ortus eſt: ⁊ vxorē xp̄ianiſſi
mā habuit: erat quoq; notiſſimus re
gi perſar: ⁊ inter optimates primus
Accidit aūt vt a pricipe nimio amo-
re ſeduceretur: ⁊ ad colēdū idola fle-
cteretť. Hec aūt mater ⁊ vxor audien-
tes ꝓtinus ſibi ſcripſerunt dicentes.
Obediendo mortali deſeruiſti eū qui vita eſt: placen-
do ſuture cito putredini deſeruiſti ſempiternū odorē:
veritatē in mendaciū cōmutaſti: ⁊ mortali obtēperās
viuor ac mortuor iudicē reliquiſti. Nouerís igiť nos
amodo a te futuras extraneas: nec tecū decetero aliq̄-
tenus moraturas. Cū aūt has literas Jacobus legiſ-
ſet amare flens ait. Si mř mea que me genuit: ⁊ vxor
mea a me extranee facte ſunt quātomagis a me extra
neus factus eſt deꝰ meus. Cū ergo ꝓ errore ſuo ſe plu-
rimū afflixiſſet: nuntiꝰ venit ad principē qui diceret ia
cobum xp̄ianum eſſe. Quē princeps aduocās ait. Dic
mihi ſi nazarenꝰ es? Cui iacobus. Etiā nazarenꝰ ſum.
Et ille. Ergo magus es. Cui Jaco. Abſit a me magū
eſſe. Cū ergo ei multa ſupplicia minareť dixit Jacobꝰ
Nō me conturbant mine tue: q: tanq; ventus flans ſup
petrā furor tuus aures meas cito ptrāſit. Cui pricceps
Noli imprudenter agere ne graui morte peas. Cui ia
cobus. Hoc non mors ſed ſomnus potius eſt dicendū:
cum poſt modicū reſurrectio tribuať. Cui priceps. Nō
te ſeducant nazareni dicētes mortē eſſe ſomnū: q: ma-
gni impatores timēt eā. Cui iacobꝰ. Nos mortē nō ti
memꝰ q: de morte ad vitā tranſire ſperamꝰ. Tūc prin
ceps de cōſilio amicor hanc ſuper iacobū tulit ſniam
vt ad terrorē alior mēbratim iacobus puniatur. Cum
aūt quidam ex cōpaſſione flerēt ille ait. Nolite ſuper
me flere. ſed ſup voſipſos plāgite: q: ego ad vitā pergo
⁊ vobis ſupplicia eterna debenť. Tūc carnifices polli
cē manꝰ eius dextre abſciderūt. Et exclamans Jaco-
bus ait. Liberator nazarene ſuſcipe ramū arboris miſe
rie. Nā a cultore vinee ſarmentū aſcidiť vitis vt potiꝰ
germinet ⁊ vberius coroneť: Cui carnifex. Si adſenti-
re vis adhuc tibi parco ac medicamētū adhibeo. Cui
Jacobus. Nōne ꝓſpexiſti ſtipitē vitis: q: cū amputanť
ſarmēta ille nodus q̄ remanet in ſuo tp̄e cū terra cale-
ſcere incipit: per ſingula abſciſſionis loca ꝓducūť ger
mina. Si ergo vitis putať viciſſitudine tp̄is vt germi
net: quanto magis fidelis hō q̄ in vera vite xp̄o cōpa-
ctus eſt. Tunc accedēs carnifex ſcḋm aſcidit digitum.
Beatus aūt iacobꝰ dixit. Suſcipe duos ramos q̄s plā-
tauit dextera tua dn̄e. Abſcidit ⁊ tertiū. Et dixit Jaco
bus. De triplici tētatione liberatꝰ benedicā pr̄i ⁊ filio
⁊ ſpūiſancto ⁊ cū tribus ereptis de camino pueris con
fitebor tibi dn̄e: ⁊ in choro martyrū pſallā noī tuo xp̄e.
Abſciſſus eſt ⁊ quartus ⁊ iacobus dixit. Protector fi
lior iſrael qui in quarta benedictione ꝓnunciatus es
ſuſcipe a ſeruo tuo confeſſionem quarti digiti tanq; in
iuda benedicti. Abſciſſo quinto digito dixit. Cōpletū
eſt gaudiū meū. Tūc carnifices dixerūt ei. Parce iam
nunc aie tue ne pereas: nec cōtriſteris ſi vnā manum
amiſeris: q̄ multi ſunt vnā manū tm̄ hn̄tes ⁊ multi
diuitijs ⁊ honoribꝰ abūdātes. Btūs iacobꝰ dixit. Qn̄
paſtores incipiūt pecora tōdere nunq̄d dextrū tm̄ vel-
lus auferunt ⁊ ſiniſtrū dimittunt. Si ergo pecus quod
aīal brutū eſt totū vult vellus amittere: quāto magis
⁊ ego hō rōnalis nō dedignabor ꝓ deo occidi. Accedē
tes igiť impij ad ſiniſtram manū digitū minimū inci-
derūt. Et iacobꝰ dixit. Tu dn̄e cū magnꝰ eſſes minimꝰ
⁊ paruus ꝓ nobis fieri voluiſti: ⁊ idcirco reddo tibi cor
pus ⁊ aīam quā creaſti ⁊ ꝓprio ſanguine tuo redemi-
ſti. Abſcidiť ſeptimus digitꝰ ⁊ ait. Septies in die lau-
dē dixi dn̄o. Abſcidiť octauus ⁊ dixit. Octauo die cir-
cunciſus eſt Jeſus: ⁊ hebreus circuncidiť octauo die vt
tranſeat ad legales ceremonias: ⁊ mēs ſerui tui domi
ne trāſeat ab his incircūciſis ⁊ coinqnatū hn̄tibꝰ p̄pu
tium vt veniā ⁊ cōſpiciam faciē tuā dn̄e. Incidiť etiā
nonus digitus ⁊ ait. Hora nona tradidit xp̄s in cruce
ſpm̄. Unde ⁊ ego domine in dolore noni digiti tibi con
fiteor ⁊ gratias ago. Inciditur decimus ⁊ ait. Decimꝰ
numerus eſt in preceptis: ⁊ iota prima litera eſt noīs
Jeſu xp̄i. Tunc quidam de aſtantibꝰ dixerunt. O dile-
ctiſſime quondā noſter ꝓfitere tm̄ corā cōſule vt viue-
re valeas. Lꝫ eīn abſciſſe ſint manꝰ tue: ſunt tn̄ peritiſ
ſimi medici qui tuis doloribus valeant ſubuenire. qui
bus iacobus dixit: abſit a me hmōi nefanda ſimulatio
Nemo eīn mittens manū ſuam ad aratrū: ⁊ reſpiciēs
retro aptus eſt regno dei. Tūc indignati carnifices ac
ceſſerūt ⁊ pollicem pedis dextri abſciderūt. Et iacobꝰ
dixit. Pes xp̄i pforatus eſt ⁊ ſanguis exiuit. Abſcidiť
ſecundus pedis digitus: ⁊ ait: magna mihi dies hec ē
pre omnibus diebus hodie quippe ad deum fortē con-
uerſus ibo. Abſciderūt ⁊ tertium ⁊ ante ipm̄ piecerūt
Et ſubridens iacobus dixit. Uade tertie digite ad ſo-
cios tuos: ⁊ quemadmodum granum tritici multū fru
ctum affert ita ⁊ tu in nouiſſimis diebus cū ſocijs tuis
requieſces. Abſciditur quartus: ⁊ ait. Quare triſtis es
anima mea ⁊ quare conturbas me. Spera in deo qm̄
adhuc confitebor illi ſalutare vultus mei ⁊ deꝰ meus.
Abſciditur quintus ⁊ ait. Nunc incipiam dicere ad do
minum: quoniam me dignum fecit ſocium ſeruis ſuis
tunc accedentes ad pedem ſiniſtrum digitum paruū
abſciderunt. Et dixit iacobus. Digite parue confortare
q: magnus ⁊ paruus vnam habent reſurrectionem.
Capillus capitis non peribit: quantominus a ſocijs
tuis minime ſeparaberis. Abſciditur ſecundus. Et ia
cobus ait. Deſtruite veterem domū quia ſplendidior
paratur. Abſciditur tertius. Et ait iacobus. Tunſioni
bus firmatur incus. Abſciditur ⁊ quartus: ⁊ ait: Con-
forta me deus veritatis: quoniā in te confidit anima
mea: ⁊ in vmbra alarum tuarum ſperabo donec tranſ
eat iniquitas. Abſciditur ⁊ quintus: ⁊ ait Jacobus. ec
ce me tibi domine immolo vicies. Tunc accedentes
pedem dextrum abſciderunt. Et dixit Jacobus. Nunc
offeram munus celeſti regi pro cuius amore hec pa-
tior. Abſciderunt ⁊ pedem ſiniſtrū. Et beatus iacobꝰ
dixit. Tu es qui facis mirabilia exaudi me dn̄e et ſal-
ua me. Abſciderūt dextram manū ⁊ ait. Miſericordie
tue domine adiuuent me. Ad ſiniſtram ait. Tu es deꝰ
qui facis mirabilia. Abſciderunt dextrū brachium: et
ait. Lauda aīa mea dominū: laudabo dominum in vi
ta mea pſallā deo meo q̄diu fuero. Abſciderunt ⁊ bra
chium ſiniſtrum: ⁊ ait. Circūdederūt me dolores mor
tis ⁊ in noīe domini vindicabor in eis. Tunc accedens

tes abſciderūt ſurā dextri cruris ſcindentes vſq ad femur. Tūc btūs iacob⁹ ineffabili dolore grauat⁹ exclamans ait. Dñe ieſu xp̄e adiuua me qz circūdederūt me gemit⁹ mortis. Et ait carnificib⁹. Carne noua me dñs induet quā veſtra vulnera maculare nequibūt. Jā carnifices defecerāt: eo q a prima hora diei vſq ad nonā in ei⁹ inciſiōe ſudaſſent. Tūc iterū accedentes ſiniſtri cruris ſurā abſcindēdo vſq ad femur extraxerūt. Tūc exclamās btūs iacob⁹ dixit. Domiator dñe exaudi me ſemiuiuū viuorū ꝛ mortuorū dñs. Digitos dñe non habeo vt ipſos ad te porrigā nec man⁹ vt eas ad te extēdā. Pedes mei trūcati ſunt: ꝛ genua mea demolita vt tibi genua flectere nō valeā: ꝛ ſum velut caſura dom⁹ ablatis qb⁹ ſuſtētat colūnis exaudi me dñe Jeſu xp̄e ꝛ educ de carcere aīaz meā. Hec cū dixiſſet vnus de carnificibus acceſſit ꝛ caput eius amputauit. Xp̄iani igit̄ occulte acceſſerūt ꝛ corp⁹ ei⁹ rapiētes honorifice ſepelierunt. Paſſus eſt aūt .v. kalen. Decembris.

## De ſancto Paſtore. clxx. A.



mente perpẽdit. Que qꝛ in hiſtoꝛiali circa finem ſatis diffuſe narrat vincẽtius vbi nõ de auditis relatu: ſed ſuo tpe geſtis fidẽ facit breuitatis gratia dimittuntur. Poſtmodũ vero audita moꝛte regine matris ſue: baronũ ſuoꝝ conſilio redire in franciã acquieuit. Et dũ eſſet in mari nauis ipm̃ deferens bina impulſione ad rupem tã foꝛtiter eſt colliſa ꝙ a nautis ⁊ alijs peritura crederetur. Tanta igit̃ concuſſione perterriti ſacerdotes/clerici ⁊ alij ſanctum regem inuenerũt orantẽ coꝛam ſacro coꝛpoꝛe ieſu xp̃i. Et fuit coꝛum omniũ firma fides qđ eius meritis ⁊ precibus eos omnipotens deus a moꝛtis periculo liberaſſet. Reuerſus itaq; in franciam cum ineffabili gaudio ab omnibus eſt receptus. Ac extunc de virtute in virtutem proficiens ad omnimodam vite perfectionẽ peruenit. Tunc enim cepit fundare hoſpitales: domos pauperum: religioſoꝝ edificare monaſteria: clauſtra: doꝛmitoꝛia: eccleſias: loca ⁊ alia edificia opoꝛtuna. Cecis ⁊ benignis filiabus dei fere in omni ciuitate regni cũ certis eleemoſynis de locis ⁊ domib⁹ ſibi cõpetentibus prouidit. Plura etiam monaſteria diuerſoꝝ oꝛdinum ab ipſo fundata ⁊ ex toto magnis fundauit reditibus. Inter q̃ abbatiam regalis montis Ciſtercienſis oꝛdinis magnifice fundauit ⁊ dotauit. In qua ſemel qđ mirabile eſt dictu cuidam monacho lepꝛoſo in quodam prãdio flexis genibus cibum ⁊ potum in os eius immittendo humiliter miniſtrauit: abbate ⁊ qui aderant in lachꝛymas ꝓrumpentibus ac pre hoꝛroꝛe vix videre valentibus. Precipua etiam deuotione ſanctas venerabatur reliquias ⁊ dei cultũ ⁊ honoꝛem ſanctoꝝ iugiter augmentabat. Pariſi⁹ ſiqdẽ in regali palatio capellã ſpecioſiſſimã cõſtruxit: in qua ſacroſanctã coꝛonã dñi ſpineã ⁊ maximã partẽ ſancte crucis ferrũq; lancee quod latus aperuit ſaluatoꝛis cum plurib⁹ alijs reliquijs digniſſime collocauit. quas a cõſtantinopolitano impatoꝛe receperat. cũ immẽſis laboꝛib⁹ ⁊ expẽſis. Oppꝛobꝛia vero fidei chꝛiſtiane audire nõ poterat: ſed zelando zelum dei grauiter puniebat. Unde quẽdam ciuem pariſienſem q̃ turpiter iurando xp̃m blaſphemauerat in peccati penã ⁊ alioꝝ terroꝛem ferro candenti in labijs ſuis cauterizari precepit dicens. Uellem quoad viuero in labijs meis talẽ indecentiam ſuſtinere dũmoda hoc peſſimum iurationis vitiũ de regno noſtro penitus tolleretur. Similiter ſarracenis petentibus in pactione de ſoluenda pecunia pro ſe ⁊ ſuis addere ꝙ fidem xp̃i negaret ſi pactũ non teneret facere: conſtãter denegauit. Et perſuadentibus qui aderant ꝙ hoc ſine peccato facere poſſet: reſpondit. Tantum hoꝛreo v̓bũ de neganda fide etiam ſub conditiõe audire ꝙ nõ poſſem illud expꝛimere ſono vocis. Unde etiam quendã nobilem ſarracenum qui recenter ſoldanũ occiderat facere militem recuſauit dicens: ꝙ nec ꝓ moꝛte nec ꝓ vita infidelem quẽꝙ inſigniret baltheo militari. In tãta etiã veneratione habebat ſignaculum ſancte crucis: ꝙ deſuper calcare nolebat: ⁊ a pluribus religioſis exegit vt in clauſtris coꝝ ⁊ tũbis cruces nõ inſculperẽtur ⁊ ſculpte penitus raderent̃. In regimine vero ita prudenter ſe gerebat ꝙ abſq; perſonarum acceptione iuſtitiam reddebat vnicuiq;. Timẽs vero ne cauſe pauperũ vix ingrederent̃ ad iudices bis in hebdomada ad audiendum conquerentes in loco patenti ſe ponebat ⁊ eos celeriter quantum poterat expedire faciebat. Et quando negotium fidei per prelatos ſeu inquiſitoꝛes deferebat̃ ad eum: omnibus alijs poſtpoſitis faciebat ꝙ citius expediri. Duella vero tanꝙ a iure ꝓhibita cuiuſq; inſtantia non admittebat ſed per aliam viam iuri conſonam etiam magnatum maleficia puniebat. Statuit inſuper ad abolendas vſuras vt obligatos iudeis aut alijs publicis vſurarijs nullus iudex cõpelleret ad ſoluẽdũ. Et qꝛ pacẽ operatur iuſtitia dedit tibi deus pacem ⁊ regno tranquillitatem. Tandẽ poſt multoꝛum annoꝛum ſpacia audiens deſolationẽ terre ſancte ⁊ mala chꝛiſtiane gentis ferre non valẽs cum filijs ſuis ac regni comitibus ⁊ magnatibus ſecũdo tranſfretare diſpoſuit: in qua tranſfretatione diem ſuũ vltimum appꝛopinquare videns filios ſuos admonebat: vt pro eccleſia dei ⁊ defenſione terre ſancte: vt ipſe faciebat oi virtute inſiſterent. Currente igitur nauigio verſus tunicum ⁊ exercitu ſuo libere capiente poꝛtum in aphꝛica carthaginis caſtrum ⁊ adiacentẽ regionem vi armoꝛum ceperunt. Deinde inter carthaginem ⁊ Tuniciũ fixerant tẽtoꝛia ibi aliquandiu moraturi. Illic ergo beatus Ludouicus poſt tot laudabilia virtutũ opera poſt tot laboꝛioſos agones quos pro fide xp̃i indefeſſe animo tolerauerat diſponente deo q̃ labores ſuos voluit feliciter conſummare ⁊ laboꝛum ſuoꝝ fructum retribuere: lecto decubuit febꝛe continua valde fatigatus. Inualeſcente igitur moꝛbo ſanẽte integro aſpectu atq; auditu orans ac ſanctos inuocans deuote ſuſcepit oia eccleſiaſtica ſacramenta. Demum ad extremam hoꝛam veniens: ⁊ ſuper ſtratũ cinereum recumbẽs verba pꝛoferens vltima parte. In manus tuas dñe cõmendo ſpiritũ meum. Anno dñi. M. cclxx. hoꝛa nona feliciter migrauit ad xp̃m. Coꝛp⁹ vero illius delatũ fuit ad ſepulchꝛum patrũ ſuoꝝ apud ſanctum Dionyſium in francia vbi ⁊ etiam alibi in diuerſis mundi partibus crebꝛis coruſcat miraculis. In die ſepulture eius quedam mulier ſagienſis diocefis viſum quẽ pꝛius perdiderat recuperauit omnino meritis ⁊ precibus pij regis. Quidam iuuenis de burgũdia ſurdus ⁊ mutus a natiuitate cum alijs veniens ad ſepulchꝛũ eius pꝛout videbat alios facere nutibus exterioꝛibus ſancti ſuffragiũ imploꝛabat. Et cum ibi aliquandiu permanſiſſet aperte ſunt aures eius ⁊ ſolutũ vinculum lingue eius. Et qui nunꝙ gallicum audierat pure gallicũ loquebat̃. Et cum audiuit pꝛimo campanas pulſari maximo terroꝛe perterritus putabat totam eccleſiam ſuper ſe ruituram. Anno quo beatus lodouicus fuit aſcriptus ſanctoꝛũ catalogo in diuerſis partib⁹ ad inuocationem ipſi⁹ multa cõtigerunt miracula. Ebꝛoicis nãq; puerum quẽdam pꝛope qđdam molendinum ſubmerſum parentes multis ſanctoꝛum ſuffragijs cõmendauerunt. Uerũ omnipotenti deo miſericoꝛditer diſponente mirificare ſanctum ſuũ vox intonuit vt puer predictus beato ludouico deuoueretur quo ſtatim ad eccleſiam fratrum predicatoꝝ nuꝑ i honoꝛem btĩ ludouici fundatam cũ ſolitis oblationibus delato confeſtim viuus apparuit.

## De interpꝛetatione nominis.

Thomas interpꝛetatur abyſſus vel geminus vel diuiſus vel ſignatus ſiue conſummatus. Fuit ſiquidẽ hic ſanctus doctoꝛ thomas velut abyſſus ꝓfundiſſima. ſciẽtia eñ ⁊ ſapientia profundiſſimus extitit Ideoq; non immerito aquinus ex nomine patrio dictus eſt: quoniam doctrine celeſtis aquas nactus eſt abundantiſſimas propter quod illud Eccl. xv. ſcriptum de eo dici poteſt. Aqua ſapiẽtie ſalutaris potauit illum deus. Et Apocalyp. xxij. Oſtẽdit angelus flumẽ aque viue ſplendidũ tanꝙ criſtallum procedẽs de ſede dei agni. Et Pꝛouerb. xx. aqua profunda conſilium in coꝛde viri. Aut certe aquinus ex eo dici poteſt

ꝑ ex aquis mũdane vanitatis ⁊ ꝓprie natiuitatis edu
ctus ꝑ religioſam vitã reſtitut⁹ eſt matri ecclie myſti
figura. Fuit etiã gemin⁹ deuotiõis decore ⁊ intelligen
tie claritate. inſuper diuiſus fuit a mũdanis cupidita
tib⁹ ⁊ põpis ⁊ religiõis vitã acerrimam ducẽs: deniq̃
fuit ſignat⁹ aut cõſummat⁹ oĩm virtutũ ſplẽdore: quã
propter bene eſt nũcupatus thomas quod põt interp̃
tari quaſi thau meum. i. ſignum meum vel cõſumma
tio mea. Deus eñ tantis eum illuſtrauit atq̃ perfudit
gratie donis vt verũ dei ſignum atq̃ cõſummatio. i. ꝑ
fecta dei operatio eſſet. Cuius hiſtoriã ⁊ vitam quidã
epũs Rodonenſis conſcripſit. Feſtiuitas aũt eius cele
bratur nonis martij qua die migrauit ex hoc mundo
ad perpetuam gloriam.

## De ſancto Thoma de aquino. clxxvij.



Thomas de aquino ordinis predi
catorum doctor egregius nobili
bus ortus progenitorib⁹ Lãdolpho
pr̃e de domo ac illuſtri ꝓſapia comitũ
aquinor̃ confinibus campanie et re
gni ſicilie matre theodora de neapo
litana ſtirpe exiſtente duxit originem:
qui per ſctm̃ eremitã Bonũ noĩe mũ
ſue fuit prenũtiatus ex noĩe naſcitur⁹
magnus in orbe natus. fuit anno do
mini. M. ccxx v. hic exiſtẽs infantul⁹
cũ a cunis pro balneo ſolueret̃ nutu diuino chartulam
quandã humi iacentẽ in qua ſalutatio angelica conti
nebat̃: brachium nemine iuuante extendens accepit.
Cui vix mater eripere potuit. Hic puer quinq̃ annor̃
exiſtens miſſus fuit a parentibus ad monaſteriũ mon
tis caſſini: erudiendus in primis literarum elemẽtis
⁊ moribus imbuẽdus. Cum autem ſeptẽ annorũ eſſet
miſſus eſt neapolim ad ſtudium artium liberalium. q̃
tanta celeritate naturalis ingenij omnes artes didi
cit in ſeptẽ annor̃ ſpacio: ⁊ precellens omnes ingenio
⁊ labore cunctis erat admirabilis. Cũ aũt eſſet anno
rum. xiiij. virgo electus a domino intrauit ordinem ſa
cratiſſimũ fratrum predicator̃. Hic etiam eodẽ anno
quo intrauit ordinem cum per fratres ordinis predi
ca fuiſſet romã perductus: ⁊ de roma per tuſciam pa
riſius duceret̃: vt a ſuis elongaretur parentibus: rapt⁹
⁊ captus fuit in itinere per germanos ſuos carnales:
⁊ vi ablatus a fratrib⁹ ⁊ miſſus ad matrem ſuam in ca
ſtro montis ſancti ioannis vbi detentus ⁊ cuſtoditus ⁊
clauſus in carcere ſtetit quaſi biennio in habitu ordĩs
quẽ aſſumptum nunq̃ deſeruit nec ad deſerendũ ali
quatenus flecti potuit. Deditus vero ibidem orationi
⁊ cõtẽplationi ac ſtudio ſcripturarũ tãq̃ in ſchola inm̃
mi magiſtri plurimũ profecit. et vehemẽtis libidinis
ſuggeſtricẽ a carcere cũ ſtipite ignito fugauit. Unde ex
hac victoria tale donum a deo conſecutus eſt: vt nullũ
ſtimulum voluptatis veneree poſtea ſenſerit. Poſtq̃
autem redditus eſt ordini miſſus eſt coloniã vbi doce
bat philoſophiam ⁊ theologiam: doctor albertus ma
gnus eiuſdem ordinis profeſſor: a quo plurimum eru
ditus eſt ſpacio annorũ. xj. Cum vero attigiſſet. xxvij.
annum etatis ſue pariſius miſſus gradum baccalaria
tus in theologia ſuſcepit qui cũ laudabiliter legiſſet
ſententias ⁊ oĩbus eſſet venerabilis propter admira
biles queſtionũ ſolutiones aſſumptus eſt ad magiſteriũ
ſacre theologie anno ſue etatis. xxx. Qui viuens vſq̃
ad poſtea annos. xx. maximos ⁊ pulcherrimos libros
cõpoſuit q̃ libri fere complent centenariũ numerum.
Habuit autem tantam a deo gratiam vt dubia aliis
occulta per reuelationẽ dei apparentibus et beatis pe
tro ⁊ paulo cognoſceret. Incẽdebat eñ dei amore: ſta
⁊ rapiebat̃ in cõtẽplatione myſterior̃ diuinor̃ vt etiã
comedendo circa illa cogitaret. Et exiſtens in menſa
ſancti Ludouici regis putaret ſe eſſe in ſtudio ⁊ cella
ſua. Spãlr̃ etiam adiutorio diuino fret⁹ q̃õnẽ difficilli
mã de ſacramẽto corporis xp̃i oĩb⁹ magiſtris pariſienſi
bus ignotã declarauit: hic doctor egregi⁹ ẽ extaſi ⁊ alie
natione viriũ ſenſitiuar̃ mẽte frequẽter apparuit idẽ
eleuat⁹ corꝑe etiã viſus eſt in orõne exiſtẽs vno cubito
⁊ aliq̃ñ duob⁹ a terra ſurſum leuari. Quoties aũt vir
ſctũs diſputare / legere / ſcribere / vel dictare aliq̃d vel
let prius ad orõnẽ accedẽs inueniebat ſic in ꝓ̃mptu q̃
q̃rebat ac ſi in libro legeret. Fuit inſup tant⁹ amor ve
re ſapiẽtie vt archieꝑatũ neapolitanũ ad quẽ volebat
eũ ꝓmouere dñs clemẽs papa quart⁹ recuſauerit: et
homilias Chryſoſto. ſuper Matth. ꝑlegerit ciuitati
pariſienſi ⁊ rõnẽ reddẽs fratrib⁹ dixit. Ciuitas hec ſi
eſſet mea ꝓpter curã regiminis mihi eriperet ſcõtẽpla
tionẽ diuinor̃ ⁊ cõſolationẽ animi impediret quã ſcri
ptura ſancta donat. Tãdẽ vero iſte doctor egregi⁹ flo
rens ſciẽtia ⁊ doctrina eminẽs vocat⁹ p Grego. papã
x. ad generale cõciliũ q̃ð celebratum fuit lugduni i Ka
len. maij anno dñi. M. cclxxiiij. Obijt in itinere in mo
naſterio foſſe noue ciſtercieñ. ordinis terracineñ. dioce
ſis nonis martij etatis ſue anno. l. inchoante. In obitu
autem eius non defuerunt ſigna miranda que ſcti do
ctoris indicarent exitum ex hoc mundo ⁊ eterne ſue fe
licitatis demonſtrarent initium, Nã ſtella quedã ad
modum comete tribus diebus ante doctoris obitum
ſuper idem monaſterium viſa fuit etiam in die quo ſa
cto doctore migrante diſparuit. Dominus etiã albert⁹
magn⁹ colonie in menſa exiſtens cepit ſubito lachry
mari. Dixitq̃ aſſiſtentibus. Frater Thomas de aq̃no
filius meus in xp̃o qui fuit lumen eccleſie ab hac luce
hodie migrauit. Supprior etiam foſſe noue patiẽs in
oculis fere omnimodam cecitatem emiſſo voto addu
ctus ad ſepulchrum ſancti corporis ⁊ orans deum me
ritis ſui ſancti viſus beneficium recepit ⁊ clamauit co
ram toto conuentu: benedictus deus qui meritis ſan
cti thome clare me videre fecit. Et longo tp̃e poſt vi
uens vmbraticenſis eccleſie factus eſt epũs. Manife
ſtum q̃z miraculum duabus tranſlationib⁹ ſacri corpo
ris btĩ thome apparuit. Ex eo eñ q̃ prodijt odor ſua
uiſſimus ⁊ fragrãtiſſim⁹ q̃ð ſignũ fuit ſciẽtie ſue diffun
dende p totũ orbem: ⁊ ip̃m dũ viueret redoluiſſe oĩb⁹
virtutibus. Nullus enim ſtimulus ſuperbie: nec ali
quis feror cuiuſcũq̃ peccati mortalis eo viuẽte exiuit.
Quartodecimo etiã anno ab ei⁹ felici obitu cũ p̃cioſ⁹
theſaurus ſacri corporis patefact⁹ eſſet: inuẽtũ eſt cor
pus integrũ mẽbris ⁊ pannis ſui habit⁹: ſolaq̃ naſi ſũ
mitas paululum diminuta viſa eſt. Odorq̃ tant⁹ ema
nauit vt oẽs monachi inde excitati ſuas cellas exirẽt
ad videndũ tãtum miraculũ. Eiuſdem ſacri corporis
manum dexteram dña theodora comitiſſa petiuit ab
abbate monaſterij foſſe noue quã nõ potuit euellere le
uiter a corpore: q̃uis iam annis. xliij. iacuiſſet in terra
ſed cõpulſus eã ferro detrũcauit: que mirãdũ odorẽ eã
venerantib⁹ deuote effundebat. Unde cũ quidam vir
magne fame anno ab obitu ſancti thome. xlu. q̃reret
p̃cioſas reliquias ad reponendũ in quadã capella ſan
cte crucis quã edificari fecerat apud ſalernum: ⁊ veniſ
ſet in capella caſtri ſancti ſeuerini Salernitane dioce
ſis: ⁊ ſibi oſtenſa fuiſſet manus predicta: eãq̃ deſpexiſ
ſet ſtatim tremore magno totius corporis egrotari ce
pit: videbaturq̃ ſibi q̃ haberet caput groſſum ad mo
dum vnius cube ⁊ nimis ponderoſum. In ſe autem re

uerſus ⁊ penitens acerrime de irreuerentia facta cum reuerenter illam adoraſſet a tremore illo ⁊ inflatione corporis liberatus eſt. Quã cũ deoſculatus eẽt odorẽ maximũ ex ea progredi ſenſit: qualem ⁊ quantũ nunꝗ̃ ſe meminerat percepiſſe. Odor autẽ ille ex tactu ſacre manus ſibi ⁊ eius caputio quod i collo gerebat multo tempore ſic adheſit ꝙ ipſe ⁊ caputium adeo redolebãt illis inter quos conuerſabatur ꝙ pluribus interrogãtibus quid ſecũ ferret odoriferum cõpellebatur miraculi ſeriẽ ſepe recitare. Et extunc vt aſſerit tantam deuotionem ad ſanctum Thomã ⁊ cõfidentiam accepit ꝙ quoties aliqua tentatio ſibi adueniret vel periculũ immineret recõmẽdãs ſe meritis ſancti Thome ⁊ inuocans nomen eius ſe ſenſit ab impugnatione ⁊ periculo ſtatim liberatũ. Aduertendũ autẽ eſt ꝙ odor ille prodiens a membris beati viri miraculoſus eſt: quia non ſentitur quoties adorãtur membra: nec ab omnibus qui ipſa adorant: ſed quando placet ⁊ perſonarum deuotio promeretur. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ non ſit odor humano ingenio ꝓcuratus qui diuina extitit virtute cõceſſus: nec vllius rei naturalis odor ſimilis illi reperitur. Ut autem amplius glorificetur deus in ſancto ſuo quem mirificauit: pauca de multis miraculis ad augmentũ deuotionis fideliũ hic ſubdunt. Quidã arte chirurgicus: ſed per decẽniũ infirmitate podagricus: nec valens per ſe ambulare ſe deo et beato Thome deuouit: ⁊ iuxta eius tumulũ incũbẽs oratione facta ſanus proſiliit laudãs deum ⁊ ſctm̃ eius. Alter ꝗdam propter horribilẽ fantaſmatis viſionem omni virtute deſtitutus: ⁊ mortuo ſimilis videbat: adeo vt igne mẽbris eius admoto nullaten᷒ ſentiret qui portatus ad tumulũ ſancti Thome poſt morulã liber ⁊ ſanus oĩno a ſepulchro ſurrexit. Mulier quedã cum filiũ ſuũ duorũ mẽſiũ in cunis decubantẽ periclitari formidaret ꝓpterea preſertim ꝙ per menſes quatuor ex ſurditate adeo grauata eſſet decies exclamare vagientem etiã puerũ vix audiuit: viri ſui inductione qui meſtus vna cũ illa cõmunis filij periculo cõdolebat: predicto viro dei vt eã ab eadẽ infirmitate eriperet obnoxius deuouit: emiſſoq; voto cũ nocte ſecura dormiſſet in craſtino ſe liberatã ſancti meritis reperit vt optabat. Puella gutturis ſui fauces ſquinantie habens infirmitate conſtrictas intantũ: vt neq; ſumere quicꝗ̃ poſſet neq; reſpirare dum deuote ſe btõ viro a mr̃e ꝑſuaſa cõmẽdaret ductaq; fuiſſet in craſtinum ad predictũ monaſteriũ foſſe noue ſuppoſitis gutturi ſuo ſctĩ reliquijs cõfeſtim meliorataz ſe ſenſit panẽ comedit: ꝑfecteq; ſanata rediit. Quidã conuerſus foſſe noue adeo grauem in brachio dextro ⁊ ſpatula dolorez patiebat vt illud deferret ſuſpẽſum ad collũ ⁊ penitus ei inutile atq; dolore vehemẽter afflictũ qui neq; medicorũ auxilio remediũ inueniens imo ampliore dolore grauar᷒ dũ dicto ſancto ꝓ ſua ſanitate ſe humiliter cõmẽdaſſet a ſomno ſurgens ſe penitus liberatũ cognouit. Infans quidaz quatuor annorũ tumorẽ ⁊ rubore in coſtis crure vſq; ad pedẽ patiebat adeo afflictiuũ vt nec a matre ſua vel alio tãgi ſine leſiõe ⁊ clamore aliquatenus potuiſſet neq; ſe mouere poterat. Cũq; puer per menſem in tãto dolore et anxietate fuiſſet ⁊ a medicis ſpes curationis ſine inciſione puerili non inueniret deficiente natura artiſq; ſuffragio nõ inuẽto: recurſum eſt ad deũ ⁊ ſanctũ ſuum Thomã. Mater vero infantuli btõ Thome ipm̃ deuotiſſime cõmẽdauit vt a dicta infirmitate ſine inciſione ſuis meritis puerũ liberaret: qui delat᷒ ad monaſteriũ ⁊ poſit᷒ ſuꝑ tumulũ poſt aliquã morulã ſan᷒ inde ſurrexit. Propter hec et alia teſtimonia multa ꝗ̃ de hoc viro iuſto mortalib᷒ credibilia ꝑ deũ facta ſunt nimis dñs Joãnes papa. xxij. apud auinionẽ pontificatus ſui ãno. vij. xv. kal. Aug. anno xp̃i incarnati. M. cccxxiij. a felici vero trãſitu huius viri beati ex hoc mũdo anno L. decurrente illũ ſanctorũ confeſſorũ catalogo adiunxit. Ad laudẽ ⁊ gloriã dñi nr̃i Jeſu xp̃i qui hũc ſctm̃ adhuc in terris viuentẽ ⁊ iam ad celos tranſlatũ multis fecit coruſcare miraculis vt fideles ipm̃ inuenirẽt apud deum benigniſſimum patronum et eius veſtigia imitantes regna celeſtia conſequi poſſent.

## De ſancto Marcello epõ. clxxxiij. A.



Beatiſſimus Marcellus antiſtes natus Pariſij: ſ; ciuis paradiſi in terris humilis: erect᷒ in celis mediocris parentib᷒ ſed meritis celſus. Cui hoc fuit nobilitatis lumen inſigne: xp̃o ſine culpa ſeruire. Nõ de generis intumeſcẽs ſupbia: ſed habens de moribus ornamẽta. Nec ſumens de parẽtũ ſe laude iactãtiã: ſ; gratiaz poſſidens in virtutũ exẽplis. Intra ſe ſuos theſauros retinẽs: deũ mundo corde cõplectẽs ſ; cũ xp̃o pauper iſte regnauit ꝗ in humilitatis ꝯuerſatione: in charitatis vbertate: in caſtitatis lumine in ieiuniorũ pinguedine: ita ſe totũ tradidit diſciplinis: vt ab ipſa infantia maturus aſcẽderet ⁊ poſitus in corpore quaſi nihil de carne portarẽt. Hic itaq; beatiſſima inſtitutione ſuccinctus ⁊ venerandis operib᷒ pene pri᷒ ſacerdos extitit ꝗ̃ cleric᷒. Jãdudum dignus qui ſuſciperet dignitatẽ antea ꝑparat᷒ ad id qd erat ſine mora futurus. Calcata mundi pompa vel crinibus: cum diuinis armis initiatus accingeret ad ſpem felicẽ palmã de hoſte publico relaturus i militia xp̃i exercitãdo lector effectus eſt: ac ſeipſum templo chriſti pro primitijs offerens velut a bellis ſacrificium hoſtia vice carnis ⁊ pure mẽtis effectus eſt. Qui clarior mercede ꝗ̃ noĩe: ⁊ merito maior ꝙ gradu ſine offendiculo ſuũ gerens officiũ cepit in militia creſcere quod accepit a rege. Deniq; dum adhuc clericali tyrocinio celaret miraculis ꝓditur ⁊ ſignis celebrib᷒ illuſtratur. Unde quadam vice ad officinam acceſſit fabricalem qui deſpectus ab artifice cogitur vt extracta de ardenti camino ferri maſſa candens manu ſua ferruz accẽſum attolleret ⁊ quanti ponderis eſſet enarraret. Tunc vir beatiſſimus non ignarus totũ de xp̃o pſumere ⁊ quante virtutis canis ſit in rebus nõ turpibus obedire: mox ſuppoſita manu ferrum altius eleuauit dicens. De calore calet: ſed nouem põdera habet. Qd poſtea tantum ad ſtateram inuentũ eſt: quãtum eius vox librare predixerat. Itaq; cũ ſubdiaconali miniſterio fungeretur in die epiphaniorum hauriens aquam de fluuio ſecane: dñ beato prudẽtio epiſcopo manibus abluendis aquã offerret: mutatis elemẽtis vini ſapor inuentus eſt. Quo viſo obſtupeſcens pontifex iuſſit ex ipſo vaſculo in calicẽ ſacrũ defundi. Unde vniuerſus populus miſſa celebrata ⁊ cõmunionem accepit ⁊ ipz vas cũ ad plebis multitudinẽ ſuffeciſſet: ac ſi nõ tactũ ⁊ integrum ſic plenũ permãſit. Cuius vini myſtico beneficio poſtea multi ſanati ſunt. Cũ vir ſanctiſſimus quadã vice ex ſui officij ſeruitute aquã manib᷒ prefato venerabili epõ porrexiſſet: mox inde balſama ceperũt fragrare. Et dum vnda curreret viſa ſunt criſmata reſpirare: vt pene pontifex crederet ſe magis man᷒ vngere ꝗ̃ lauare et alteras aquas ꝗreret vt priores vngere

currens pallio ſuo ſuper corpus eius appoſito puerū viuum confeſtim matri reddidit. Cum ob diuturnā obſidionē ciuitas pariſienſis inedia affligeret: Genoueſa pauperibus cōdolens nauim ſuper ſecanam ad emendam annonā ingredit: Dū aūt ad quēdā locū in q̄ erat arbor iuxta quā naues ſepius periclitarent aduenisset confeſtim arborē incidi precipiēs ad orationē conuerſa duo horribilia mōſtra ex illo loco egredi ſunt viſa. Ab illo aūt die illic nulla nauis periit: ſed ꝓſpero curſu ceptū iter transfretauit. Rediens autē virgo paneos pauperibus iuxta neceſſitates ſuas diſtribuit. Dū quadam vice ciuitatem trecaſſium adiret ꝓtinus occurrens ei multitudo ppl'i innumeros vtriuſq; ſex' diuerſis infirmitatibus afflictos obtulit. Inter quos etiam oblatus eſt ei homo quidā quē dñico die operātē vltio diuina excecauerat: necnō puella ab annis fere. xij. ceca quos illa bñdicens ſine dilatione incolumes reddidit. In ciuitate meldēſi puella quedā adoleſcēti cuidā ꝓmiſſa vt genoueſe virtutes cōperit veſtē ſibi immutari: ac in cōtubernio virginū annumerari a genoueſa expetiit. Ūñ indignat' adoleſcēs ſponſam cū furore ꝓſequitur. Quod genoueſa audiēs eā ad eccliam q̄ ꝓxima erat ſecū duxit: ⁊ fores eccleſie q̄ clauſe erant diuina virtus mirabiliter reſerauit: ⁊ puellam a furore adoleſcentis liberauit. ¶ Aurelie dum quidā pr̄familias ꝓ ſeruo qui aduerſus eum deliquerat genoueſa veniā expeteret: ille eā oīno renueret: confeſtim vt domū ingredit vehementi febre correptus non prius ſanitati reſtituitur q̄ genoueſe veniam poſtulans famulo miſericordiā elargit. Ecce eccliam ſancti martini turoñ. virgo ſcā ingreſſa q̄ plurimos a demōe obſeſſos oleo prius inunctos liberauit. Dū aūt vellet ſemel quoſdā inungere ac oleum in ampulla pontifex etiam q̄ oleū benediceret deeſſet: mox terre recubans in orōne poſita ampulla in manibus eius oleo quo poſtmodū ſanati ſunt egroti eſt impleta. De eius abſtinētia ac etiam virtutibus inter alia multa ſic dicit Innocentius in ſpeculo. A decimoquīto etatis ſue āno vſq; ad quīquageſimū eſca erat ei panis ordeaceus ⁊ faba. quā poſt duas aut tres hebdomadas in olla recōmiſcens edebat. A die dñico vſq; in quintam feriā ieiunabat: ⁊ a q̄nta feria vſq; in diē dñicū. vinū aūt ⁊ quodlibet inebrians nūq̄ potauit. Poſt quinq̄geſimū vo annū ſuadētibus ep̄is ꝓpter obedientiā piſcem ⁊ lac cum pane ordeaceo edere cepit. Multa aūt veneratione catulaſcenſem vicum in quo beatus dionyſius paſſus eſt dilexit cui ꝫ deuotio erat in honore illius baſilicā conſtruere. Suadebat preſbyteris vt faceret vnuſquiſq; collationē ad hoc edificium: qui riſerunt. Erunt forſitan paruulaſ noſtre vires edificandi: ſed coquēde calcis copia deeſt. At illa ſpūſancto repleta vaticinans ait. Egredimini queſo ad pontem ciuitatis: ⁊ que audieritis nunciate mihi. Qui egreſſi in plateā ſtabant attoniti. Et ecce duos cuſtodes porcorum ſermocinantes quorum vn' ad alterum ait. Dum ſuis. i. porce veſtigiū operatus vagantis ſequerer: inueni furnum calcis mire magnitudinis. alter reſpondit. Et ego inueni in ſylua ſub radicibus arboris a vento euulſe furnum calcis de quo nihil ſublatū credo vnq̄ fuiſſe. Qđ audientes preſbyteri gratias agentes reuerſi ſunt. Audiens etiā hec ſancta lachrymis pre gaudio ſinum impleuit. Laceſſiuit itaq; generaliter preſbyterū vt in honore predicti martyris baſilicā conſtrueret. Sicq; omnibus ciuibus illa implorante conſtructa eſt. In cuius opere collectis carpētariis cum potus deficeret: accipiens ſancta cupam ſeorſum proſtrata cū lachrymis orauit. Deinde ſurgens facto ſigno crucis ſuper vas vſq; ad ſummū poculo impletum eſt: ex quo operarii vſq; ad conſummationē baſilice vberrime potātes gratias egerunt. Quadā nocte ſabbati circa gallicantū egreſſa eſt btā Genoueſa ad baſilicā ſcti dionyſii. Cereus vero qui añ ferebat extinctus eſt. Quo turbatis virginib' q̄ cū ea erāt pre horrore noctis cereū ſibi dari ꝑcepit. Quē vt tenuit ſtatī illuminatus eſt. Siīr eodē tpe cū in ecclia diu ꝓſtrata in orōne ſurgeret. cere' nondū igne contact' diuino nutu accēſus eſt in manu eius. De quo ⁊ plures infirmi paululū in fide auferentes ſanati ſunt. Quedam mulier furata eſt calciamēta eius. q̄ vt domū venit exceca ta eſt. Deinde proſtrata ad pedes eius veniā petens ſignatis ab ea oculis viſum recepit. Hildericus etiā frācorū rex valde diligens eā timēs ne vinctos q̄s interimere cogitabat ſancta eriperet ingrediēs vrbem pariſiorum portā claudi precepit. Qđ audiens ſancta ſtatim ad liberandas animas perrexit. Inter cuius manus pp̄lo porta ſe ſine claue reſerauit: ⁊ ſic regem ꝓſecuta ne vinctoꝝ capita amputarent obtinuit. Fuit ēt eo tp̄e beatus ſymeon in columna: quē negotiatores euntes ⁊ redeuntes ferunt de illa interrogaſſe ⁊ eā veneratione ꝓfuſa ſalutaſſe ⁊ ſe in orationib' ei' memorem eſſe popoſciſſe. Pariſius etiā oblati ſunt ei energumini pro quibus in baſilica beati dionyſii ipſa orante vociferabantur clamantes ꝓpe iā eſſe quos ſibi in ſolatio venire beata genoueſa precabat forſitan angelis vel martyres. Que ſurgens ⁊ ſignās vnūquēq; curauit a ſpū immundo vt fetor grauiſſimus aſtantium nares attingeret. A die etiā epiphanie vſq; ad cenam dñi btā genoueſa in cella recluſa ſoli deo vacabat ī orationib' ⁊ vigiliis. Audiens autē puella quedam religioſa ad fores eius magis curioſitate q̄ fide ꝑnotare q̄d ſcā in cella ſua agebat ſcire volēs ſtatim lumē amiſit. Quā ſcā cōſummata quadrageſima egrediēs orōne ⁊ ſigno crucis illuminauit. In ecclia etiā bti Martini turoñ. cū in angulo quodam oraret vir' de pſallentibus arrept' a demonio ꝓprios artus lacerabat. Cūq; beata genoueſa ſpūs immundū exire iuberet ⁊ ille per oculū ꝓgredi ſe minaret: imperante illa fluxu ventris eiectus eſt feda relinquēs veſtigia. Per idē tēpus ſtans in auditu domus ſue vidit puellā in manu ampullā geſtantē quam pauloante emerat: ⁊ interrogata q̄d eſſet vidit demonē ſedētē in ore ampulle ⁊ minans inſufflauit in eā ſtatimq; pars de ore ipſi' ampulle cecidit. In territorio meldenſi cū ꝓpriā meſſem meteret valde turbati ſunt operarii propter imbrem imminentem. At illa ingreſſa tentorium quod ſine intermiſſione facere conſueuerat cū lachrymis ꝓſtrata orōne obtinuit: vt cū in circuitu oēs ſegetes pluuia rigaret nec meſſem: nec eius meſſores gutta aliqua contingeret: tanta etiā ſanctitate pollebat q̄ etiā ſpū ꝓphetie plena omnes quoq; morbos ab humanis corporibus expellebat. Egentibus panes integros dabat adeo vt ei' puelle ſepe partem panis quā in clibano poſuerāt nō inuenirent. Vixit aūt pluſq̄ ꝑ. lxxx. annis. Cuius autē natale celebrat tertio nonas ianuarii. Hec vincenti'. Reliqua aūt q̄ hic inſeruntur ex certiſſimis ac probatiſſimis eccleſie in qua beata virgo preſidet codicib' quorum etiam nonnulla ipſe vincentius teſtat extracta ſunt. Poſt tranſitū vero beatiſſime virginis lampas eī' ſepulchro poſita eſt in qua preter olei conſumptionem ignis permanebat cui' cōtactu infirmi ſanabant lāpade vero mutata in fontē oleo in medicinā. hominē quidā lingue ⁊ oculoꝝ priuat' officio ad ſepulchrū virginis accedēs ⁊ viſum et loquendi vſum recupera-

uit. Mulier quedam in viſione admonita filiū a natiuitate cecum ad prefate virginis locū detulit. Cūq͂ı ecclesia miraculum recitaretur q̄ſo dn̄s ieſus xp̄s oculos ceci nati aperuit cōtinuo apti ſunt eius oculi. Reuelatur cuidam a natiuitate muto vt ad ſepulchrū virginis ſe transferat: vocis illic bn̄ficiū pceptur⁹. Cūq͂ in fine reuelationis die dn̄ico illuc perueniſſet: ſtatim lingue illius vinculum eſt ſolutum: ⁊ loquebatur magnificans deum. Interrogatus ergo ab abbate qd poſt indultū ſibi vocis beneficiū agere velit: reſpōdet q̄ a loco illo recedere nolit: nolit ad ꝓpria redire: nolit oībus diebus vite ſue ſine preſentia virginis viuere. Cuius votū leto aīo amplectēs abbas vite ſibi neceſſaria iubet miniſtrari. Cū latro quidā carceri mācipat⁹ cuſtodis negligētia de carcere exiſſet: fugiētēq͂ ad ſepulchrū virginis preſes inſeq͂ret: virginiſq͂ latro auxilium implorādo acclamaret: preſes xo in ei⁹ blaſphemiam ꝓrumperet ſubito caſu lapſus preſes latrone liberato miſerabiliter expirauit. Cū alio tpe flumen ſecane vltra modum intumeſceret ⁊ ad capellam virginum quā prope eccleſiam ſancti ioannis baptiſte virgo cōſtruxerat ad mediū vſq͂ edificiū pertingeret: lectus in quo deceſſerat qui ibidē ſeruabat: flumine infuſus aquis continue deſcendentibus atq͂ diſtēdētibus ab illis intactus eſt inuentus. Poſt aliquot xo dies cum cenobio a normanis incendio conſumpto corpus virginis a fratribus ad egregias villam ſuam deportaretur: multis etiam ibidem claruiſſe miraculis cōprobatur. Siquidem altari eccleſie cui acceſſura erat virgo ſancta cruce ſanctorumq͂ reliquijs vt moris eſt adornatum: tanq͂ eius aduentui congratulans mouebatur: cui ſuperpoſita: quod cupierat ſe adeptum demonſtrans firmum: nec amplius moueri comprobatū eſt. In cuius quidem deportatione cecus vti dum viueret iterum atq͂ iterum miraculoſe eſt accēſus. Cuȝ autem abbas qui tunc preerat dētem a corporē virginis paucis conſcijs extrahens apud ſe ad ſui tuitioneȝ ſeruare vellet: continuo ſumma egritudine correptus dētem teca criſtallina incluſum q̄ cito potuit reſtituere curauit. Audita xo inter pariſios ⁊ normanos cōcordia corpus virginis ad eccleſiā ſuā deferentes non eo loco vnde educta fuerat in cripta: ſed ſuper maius altare vbi nunc cernit: fratres honorifice collocauerunt. Corpus autem virginis cū ſuo capite integrū in capſa conſiſtere: preſentibus nōnullis huius regni cp̄is poſt modum inuentuȝ eſt atq͂ comprobatum. Tpe ludouici fortiſſimi regis francoꝝ illuſtriſſimi diuina vltione mēbra que miseri hōies exhibuerāt ſeruire iniuſtitie ⁊ iniquitati ad iniquitatem cepit morbus igneus queȝ phyſici ſacrum ignē appellant cōſumere. Multorum igitur ſanctoꝝ egrotis ſuffragia depoſcentibus: nec impetrantibus recordatus eſt religioſiſſimus pariſioruȝ antiſtes ſtephanus: qualiter beata virgo genoueſa prefatam vrbem a nimiis olim periculis liberauit: ac exinde ſolennes proceſſiones in quibus conſulto abbate atq͂ conuentu prefata virgo ad eccleſiam beate virginis Marie deportaretur inſtituit. Ordinata itaq͂ ſm morem canonicum proceſſione: ingredienteq͂ ſancta virgine eccleſiam beate marie continuo ad tactum feretri omnes male habentes tribus exceptis ſunt ſanati. Cū vero ſequenti anno felicis recordationis Innocentius papa gallias tranſmearet de tanto inſtructus miraculo gratias agens deo ac ſancte virgini: annis perpetuis ſolenni memoria celebrandum miraculum condonauit. Verum cum per ſingulos annos predicti miraculi memoria ſolenniter vt dictum eſt veneraretur: contingit ſemel per abſentiam capicerij expenſas formidantis ſine ornamētis ac luminaribus q̄ habebat miniſtrare celebrari. Unde accidit vt ſequenti die eccleſie ſanctuariū aſcēdens diuinā expertus virtuteȝ ſubito lapſus ſine voce miſerabilit͛ expiraret. Experti ſunt igit͛ atq͂ indies experiunt͛ q̄ plurimi quāto cū tremore xp̄i virginem oporteat venerari. vbi cum humilitate recepit cecitas viſum: debilitas greſſum: ac diuerſo obſtructe infidelitate mentes percipiunt interitum. Noſtris igitur qualibuſcunq͂ laudibus genoueſam veneremur: ſed cum tremore venerantes eius ſuffragia imploremus ſed cum fide. Et reuera dignuȝ eſt genoueſam laudibus honorari: que pariſiorum inclytam vrbem regni xp̄ianiſſimi precipuam ſtabiliſſimūq͂ columē totius chriſtianitatis in fide ⁊ doctrina magiſtram eruditiſſimam toties a tantiſq͂ periculis ab inimicis hoſtili cede dimicantibus eripuit: inundātiū fluctus aquarum reſtrinxit: ignis horrendi in mēbris humanis incēdium conſumpſit: cecis viſum: claudiſq͂ greſſum: ſurdis audituȝ reddidit: ab obſeſſis demonium precibus effugauit. Et non ſolum precibus: verū etiam maxima dominus per fimbrias veſtimenti genoueſe ſibi dilecte virginis ſuper egrotos ac varijs detentos languoribus oſtendere ſepius dignatus eſt ſanitatum remedia. Unde merito in pariſiū celſi mōtis vertice extitit collocata: vbi honorifice ſublimata: ac mirifice adornata: nō ceſſat iugiter ſanitatū ⁊ gratiaꝝ emittere flumina his qui in fide depoſcunt eius largitiones. Unde ⁊ oportet nos illi tota mentis deuotione cōmittere: qm̄ ipſa eſt q̄ aſſidue orat pro poplo ſibi deuoto ⁊ pro tota xp̄ianitate. Nos igitur ſuorum mirabiliū hanc particulam memorātes ac etiam venerātes cum celeberrimo illo venerabilium religioſorum cetu ſuo glorioſam xp̄i ſponſam nobilemq͂ virginē debitis glorificemus genoueſam laudibus poſtulantes vt eadem ſupplicante perfrui gaudijs paradiſi mereamur per ſecula. Amen.

## De conceptione beate Marie virginis. clxxxv. A.



TEmpore illo quo diuine placuit pietati anglorum genteȝ de malis ſuis erroribus corrigere ſueq͂ ſeruitutis officijs arcti⁹ aſtringere glorioſiſſimo normanorum duci Guilermo eandem patriam debellando ſubegit qui ſcilicet Guillermus tunc temporis rex anglorum: dei virtute ⁊ ſua induſtria totius eccleſie dignitates ⁊ honores in melius reformauit. Cuius pie intentionis operibus inuidens ille bonorum omnium inimicus diabol⁹: tū familiarium fraudibus: tum extraneorum incurſibus multoties conatus eſt eius obſiſtere ſucceſſibus. Sed domino protegente ad nihilum deductus eſt malign⁹. Audientes autem daci angliam eſſe ſubiectaȝ normānis grauiter indignati: eo quod ſuo hereditario quaſi iure priuarentur arma preparant: claſſem adaptant. vt eos adeuntes data ſibi diuinitus patria expellant. Hoc comperto rex prudentiſſimus guilermus Helſinum quendam religioſum abbatem remenſis cenobij ſeceſſitū in Daciam dirigit: vt veritatem huius rei inquirat. Et ille vt vir admodum ſagacis ingenii ſtrēnue negotium regis exequitur. Quo fideliter peracto ad Angliam cupiens reuerti mare ingreditur: ⁊ iam maximam parteȝ maris proſpero curſu tranſierat: cū ſubito ventis ſurgentibus vndiq͂ vētis horrida tem-

peſtas celum commouit ⁊ vndas. Fatigatis igit nautis nec vltra obniti valentibus fractis remis: funibus ruptis: cadētibus velis ſpes omnium ſalutis amittit nihil niſi ſubito merſionis indicium expectatur. Cūq; de ſalute corporum deſperati animorum curam ſolummodo creatori ſuo magnis clamoribus deuote cōmendarent ⁊ beatam dei genitricem miſerorum ſcilicet refugium ⁊ deſperantibus ſpem deuote reclamarent: ecce ſubito conſpiciunt quendam venerande habitudinis virum pontificali infula decoratum quaſi inter medias vndas ſtantem naui proximum. Qui ad uocans ad ſe abbatem helſimum his verbis cepit cōpellare dicens. Uis inquit periculum maris euadere? Uis in patriam ſanus redire? Cumq; ille cum fletu ſe id toto corde deſiderare: ⁊ id ſolum expetere reſpōdit. Tunc ille ſcias inqt me ad te miſſum a dña mea dei genitrice maria quam tam dulciter ⁊ deuote reclamaſti: ⁊ ſi dictis meis obtēperare volueris ſanus cū tuis comitibus imminens periculum maris te euadere ꝑmitto. Spondet ilico ſe ei in omnibus obtemperaturum ſi hoc euaderet periculum. Promitte inquit ille deo ⁊ mihi quia diem conceptionis matris Chriſti ſolenniter annuatim celebrabis: ⁊ celebrandum predicabis: ⁊ ille vt vir prudentiſſimus: ⁊ quis inquit dies mihi hoc feſto erit celebrandus. Sexto ait idus decembris hoc feſtum ſolēniſandum tenebis: quo inquit abbas ſeruitio vtemur in eccleſiaſtico officio. Omne inquit ſeruitium quod dicitur in eius natiuitate dicetur ⁊ in conceptione eius excepto quod nomē natiuitatis mutabitur in nomen conceptionis. His dictis ille diſparuit ⁊ citius dictu ſedata tempeſtate abbas cū ſuis incolumis concito venti flatu applicuit anglicanis littoribus. Et ea que viderat ⁊ audierat quibꝰ potuit notificauit. ſtatuitq; in remenſi cenobio idem feſtum ſolēniter celebrare. Et ipſe quoaduſq; vixit deuotis obſequijs deuote celebrauit. Rurſum hec ſolennitas alibi alio modo declaratur. Tempore namq; Caroli regis francorum illuſtriſſimi: clericus quidam ordine vngarie regis germanus: matrem ieſu toto corde diligens eius horas ſolicitus decantabat parentum ſuorū conſilio nubere volens cum quadam adoleſcentula valde pulcherrima accepta a preſbytero nuptiali bñdictiōe quadam die miſſa etiam celebrata recordatus ꝙ eiuſdem beatiſſime virginis horas illo die iuxta morē ſolitum non cantauerat ſponſam domum mittens oēs ab eccleſia exire coegit: ⁊ ipſe iuxta altare beate virginis ſolus remanſit. Cum ipſe horas dñice matris decantaret: ⁊ hanc antiphonam. Pulchra es ⁊ decora filia hieruſalem diceret: ſubito apparuit ei virgo maria cū duobus angelis dexteram ei manum ⁊ leuam tenētibus dicens ei. Si ego ſum pulchra ⁊ decora quid eſt qḋ dimittis me ⁊ ſponſam aliam accipis? Nonne ego ſum optime formoſe: nonne ego ſum pulchrior illa? Ubi vidiſti tā pulchrā? Cui ille ſtupefactus ait. Dña mea dulciſſima claritudo tua omnē mundi pulchritudinē excellit ⁊ clarificat: qm̄ tu es ſuper oēs choros angelorū exaltata: ⁊ ſuper celos celorū eleuata. Quid vis dña vt faciam? At illa. Si ſponſam carnalē cui adherere vis amore mei dimiſeris: me ſponſam in celeſti regno habebis. Et ſi cōceptionis mee feſtum annuatim. vj. idꝰ decembris ſolenniter celebraueris ⁊ celebrandū predicaueris: mecū in regno filij mei laureatus eris. His dictis beata virgo diſparuit. Clericus vero domū adire renuit ⁊ abſq; parentum ſuorum conſilio ad abbatiam quandam extra patriam illam perrexit: ⁊ ibidē monachali habitu decoratus ⁊ poſt tempus exiguum meritis beate marie virginis aquile epꝰs patriarcha factus feſtum cōceptionis beate virginis die ꝙdiu vixit annuatim cum proprijs octauis diligenter celebrauit: ⁊ vbiq; celebrandum predicauit. Aliud etiam miraculum huius feſtiuitatis alibi diuina inſpiratione ⁊ gratia a nobis declaratur. In pelago gallico canonicꝰ quidam ordine ſacerdos ſolitus beate marie virginis horas canonicas decantare: a villa quadam vbi cum vxore alterius fornicatus fuerat rediens ad oppidum in quo morabatur tendere curans: et pelagus ſecans tranſmeare cupiens ſolus nauim ingreſſus dominice matris horas nauigando canere cepit. Cumq; inuitatorium: Aue maria gratia plena dominus tecum diceret: ⁊ iā in medio fluminis eſſet: ecce turba magna demonum in profundo pelagi vna cum eius nauicula eum precipitauit: et eius animam rapuit ad tormenta. Die autem tertia ad locum quo demones eum tormentis afficiebant venit materꝰ Jeſu cum magna angelorum ſocietate dicens eis. Ut quid animam famuli noſtri ita iniuſte affligitis? Cui illi. Nos eam debemus habere ⁊ merito: quoniam in noſtris operibꝰ capta eſt. Quibus mater Jeſu. Si illius debet eſſe cuiꝰ opera faciebat: ergo noſtra debet eſſe: quoniam matutinas noſtras dum vos eum peremiſtis decantabat Unde magis rei eſtis qui minus erga me egiſtis. His dictis demones huc illucq; diſperſi fugerunt: et beata Maria animam reduxit ad corpus: et hominē ab vtroq; funere reſuſcitatū per brachiū arripiens aquā a dextris ⁊ a ſiniſtris quaſi murum ſtare iubens: de ꝓfundo pelagi ad portum incolumē reduxit. Et ille gaudens pedibus beate Marie virginis proſtratus ait. Chariſſima mea domina et virgo ſpecioſa Chriſti gratiſſima quid tibi retribuam pro tantis beneficijs que mihi feciſti? Liberaſti me de ore leonis: ⁊ de tormētis inferni grauiſſimis animam meam. Cui mater Jeſu ait. Precor te ne decetero in adulterij peccatū cadas: ne fiat tibi nouiſſimus error peior priore. Precor te iterum vt decetero feſtum conceptionis mee deuote celebres annuatim ſexto idus decembris ⁊ vbiq; celebrandum predices. Mox vt ea dixit beata virgo Maria eo cernente celos aſcendit ⁊ ipſe eremiticam vitā ducens quod ſibi acciderat cunctis audire volentibus narrauit. Et poſtea quandiu vixit illud feſtum conceptionis ſolenniter ⁊ deuote celebrauit: ⁊ celebrandū predicauit. Nos igitur fratres dilectiſſimi meritis et interceſſionibus beate virginis indigentes cum tota mentis deuotione ſimus ſolliciti vt nullus noſtrū ita ſit rebus temporalibus occupatus: aut proprijs delicijs deſperatus quin beatiſſime virginis marie conceptionem pro poſſe ſuo celebret annuatim.

## De ſancta Otilia. clxxxvj. B.



OTilia ex ceca nata fuit pater ſuus eā occidere voluit. Unde mater eiꝰ cuidam ancille ſue eā alendā commiſit: que propter murmur populi iubente matre lōgiſſime cum puero fugit: vbi cum ipſa puellam nutriret Chriſtus epiſcopo Erardo de partibus Bauarie apparuit dicens: Uade ad quoddam monaſterium quod di-

citur palin a vbi inueniſco puellam a natiuitate cecã: quam baptizabis nomen Otiliã imponẽs ei: et mox poſt baptiſmum viſum recipiet. Quo facto cum diu optime in religione profeciſſet miſit fratri ſuo literas dulcedine plenas vt patri reconcilians reuocaret. cui cum pater non annueret: filius inconſulto patre pro ſorore miſit. Unde pater filium tantum verberibus caſtigauit quod infirmatus fuit: de qua etiam egritudine obijt. Pater vero ex hoc intantum conturbatꝰ fuit ⁊ compunctus quod pro filia ſua miſit ⁊ monaſterium quod conſtruxerat filie cum omnibus appendicijs libere donauit. Poſt hoc itaqꝫ defunctꝰ eſt. Otilia ſciẽs patrem ſuum in purgatorio viſita latere montis vbi nunc clauſtrum ſitum eſt tantum ⁊ tam lachrymabiliter orauit quod celum ſuper eam apertum eſt: ⁊ lux magna circunfulſit eam: ⁊ vox dixit ei. Propter te liberatus eſt pater tuus: ⁊ in choro patriarcharum collocandus ab angelis ducitur. Hec beata preter dies feſtos nihil comedit niſi panem ordeaceum ⁊ legumina. Pellis vrſi fuit pro lecto. lapis vero pro cuſſino. Itẽ mons altus vbi cenobium otilie ſitum eſt fecit paupe res querentes eleemoſynam ⁊ peregrinos nimis laborare ob hoc qꝺ fecit inferius monaſterium pro hoſpitali: qui locus ſororibus tantum placuit vt etiã ibi conuentum inſtituerent. Ibiqꝫ in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti propria manu tres tilias plantauit: q̄ vſque nunc valde vtiles ſunt: in calore orando / vas omnino vacuum impleuit vino cum quedam ſoror inter diuina officia vaſa eſſe vacua inuenit. Item quia in baptiſmo viſum recepit: ſpecialiter beatum Joannem baptiſtam venerabatur: et ei eccleſiam facere cogitauit. Quadam etiam nocte ſe dedit orationi ſupra petram vbi nunc magna crux lignea locatur: ob memoriam tanti miraculi vbi Joannem rogabat vt oſtẽderet ſibi modum edificij quod ⁊ fecit. Joannes enim in forma qua Chriſtum baptizauit: in maxima tamẽ claritate ſibi apparens eccleſie locum longitudinem ⁊ latitudinem oſtendit. Quod vidit vna ſoror: lucem videlicet / ſed Joannem non vidit. Cui otilia inhibuit / ne ante ipſius obitum alicui viſionem manifeſtaret.

In inchoatione clauſtri Joannis boues cum plauſtro lapidum ceciderunt de monte qui habet in latitudine .lxx. pedes ⁊ illeſi obuiant ſeruis aſcendendo iterũ oneratt. Venerant autem ſerui cum gaudio ipſos occidere: vt non eſſent cibus vermium ſed hominum. Itẽ Otilia ſuam nutricem proprijs manibus ſepeliuit: et poſt .lxx. annos ſepulchro aperto dextera mammilla nutricis integra inuenta eſt: qua eam quondam lactauerat / ⁊ reliquum corpus incineratum. Poſt plurima virtutum inſignia Otilia ſciens finem ſibi adeſſe: conuocatis ad ſe ſororibus apud ſanctum Joannem predicauit eis ⁊ rogauit eas orare pro ſe et pro patre ſuo. Poſt hoc precepit eis vt irent in oratorium matris dei Marie ⁊ legerent pſalterium. Interim dum hec fierẽt ipſa obijt ſola: tantuſqꝫ odor ibi fuit quod quaſi omnes domus plene eſſent aromatibus. Redeuntes ſorores cum viderent matrem ſuam ſine euchariſtia defunctã adeo inſtanter orauerunt quod de morte ſuſcitata eis dixit. Cur me inquietaſtis: Lucie cõiuncta fui: ⁊ illud gaudium habui quod oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit. Reſponderũt. Nobis fuiſſet confuſio domina ſi abſqꝫ cõmunione ſacra obijſſes. Tunc Otilia calicem oblatum in quo erat corpus ⁊ ſanguis chriſti proprijs manibus contrectauit ⁊ cõmunicauit: ob hoc idem calix vſqꝫ modo ſeruat. Odor vero per dies octo durauit. Martyrij lucie ideo coniuncta fuit: quia ipſa Otilia duobus modis martyr fuit voluntate ſcilicet ⁊ carnis maceratione.

## De ſancto Claudio. clxxxvij. B.



Claudius ex nobili Salinenſium principum ſeu Palatinorum genealogia ortum duxit. Qui vſque ad ſeptennium peruigili cura in domo parentum in dei amore nutritus: poſtea probatiſſimis literarum magiſtris inſtruendus traditur. Sub quibus in breui nõ ſolũ artes quas liberales vocamꝰ: verũ etiam libros veteris ac noui teſtamenti / cum diuerſis geſtis ſanctorum plus adoleſcens ſedule perlegendo apprehendit. Erat enim iam in hac etate ingenio docilis: corde feruidus: et ſanctis operibus totus deditus: nec ſinebat diem aliquem ſine bonis operibus pertranſire. Et licet iuuenis eſſet etate: nihil tamen puerile geſſit in opere. Nunquam in foris chorisationibus / ſeu quibuſcunque mundanis ſpectaculis inuentus fuit: ſed perſonis religioſis et honeſtis ſe aſſocians cum eis dulciter de virtutum exercitijs conferebat. Cuius verba iam ſale ſapientie condita / intantum rationabilia ac dulcia erant quod omnium ad ſe prouocabant affectum. Quapropter prouecti et ſapientes ipſum plurimum diligebant velut puerulũ ſanctum ⁊ virtuoſum. alij vero adoleſcentem affabilẽ et prudentem venerabantur. Perſonis autem inhoneſtis aut ſcurrilibus ſe ſubtrahens conſortia ipſorũ omnimode fugiebat. Nunquam cum mulieribus iuuenibus abſqꝫ rationabili cauſa locutꝰ fuit: nec de qualicunque nefando verbo vel opere: non de riſu inhoneſto / vel aliqua alia animi leuitate eſt notatus. Super omnia vero eccleſias dei frequentabat: precipue dominicis et feſtiuis diebus miſſas cum ceteris horis canonicis ⁊ ſermones diuinos cum ſumma deuotione aſcultando. Creſcente igitur ſanctitatis eius fama cum iam viceſimum etatis ſue annum attigiſſet: ſpreta militia ſeculari in canonicũ biſuntinenſis eccleſie eſt electus. Unde quotidie ut melius proficiens horis canonicis diurnis pariter ⁊ nocturnis ſtuduit intereſſe. Libros quoqꝫ ſacre ſcripture diligenter reuoluere: ⁊ per omnia ſicut verus dei famulus abſqꝫ reprehenſionis nota ſe habere. Tãtiqꝫ breuis tẽporis ſpacio diuina gratia ipſum proſequente in operibus ſanctis ⁊ virtuoſis ſacraqꝫ doctrina claruit: vt in totius Burgundie finibus equalis ſibi nequaq̃ inueniretur: qꝺ in libris quos edidit qui vſqꝫ nunc in monaſterio Jurenſi permanent clarius perpendi poteſt. Singulis igitur diebus excepto dominicis et feſtis ſolemnioribus. nõ niſi ſemel in die refectionẽ ſumebat. Sepe noctes in oratione: lectione ſiue ſancta meditatione peruigiles ducebat. Caſtum ſe et mundum ab omni coinquinatione cuſtodiebat: in veſtimentis mediocrem: in moribus humilem: in verbis veracem: dulcem ⁊ affabilem exhibebat: ita vt ſingulis virtutum moribus orna-

tus iam verus monachus ab omnibus crederetur. Duodecimo canonicatus ſui anno preſul memorate ciuitatis infirmari cepit corpore. Unde beatiſſimus Claudius timens quod etiam poſtmodum euenit: ne ſcilicet in pontificem eligeretur locum ad tempus deſeruit ⁊ ad ſuos parentes dominos ſcilicet Salineſi. properauit. A quibus benigne ſuſceptus cum eis per aliquod tempus in ſancta conuerſatione viuendo permanebat. Contigit autem predictum archipreſulem interim viam vniuerſe carnis ingredi. Quapropter populus cum clero diſcordiam non modicam de eligendo epiſcopo habebat illis vnum: alijs vero alium volentibus. Tandem vnanimes in oratiõe ſe proſtrauerunt cum lachrymis humiliter ſupplicantes quatenus meritis ſue genitricis ⁊ ſancti Joannis baptiſte eorum patroni ⁊ omnium ſanctorum dominus eis miſericorditer inſpirare dignaretur quem in paſtorem eccleſie ſui eligere deberent. Quibus in oratione perſeuerantibus mox de celo vox inſonuit que ipſos vt a fletu ceſſarent: et beatum virum Claudium eligerent ammonuit. Tunc Canonici letificati ipſum vnanimiter elegerunt ⁊ ſtatim honorabiliores totius eccleſie ⁊ ciuitatis viros pro eius conſenſu obtinendo ad oppidũ Salinenſe deſtinauerunt. Quid plura. Multis precibus ac lachrymis victus ſciens voluntati diuine reſiſtere non poſſe ad ciuitatem Biſuntineſi. ducitur imo potius trahitur archiepiſcopus conſecratur: et per ſummum põtificem eius canonica electio approbatur pariterq; confirmatur. Anno domini. dcxxi. Archiepiſcopus igitur effectus eandem quam prius humilitatem et morum grauitatem in omnibus ſemper ſeruabat: ⁊ ſicut fidelis ſeruus et prudens familiam domini cum eccleſia ſibi credita feruenti zelo gubernabat. Cauſas eccleſiaſticas horis debitis benigne audiebat: ⁊ ſecundũ eccleſiaſticas ſanctiones optime dijudicabat. Nunq; tamen propter quemuis negotia ſecularia niſi euidens neceſſitas incubuiſſet eccleſiã horis quibus diuina celebrabantur dimiſit. Prouinciam ſiue dioceſis ſue eccleſias ſepe viſitabat ⁊ ſicut bonus paterfamilias qui iuxta dominicam ſententiam de theſauro ſuo proferens noua, et vetera ſuis dulciſſimis exhortationibus bonos ⁊ fideles vt in melius proficere ſtuderent ⁊ delinquentes ſiue errãtes vt ſe emendarent ſolicite ammonuit. Erat enim profundiſſime litterature. In aſſidua etiam contemplatione eius ſpiritus ſupra modum eleuatus erat: ⁊ tamen propter marie contemplationis ocium non deſeruit marthe officium laborioſum quin etiam ſeptem operibus miſericordie toto conamine inſiſteret. Cum igitur iam ſeptem annos eccleſie ſue prefuiſſet diuino preuentus amore magis ac magis accẽſus: cunctas huius ſeculi diuitias ⁊ ſeculares pompas declinare cupiens vt in ſui creatoris contemplatione plenius vacare poſſet: cunctis bene diſpoſitis: vrbem ſuam predictam palatiaq; ⁊ caſtra ⁊ cetera loca archiepiſcopalia amena ⁊ delicioſa dereliquit: ⁊ ab angelo premonitus ad monaſterium ſancti Eugendi ſiue iurenſe in confinio Biſuntinenſis dioceſis ſitũ aduenit: ibiq; habitum ⁊ vitam monaſticam ſecundum beatiſſimi Benedicti patris regulam aſſumpſit. Tante autẽ ſanctitatis et perfectionis fuit vt omnium que in hoc mundo ſunt oblitus: ſolum in omnipotentis dei amore flagraret. In orationibus vigilãs: ieiunijs aſſiduus: in vigilijs feruidus: in ſanctis lectiõibus ⁊ meditationibus preclarus: et ſecundum ordinis ſui regulam ſicut verus monachus viuebat. In diuinis vero officijs peragendis: aut celebrandis primus omnium eccleſiam intrabat, et vltimus inde recedebat. Sicq; omnes ad perfectionem monaſticam conuocabat intantum vt iniurioſus eiuſdem monaſterij tunc abbas vir vtique ſanctitatis et prudentie ei regimen ipſius monaſterij cum multa inſtantia ⁊ humilitate preſentaret vt oues dominicas ibidem congregatas gubernare dignaretur. Uir autem ſanctus cum multa manſuetudine hec recuſauit. Uerumtamen expletis quinq; annis cum predictus pater iniurioſus ad dominum plenus meritis migraſſet: venerabiles fratres ⁊ domini dicti conuentus ipſum vnanimiter eorum in abbatem elegerunt: et tandem vix multis deuictus precibus aſſenſum prebuit. Sicque claudius quantum in hoc mundo ſe humiliare ſtuduit: tanto plus apud deum et homines exaltari meruit. Quod vtique non ſine diuina diſpenſatione factum eſſe creditur: vt in loco vbi plures floruerunt ſancti: ſanctiſſimus archipreſul adunaretur, et locus ipſe inſignior efficeretur. Multi ergo non ſolum clerici veruntetiam Nobiles ⁊ Burgenſes audita ſanctitatis eius fama ad ipſum confluebant ſancte conuerſationis habitum inſtanter poſtulantes. Quos vir ſanctus abſq; difficultate et perſonarum acceptione recipiebat: eoſque ad perfectionis culmina ſummopere prouehebat. Quales vero filios ſpirituales ibidem enutriuerit non eſt noſtrum dicere preſertim cum quiſquis ipſum ſanctum locum viſitando ex multitudine ſanctorum corporum qui nunc ibidem venerantur clare perſpicere poteſt. Poſſeſſiones etiam temporales quibus Chriſti famuli ſuſtentari poſſent ſecundum domini promiſſum dicentis. Quicunq; reliquerit domum, aut agros: patrem, aut matrem propter me ⁊c. centuplum in hoc mundo percipere meruit a fidelibus videlicet regibus et principibus: inter quos Clodoueus rex qui tunc Franciam gubernabat monaſterio ipſius ãnuatim quinquaginta modia tritici: et totidem ordei cũ quinquaginta libris denariorum argenti perpetuis temporibus dari conſtituit. Pauperibus vero Chriſti ⁊ hoſpitibus ſuperuenientibus omnem humanitatem in eleemoſynarum largitionem exhibuit. Ornamenta eccleſie, ſcilicet libros: calices cum crucibus, et candelabris aureis, et argenteis pannis ſericis, ⁊ alijs diuinum cultum cernentibus maxime augmentauit ⁊ ſanctorum reliquias in capitulis precioſiſſimis reuerenter collocauit. domoſq; ipſius monaſterij ac edificia decenter reformauit. Anno igitur quarto Childeberti regis francorum cum iam Claudius pater ſanctiſſimus annis quinquaginta ſeruus Chriſti in predicto monaſterio laudabiliter prefuiſſet ſenex multum et plenus dierum totis viſceribus ad dominum ſuſpirans immunis etiam ab omni macula incidit in quãdam infirmitatem leuem. Preſciens ergo obitus ſui diem imminere: tertia die omnes monachos ſuos conuocari iuſſit ad ſe luculẽtiſſimum ſermonem eis faciens dulcibus exhortationibus eos monendo vt ſuper omnia diuino amori nihil preponerent: ⁊ omnes preſentis mundi delectationes amore eternorum ſpernerent ac de receſſu ſuo minime contriſtarentur. Cumq; ſingulos de receſſu ſui abbatis vberrime flentes cerneret: miſericordie viſceribus motus quibus ſemper affluebat: accepta ab omnibus pace eos ad cellas deſtinauit: totamq; noctem ſequentem in orationibus

peregit. Quarta vero die in oratorium pergens ſacra-
menta penitentie cū perceptione corporis Chriſti to-
tus perfuſus lachrymis deuotiſſime ſuſcepit: et inde
ad cellam ſuam reductus: ne corpus ſuū alibi quam
in ipſo monaſterio ad euitandas ſeculi pompas ſepe-
liri precepit. Quinta igitur die circa horam diei no-
nam reclinatus ſuper ſcannum ſuper quod legendo
vel orando ſedere aut ſtare conſueuerat: erectis ſurſū
brachijs coniunctis manibus oculis ad celum ſuſpi-
cientibus ſanctiſſimam ſuam animam domino tradi-
dit expirando. Cuius corpus in predicta eccleſia ſan-
cti Eugendi vſqꝫ nunc omnibus aduenientibus incor-
ruptum et integrum demonſtratur innumeris corru-
ſcās miraculis. Glorioſus igitur Deus in ſanctis ſuis
⁊ in maieſtate mirabilis: ⁊ ſi cunctos eius miniſtros
altis magnificet preconijs ⁊ celeſtis efficiat beatitudi-
nis poſſeſſores illos tamen vt digna dignis impēdat
maiori miraculorum illuſtrat gloria: quos apud ipſū
commendat iugis excellentia meritorum in celis.
Quapropter ſanctiſſimus archipreſul claudius quā-
te apud deum ſit poteſtatis et meriti ipſa quotidiana
⁊ quaſi innumerabilia miracula que cūctis ipſum de-
uote inuocantibus exhibet clare demonſtrant. Ipſe
namqꝫ dulciſſimus conſolator deſolatorum, captiuo-
rum liberator: reſurrectio mortuorum: lumen cecorū:
auditus ſurdorum: mutorum eloquium: tutor naufra-
gantium: monachorum ſuffragator: impotentium et
languidorum ſanator: medicine refugiū: via errantiū:
ſalus cunctorum ad ſe recurrentium merito appella-
ri poteſt. Et ſi cūcta miraculorum ipſius geſta hic in-
ſeri deberent nimis tedioſum redderent lectorem: et
ideo pauca non ſingula hic annectere curaui. Si quis
vero ea curioſius perſcrutari voluerit reperiet in ſu-
pradicto monaſterio ſuo magna volumina ſtupenda
admiratione conſcripta. Iuuenis quidam audita mi-
rabili ſanctiſſimi patris Claudij fama ad monaſteriū
iurenſe peregrinationis cauſa venit. Qui pre grandi
populorum multitudine qui ad predictam eccleſiam
tunc confluxerant oppreſſus ſtatim expirauit. Quem
quidam reuerendiſſimus in chriſto pater Tarētaſien-
ſis dioceſis metropolitanus qui inter ceteros tūc ade-
rat benigno pectore amplexans gemitu lachrymoſo
infremuit et ad corpus beati Claudij ventēs eius ſuf-
fragia apud deum flexis genibus implorauit. Cuius
interuentu viri dei precibus exauditis adoleſcens in
exemplum credentium priſtine ſanitati redditus pa-
lam omnibus ſurrexit incolumis. Duo pueruli etatis
prime ac innocentia ſimplices apud Surriacum iu ri-
pa fluminis pueriliter colludebant. Quorum alter
properātius aque ſeruitatis inſcius pedem fluminī im-
mergens preceps elabitur: qui manus tremulas cir-
cunquaqꝫ iaciens mater voce cōfuſa clamitabat. Hūc
ſtatim alter ſubſequitur. Tunc ambo perplexis geni-
bus ſubmerſi tempeſtuoſo amnis impetu rapiuntur.
Nec mora filiorum parentibus ſinouis naufragium
improuidi exclamantes inconſulte properant: clamore
obſtrepunt chara pignora deo et ſancto Claudio tota
deuotione committunt: at pueris non comparentibus
plus ſpacio vnius ſtadij currunt precipites donec ad
vndarum ſuperficiem redeuntes iniuſſos fluctibus
extraxerunt. Horum alter ſeminiuus: alter venis dei-
cientibus frigidus aquis reiectis quas abſorbuerant
reſpirantes virtute dei ⁊ beati Claudij patre ⁊ matre
aſſiſtantibus: ad priſtinum vite ſtatum ſani ⁊ hilares

redierunt. Mulier quedam pontia nomine in thala-
mo ſuo quadā die reſidens filium materno affectu blā-
dis amplexibus refouebat: ⁊ miti ſuſurro cātilene de-
mulcens deoſculabatur eum. Sed callidus humani
generis temptator veneno inuidie tabeſcens muliercu-
le peccatrici foueam perditionis preparabat. Qui fe-
ſtram aduolans ſub imagine cornua mulieris aſſiſte-
bat auricule ⁊ ſub melitis dulcedine virus effundens
aurum et argētum ⁊ mundi fallentes diuitias promit-
tebat ſi acquieſcens ei filium enecaret. Sic malignus
innata calliditate maternum pectus exaſperans ma-
trem armauit in filium. Que in ora ſui pignoris pol-
licem iniciens: pietatis oblita guttur digitis compri-
mebat. Tunc inimicus innocentie in faciē euolat mu-
lieris ⁊ vngues infigens gutturi matrem cū filio ſuffo-
cabat. Quos pauco murmure vix reclamātes: com-
mater audiens admirans quid hoc eſſet celeriter in-
trauit cameram et rem inauditam oculo perſpiciens
exclamauit. Statim ſpe fruſtratus demon ab oculis
eius euanuit. Deinde Joannes maritus pōtie poſt cō-
matrem ſuam accurrens vxorem ⁊ filium iacere vidit
exanimes: ⁊ apprehendens eam mutam et manibus
debilitatam inuenit. Et cognito a commatre qualiter
vxor eius oppreſſa a demone filiū ſuum iugulare ten-
taſſet: profuſis lachrymis illam deo ⁊ beato Claudio
reddidit. Quibus ſtatim ad ſepulchrū btī Claudij pari-
ter properantibus ⁊ in orationibus proſtratis: infelix
mulier: quia ore non poterat veniam delictorum ⁊ cor-
poris ſanitatem cordis affectu poſtulabat. Et paulo
poſt conſurgens manuum ſanitate recepta non ſolum
verbo ſimplici loquebatur: ſed etiam beſtie inſidian-
tis machinam inſuper dei ⁊ beati Claudij magnalia
expedite enarrauit. Puer quidam non longe ab am-
broſiaco ſtans ſupra fontem: imagini ſue ab aqua re-
percuſſe pueraliter arridebat: ⁊ in ſimplicitate ſua ca-
put inclinās in aquam dedit. Tunc voce horribili cla-
mitans: tandē ſubmerſus defecit. Interim viator qui-
dam vt ſitim quam ex eſtu collegerat ſolis ſedaret ad
ſupradicti fontis fluenta diuertit. Et puerum in pro-
fundo iacentem arripiens cuidam petre ſupra poſuit ⁊
corpus iam frigidum omnique vitali calore deſtitutum
videns ipſum diu mortuum fuiſſe cognouit. Conuer-
ſuſqꝫ ad aggreſtium caſulas que prope aderant cuius
filius eſſet requirebat. Ad cuius vocem reclamātem
vicina mater pueri proſilijt et queruloſis vocibus fili
mi vbi es: fili mi ſedule iterabat. Quem mortuum in-
ueniens deſuper flebilis et miſerāda iacuit. Vicinis
autem et notis eam conſolantibus monialis quedam
ſuperuenit. Que tanto dolori compatiens matrem et
parentes commonuit vt quem diſpoſuerant ſepelire
deo ⁊ beato Claudio redderēt. Qui ſpe fideqꝫ robora-
ti virtutem dei qui in ſanctis ſuis mirabilis eſt: pura
⁊ ſimplici deuotione requirentes proſtrati in terram
orauerūt. Statim ergo puer qui mortuus fuerat oſci-
tatis oculos aperuit et cum ſuſpirijs vocem emittens
ſurrexit viuus. Alius quidam puer ſeptem annorum
filius cuiuſdam ſtrenui militis Henrici de plaucam
de ponte quodam cecidit in foſſalibus aquis plenis
que domum predicti militis circuibant. Et cum iam p
ſpaciū vnius leuce ⁊ amplius in profundo ſubmerſus
iacuiſſet nihil de corpore capitiſqꝫ ſui comu apparuit.
Quapropter populo magno ſtrepitu vociferāte pri ⁊ mri
qui tunc haud longe in eccleſia fuerāt res lamentabi-
lis innotuit. Qui ſtatim accurrentes viderunt filium

coium

eorum nudum ⁊ expoliatum in ſudario religare. Su-pradictus ergo miles toto corde ad dei famulū Clau-dium conuerſus omnes pro ſalute pueri feruenti ſpiri-tu orare monuit. Quibus orantibus ilico puer oculos aperuit: ⁊ ingemiſcēs ſuſpiria protulit ⁊ patrē intuēs ait. Pater ne timeatis viuo ego ⁊ me ſanū ⁊ hilarem habebitis. Oēs igit̄ gratias agentes deo ⁊ ſancto con-feſſori ſuo claudio vota ⁊ oblationes perſoluerūt. Mu-lier quedam vxor Joannis nicoleti ciuis lingonenſis abortiuū peperit. Omnes ergo merore conſtricti trib⁹ diebus ⁊ tribus noctibus in quadam predicte ciuita-tis eccleſia in orationibus vigilantes dn̄m exorauerūt quatenus ſpirī vite ſupradicto puero infundere digna-retur vt ſacri baptiſmatis ſacramento perfrui merere-tur. Et cum nullū conſolationis ſignum experirent̄ tā-dem rector predicte eccleſie patri ipſius pueri magna-lia que dn̄s per ſeruum ſuum claudiū operatur ad me-moriam reduxit. Statimq̧ cum pr̄ votum ſancto clau-dio emiſiſſet et puer in medio eccleſie deferēdus eſſet predictus puer vrinam emittere exordiuit: ⁊ ſucceſſiue vagiare. Ad cuius rei nouitatē pulſatis campanis q̄ſi tota ciuitas cōcurrit deo ⁊ beato claudio īmēſas gra-tiarum actiones reddendo. Puer ergo baptizatus nō longe poſt obijt ⁊ pater ipſius ſine mora corpus beatiſ-ſimi archipreſulis claudij deuote viſitauit. Cū etiam ſimili mō vxor Joannis de lierna de buxi in burgūdia abortiuum peperiſſet ⁊ in quadam capella in honore beate Catharine fundata vna nocte ipſum corpus man-ſiſſet tandem altera die ad eccl'iam btī claudij cū obla-tionibus apportatum intra miſſarum ſolēnia ſub ele-uatione corporis xp̄i plorare cepit cunctis q̄ tunc ade-rant admirantibus. Quē ſacerdos ipſam miſſam ce-lebrans poſtmodū viuum videns ſacro baptiſmatis la-uacro letus perfudit. Qua de cauſa pater pueri cuȝ le-tanio panis ⁊ aque totus nudus corpus ſctī claudij ex voto viſitauit. Aliud quoq̧ miraculum omni admira-tione dignū contigit nuper. ſ. anno dn̄i. M.cccxiiij. Mu-lier eīn quedam ſtephana noīe de ciuitate lugduni in-firmitate quadā grauiter vexata: manū ſiniſtrā penit⁹ quaſi abſciſſa eſſet perdidit. Que cū longo tp̄e apud monaſterium monialiū ſctī petri deſerte ciuitati Lu-gduni in eiuſmodi infirmitate pduraſſet: ⁊ adhuc ſuc-ceſſiue predictus morbus reliquum brachij corrodere non ceſſaret: tandē auditis mirabilib⁹ q̄ dn̄s p̄ ſeruuȝ ſuum claudium operabat̄ ad monaſterium iurenſe vbi corpus eius colitur acceſſit. Ubi cū aliquib⁹ diebus cū maxima deuotione ⁊ continuis orōnibus vt ſuper po-ſtulatis audiri mereretur ſanctū claudiū exoraſſet con-tigit vt in die beati laurentij predicta mulier añ alta-re ſupra qḋ corp⁹ eius reſeruat̄ q̄ſi in extaſi poſita diu permaneret. Cūq̧ ad ſe reuerſa nihil pene ſicut antea ſenſiſſet vidit manū ſuam integrā ⁊ ſanatā ſibi reddi-tam: manui dextre ſolummō in colore diſſimilem: eo qḋ albior ipſa ac nouior appareret. Hoc igit̄ miraculo vbiq̧ diuulgato dn̄s bartholomeus de boſcailo in vtro-q̧ iure licētiatus vicarius ⁊ officialis lugduni ad lau-dē dei ⁊ glorioſiſſimi confeſſoris ſui claudij predictam mulierē corā ſe citauit ⁊ manū ſibi reſtitutā pene corā oī pplo demōſtrare fecit: q̄ oēs teſtimoniū phibuerunt eam ſine manu ſiniſtra longo tempore extitiſſe. Et ex-tunc feſtum ſancti claudij in tota lugdunēſi dioceſi ſo-lenniter celebrari fuit inſtitutū. Adoleſcens quidā ma-num habens aridam a natiuitate auditis miraculis: ū-conus ad monaſterium cucurrit: ⁊ attrectatis mani-bus btī Claudij manum extendens cū gratiarū actiōe ſanus receſſit: matre; mie in eccleſia lauſanenſi mira

virtutibus coruſcante: ſacerdos quidam cecatis ocu-lis illuc ſpe ſalutis confugiens aduocate nr̄e melliflu-um implorabat ſubſidiū. Qui lauacro cōfeſſiōis emū-datus per viſionē in ſomnis ab eadem audire meruit: Surge ⁊ vade ad claudium fratrē in oratorio iurenſi deſcentē ⁊ viſuȝ recipies. Qui excitat⁹ feſtināter abijt ⁊ viſum recepit. Inde letus ⁊ hilaris cū lauacro reli-quiarū ſanctiſſimi viri ad propria reuertēs puer quē-dam in aqua ſubmerſum in ſpacio vnius diei exanimē peruntit ⁊ ſanū parentibus reddidit. Juuēcula q̄dam Iſabella noīe cū totius corporis pulchritudine polleret viris ſanguinum ⁊ incendiarijs ſe ſubijciens vitā cul-pabilem infami corporis redimebat cōmercio. Quib⁹ relictis cuiuſdā ſatellitis precib⁹ arboſij venit ibiq̧ va-rijs libidinum incentiuis dedita feminea leuitate cor-pus cū aīa maculabat. Infelix tandē peccatrix vt mi-raculoꝝ beati claudij preconia oculis auribuſq̧ perci-peret quadam die ſacri corporis aſſiſtebat pñtie. Que interiori lumine penitus priuata viſione diuina corpo-reum lumē amiſit ⁊ admiratione multoꝝ ſe nihil vide-re conteſtans gemitu anxiata lachrymabili ſingultu ī humū ſe pſtrauit. Cū vero vſq̧ ad ſequētis ſabbati ve-ſpere in tenebris cecitatis permāſiſſet corde deū reſpi-ciens ſpurcitias peccatoꝝ per confeſſionem ſyncerā euomuit. Deinde abſciſſis crinibus ⁊ macula vitioꝝ penitus deterſa ſe totā deo ⁊ beato claudio deuota con-tritione cōmiſit. Et ſtatim recepto lumine p̄cā diuina miſeratio plebis incredule dubietateȝ abſoluit. ¶ In balmenſi territorio erat quidam iuuenis ſolitus ar-menta cuſtodire: cui quadam die beſtias cuſtodiēti au-ra quedam veniens ⁊ nociua ſuperueniēs vt ipſe poſtea retulit oculoꝝ lumine ipſum penitus priuauit. Qui ve-niens domū cecitatis ſue dolore languendo nullaȝ cō-ſolationem accepit. Cui beatus claudius per viſioneȝ apparuit dicens. O iuuenis qd turbaris: ⁊ cogitatio-nes aſcēdendūt in cor tuū. Surge ⁊ veni ad me ⁊ ſani-tatem tibi preſtabo. Cui ille ait. Dn̄e locum habitatio-nis tue ignoro ⁊ quomodo poſſum te inuenire. Et ille Interroga diligēter donec inuenias ſciēs: qz claudi⁹ vocor. Ille igitur ſurgens iuit ad ſacerdotem ex ordine ei viſitationē narrās. Qḋ audiēs ſacerdos de negligē-tia eum duriter redarguit eo qḋ viro dei non ſtatī obe-dierit viam ei demonſtrans per quā ire deberet. Cūq̧ pergens in itinere aliqualiter deuiaſſet: ⁊ retardatio-nis ſue impatiens ſanctū dei inuocaſſet virtute dei vi-ſum repente recepit. Qui letus effectus ad ſepulchrū viri dei pperauit ⁊ magnalia dei cūctis per ordinem narrauit. ¶ Mulier quedā biſuntina a biennio cecita-tem oculoꝝ incurrit. Cūq̧ ſe ſancto claudio vouiſſet et ſero vehiculum ⁊ expenſas itineris diſpoſuiſſet: ſequē-ti nocte mēbra ſuo lectulo refouens: continuo virū dei claudiū aſtantem cōſpexit. Cuius viſionis excitata p̄-ſagio ſummo mane ſurrexit ⁊ viam cū filia manu debi-lem aggrediēs vſq̧ ad ſepulchrum ſancti claudij lumē oculoꝝ humiliter depoſcens peruenit. Qua in oratio-ne cum plena fide perſeuerante ſubito oculos apuit: ⁊ capſulam cum reliquijs agnoſcens ad filiam paulo lō-gius orantē; conuerſa dixit. Letare filia ⁊ exulta: qz ma-ter tua viſum recepit. Ecce video ſingula que oculo p̄-ſpici pñt. Cui filia. Mater mater letemur ⁊ ineffabili gloria deū ⁊ amicū eius claudiū collaudemus: qz ea-dem hora qua te dn̄s reſpexit manū meam quā debilē noſti ſanam inuenio. Multi ergo nobiles ⁊ matrone preſentes hoc viderūt ⁊ pre gaudio flentes deo ⁊ beato claudio gratias egerunt. ¶ Mulier quedam de grādi ſono corporis virib⁹ diutius deſtituta iacebat. Cui btā

dei genitrix ſignũ ſancte crucis in viſione offerẽs eam
ꝙ citius ad ſanctũ claudium iter feſtinare cõmonuit.
Que mane cũ vicinis egreſſa dimiſſo aſino in via quẽ
cõduxerat ad ſacrũ corpꝰ in comitatu perueniẽs pedi-
bus greſſum ꝛ corporis ſanitatẽ deo miſerãte recepit.
Alia quedã mulier de villula que britonia vocat mẽ-
bris debilibꝰ lecto decũbẽs vidit in ſomnis beatum
claudiũ baculum ſibi porrigere ꝗ euigilãs ꝛ baculum
in manu inueniẽs ſummo mane ꝓfectura ſurrexit / et
predictũ baculũ accipiẽs vſqꝫ ad ſctm claudiũ viro ſuo
comitante peruenit. Facta igit oblatione ꝛ pedibꝰ ſan
cti viri deoſculatis in orõne procidens debilitatis ſue
remediũ profuſis lachrymis poſtulauit. Tunc ad celũ
erectis manibus articulis innixa ſe nullũ ſentire do-
lorẽ oĩbus circunſtãtibus indicauit: ꝛ glorificãs deũ ꝛ
beatum claudium cũ reliquis ad altare rectis pedibꝰ
properauit. Cõuerſa quedaꝫ ſancti roberti de caſa dei
graui percuſſa egritudine toto corpore imbecillis le-
ctulo decubuit. Cui beatꝰ claudiꝰ in ſomnis apparuit
ſub epãli habitu baculũ paſtoralẽ baiulans ſibi ſani-
tatẽ ꝓmittebat. Que ſurgens debilitatis immemor
hilari greſſu corpus ſanctũ expetiit. Que labiis ꝛ ocu
lis contrectis liberata morbi infeſtationẽ deo miſerã-
te penitꝰ euaſit. ¶ Vir quidã apud annoras mẽbris in-
ferioribus ab adoleſcentia contractis nixu manuum
miſerabiliter incedebat. Qui ab vxore ꝛ parẽtibꝰ equo
collocatus ꝛ vſqꝫ ad grandiſonũ perductus ibidem de
ſcendit affirmans ſe beatum claudiũ qualicũqꝫ greſſu
ſine vehiculo petiturũ. Quo paulo longius egreſſo ob
uiam habuit ꝙ plurimos qui virtutes ꝛ miracula que
ipſi oculis viderãt eidẽ cũ admiratione retulerũt. Igi
tur ſtatim fidei adiutus adminiculo crura cũ pedibꝰ
extendens innixus articulis ſurrexit: ꝛ pre gaudio cur
ſitãs leta hilariqꝫ facie cum vxore expedito greſſu vſqꝫ
ad corpꝰ ſanctũ peruenit grãs agens deo ꝗ ꝑ famulũ
ſuum claudiũ ſibi ſanitatẽ contulit. ¶ Mulier quedam
ſalinenſis mẽbris diſſolutis triẽnio debilitata ad ſan
ctum claudiũ in humeris hoĩm allata fuit. Que ma-
nibus expanſis ante altare ꝓſtrata ad ſanctũ dei vo-
ce lachrymabili reclamabat: mẽbrorũ valitudinẽ ĩ hu-
militate depoſcẽs. Que ſtatim orõne facta iuncturis
crepantibus articulis innixa ſurrexit ꝛ recto greſſu co
rã oĩbus ambulauit. Frater vero eius ꝗ tali miraculo
nõ interfuerat caſu ſuperuenit: ꝛ vidẽs ſororẽ ſuã ãbulã-
tẽ nimia admiratione repletꝰ dixit. Sana facta eſt ſo
ror mea. Et illa. Gratias ago oĩpotenti deo ꝛ dño meo
beato claudio per quẽ ſanata ſum ꝛ rectis pedibus ſi-
cut tu ipſe vides incedo. ¶ Super arboſiñ agni omnes
quos paſtor quidã cuſtodiebat neſcio qua vertigine
tremuli ſe oĩno ſuſtinere nõ poterãt. Quarũ infirmita
ti ipſe cõdolens eorũ debiliorẽ beato claudio reddidit /
ſi ceteros a ꝓdicta clade liberaret. Quo reddito agni
facto agmine cucurrerunt matrũ vbera cũ oĩ hilarita
te ſuggentes. Et ſic ſtatim cõuerſus pre gaudio currens
agnũ quẽ deo ꝛ btõ claudio vouerat in ꝓñtia multorũ
ꝗ aderãt ante ſepulchrũ eiꝰ grãs agẽs obtulit. ¶ Ru-
re mariniaco vir quidã habitabat cui ex ſuperfluitate ſã
guinis natũ apoſtema dextrũ brachiũ totũ occupauit:
qđ in breui intñ tumorẽ excreuit: vt ab eodẽ viro a la
tere ꝗſi ſeparari poſſe putaret. Cũqꝫ ꝯtinuo dolor excreſce-
ret intñ vt ꝓdictꝰ vir oẽm corpis ꝗetẽ ꝛ ciborũ ſaporeꝫ
amitteret. Tãdẽ quadã nocte ĩ lecto iacẽs vt ipſe teſta
tus eſt clare vigilaret: vidit pre oculis aſſiſtere virum
aſpectu decorũ facie venerabilẽ indutũ ſtola candida ꝛ
obſtupuit. Qui quaſi in extaſi poſitꝰ in vocẽ prorum-
pẽs quis eſſet inquiſiuit. At ille claudius inqt ſeruus xp̃i
ſum ꝗ eius miſeria ad te debilẽ acceſſi. Et ſtatim brachiũ
ipm crucis ſignaculo facto muniens ſanitatẽ plena-
riã reddens euanuit. Tunc puella quedã ipſiꝰ viri filia ꝗ
nõ lõge ĩ lecto ꝗieſcebat patrẽ cuꝫ quo loqret inquiſiuit.
Quã ille increpans tacere iuſſit. Et paulopoſt timore
excuſſo brachiũ erigẽs leſionẽ nullã ſenſit. Libere con
ditionis adoleſcẽs quidã diuitijs prepotẽs in quadã vil
lula ꝓpe lugdunũ morabat. Qui cõplexione viciata
guttã artericã nõ abſqꝫ magna mẽbrorũ iuncturarũqꝫ
ꝯtractione incurrebat. Hic itaqꝫ pedũ deſtitutꝰ officio
totiꝰ patrimonij ſubſtantiam in medicos erogauit. Cuꝫ
vero nil amplꝰ qđ daret hẽret oĩ ſpe ſalutis ab ipſis
derelictꝰ quid iã facere debeat ignorauit. Inter notos
igit mẽdicare erubeſcẽs relictis parẽtibus triſtis ve-
hiculũ aſcendit diſſoneqꝫ tranſuectus eſt. Ubi cum iã
ſex annis in paupertate magnaqꝫ corpis debilitate per
manſiſſet: tãdẽ auditis miraculis ꝗ ꝑ ſctm claudiũ fie-
bant fide cõcepit vt ſi nõ corpꝰ ſaltẽ eiꝰ fimbriã aliquã
veſtimẽti eius contingere poſſet ſe ſaluum fieri credi-
dit. Baculis igitur innixus ire tentauit / ſed minime
potuit. Quapropter vehiculis ꝛ quadrigis tranſeun-
tium dolam vſqꝫ peruenit: atqꝫ iam firmiore ſpe ſanã-
di roboratus ſanctum claudium inuocans ſolius ba-
culi fulcimento vſqꝫ ad optatum locum peruenit. Cũ-
qꝫ oratorium intraſſet: ꝛ oratione facta pedes ſacri cor
poris oſculatus fuiſſet: ſtatim reiecto baculo ſanus ef-
fectus cum gratiarum actione ad parentes ſuos hila-
ris reuerſus eſt. ¶ Homo quidam in villa ſancti alba-
ni ſpiritu maligno agitatus vxorẽ ꝛ filios minaci vul
tu deterrebat. Quem amici ſui ligatum funibus ſup-
poſitum vehiculo ad ſepulchrum viri dei ꝑducere ſata
gebant. Cũ igit loco appropinquaſſet ꝛ demoniacꝰ pi
naculum templi aſpexiſſet continuo clamauit: cur me
ceditis: aut me ligatũ tenetis: dei ꝛ beati claudij miſe
ratione ſanatus ſum ſoluite me nihil timentes. Quẽ
ſtatim ſoluentes in preſentiam corporis amici dei cuꝫ
oblationibus perduxerunt. In territorio ſancti eugen-
di quedam puella .xv. annorũ quadam vice in viſiõe no
cturnali adeo perterrita fuit: vt quinqꝫ annis in lecto
decũbens nihil oĩno ſibi vel potius niſi aliqñ ſemel ꝑ
mẽſem vel circa pomum coctum degluttire poſſet. Et
quia ſemper bone fame honeſteqꝫ vite fuit: primo infir
mitatis ſue anno bis confeſſa a proprio ſacerdote cor-
pus dominicũ cũ magna reuerentia ſumpſit. Egritu-
dine igit inualeſcente quatuor annis ſequentibus nõ
ſolũ loquẽdi verũetiam viſus beneficio in toto priua-
ta fuit. Multe vero honeſte perſone miſericordia ſup
ipſam mote eam ſepius viſitabant. Inter quas cuꝫ ge
neroſa domina Catharina de beafremõ ſemel aduenit
ſet ꝛ miſeram illam aſpexiſſet amariſſime flere cepit:
atqꝫ flexis genibus diu orans tãdem benigna exhor-
tationibus ad penitentiam prouocauit dicens eiã vt
omnipotenti deo eiuſqꝫ famulo Claudio ſe totam cõ-
mitteret ſecuram: vt ꝗ tot ꝛ tanta miracula in remo-
tioribus locis perageret ibi tanꝗ ꝓprie eius famule
ſubuenire nõ dubitaret. Statiꝫ illa in ſignũ vere fidei
manꝰ ad celũ eleuans profundiſſima ſuſpiria emiſit.
Sequẽti igit die iuſſu deuote ac nobilis dñe ſupradi-
cte ad monaſteriũ ſancti claudij multis comitantibꝰ
in grabato portatur. Tunc ante ſacrum ſaltare poſita
multis effuſis precibus a circunſtantibus ſtatim ocu-
los aperuit: ꝛ hincinde circũſpiciẽs itaꝫ meritis ſan
ctiſſimi cõfeſſoris claudij ſup poplites ſe erexit: et ſur-
gens velocius pedes ſacri corporis oſculari non diſtu-
lit: cũ lachrymis clara voce deũ in ſancto ſuo magnifi-
cans. Cui eſt honor ꝛ imperium in ſcla ſeculorũ. Amẽ.

¶ De ſancta Barbara. clxxxviii.

ERat tẽpore maximiani impatoris vir quidã gentilis in nicomedia nobilitate generis preclar⁹ et tẽporaliũ rerũ abũdantia ſummus nomine dioſcorus. Cui erat filia ſpecioſiſſima noĩe Barbara. Ipſa aũt quia erat corpe pulcherrima eã pater plurimũ diligebat: quapropter recluſit eam in turri altiſſima quã eidẽ edificari fecerat ne ab aliquo hoĩe videret. Erat beata barbara ingenioſa ⁊ a tenera etate vanas cogitationes relinquẽs cepit diuina cogitare. Cũ eñ ſemel tẽplũ intraret vidẽs ſimulachra parẽtib⁹ ſuis ait. Quid ſibi volunt he ſimilitudines hoĩm. Rñderunt parentes. Taceas nõ hoĩm ſed deorũ ſunt ⁊ volunt adorari per illud qḋ neſcitur ⁊ qḋ nõ videt. Barbara dixit. Fuerunt quondã hoĩes quos nunc colimus. Rñdit ira. Ex hoc beata Barba die noctuq̃ replicabat tacita dicens: ſi hoĩes fuerunt dij noſtri ergo nati ſunt vt hoĩes: mortui ſunt vt hoĩes ſi dij eſſent nec nati fuiſſent nec mortui: q: deitas vt mihi videt nec cepit nec deſinit eſſe: hõ etiã habet originez terre q: terra eſt materia eius: ſi ergo de terra eſt ⁊ hõ deus eſt: ergo aliquid preceſſit eũ qḋ eius origo dicit. Si aptius diceremus terrã deũ ſed q: nec terra a ſe eſt nec celum a ſe nec aer a ſe: nec aqua a ſe: ex quib⁹ quatuor elementis conſtat hõ: ſed creature ſunt neceſſe eſt his eſſe creatorem. Ecce q̃ta ſapiẽtia in tam iuuencula puella. Tandẽ tradita ſtudijs liberalibus alias trãſcẽdebat: ſ; defuit ei notitia veri dei: vanos autẽ deos occulte ſpreuit ⁊ cum vidit dijs .ſ. lignis ⁊ lapidib⁹ flectere genua: ſenſibilia inſenſibilibus nutis aĩo valde correxit: ideo ea venit rumor laudis nicomedia clamans ſapiẽtiſſimũ viror alexãdrie fore .ſ. originẽ cui⁹ facundia totã terrã pfunderet q̃ veris indicijs daret cognoſcere verã deitatẽ ⁊ idolorũ confundere vanitatẽ. Hec audiẽs btã Barbara multũ gauiſa eſt in domo pectoris ſui ⁊ cepit ſedule tractare quo gñe poſſet eum audire. Erat eñ pater ei nobilis ⁊ valde potens: ergo myſteriũ ſuũ ei non reuelauit. Cũ neminẽ curatorẽ haberet recurrit ad hoc cõſiliũ vt literas eidẽ ſapientiſſimo origeni dirigeret: ⁊ ſecretũ ei patefaceret in hec verba viro alexãdrie nobilitate animi lõge lateq̃ conſpicuo origini barbara nicomedie tua ancilla dec⁹ ⁊ honorez deſiderij mei accepi fore te vere diuinitatis oſtenſorẽ. A prima eñ ſcintilla ingenij mei cũ toto corde cõcupiui vt ad veri dei notitiã puenirẽ mẽte ꝯcepi nullã deitatẽ ineſſe lignis et lapidib⁹ q̃ humana arte cõpoſita ſunt: q̃ nõ recipiunt ſenſibilitatẽ ⁊ nec loq̃ nec audire poſſunt. Vñ ſemp ptractaui eſſe falſos deos: nec hoĩes poſſe eſſe deos: q: homo incipit ⁊ deſinit eſſe: de⁹ autẽ ante tẽpora fuit nõ ergo vnq̃ deos credere potui quos hoĩes mortã eſſe cognoui. In multis eñ motibus poſita ſemp deũ nobis ignotum procul dubio eſſe putaui qui ſolus cũcta fecit quẽ ſemp amaui: huic me ſemp deuoui a quo ſum id qḋ ſum: niſi me ſnĩa fallit cui ſpiritu animatã me ſentio: ne deſiſtã donec ad eũ pertingam. Quapropter fame tue tumultu pcuſſa pater venerabilis: mentẽ meã his aptius voluere cenſui illũ deũ ſolũmodo viſtigare cui⁹ cognitionẽ apud te eſſe cognoui. Vñ ſi ita eſt vt fama refert ſupplices offero preces quatenus diſcutere digneris noctẽ ignorantie chaos confuſionis ab ancilla tua ⁊ inducere ſolẽ iuſtitie in mẽs diſcretiõis. Appto eñ verũ deũ ſcire q̃ fecit viſibilia ⁊ inuiſibilia ⁊ verum vere viuus ſit vt ipſa iam nunc dudum mecũ argumentata ſum ⁊c. Hãc epiſtolã direxit ad Alexãdriã ad origenẽ pſbyterũ que eſt in partibus Aphrice caput regionis illis longe diſtans a nicomedia. Ne aũt priuaret legatiõe quam legauerat ad deũ quem nouerat ĩ cubiculo cordis ſui lachrymas fundit dicẽs: dñe firma pedẽ ei⁹ quẽ ad famulũ tuum miſi ne aut me aut illum mors pueniat viſq̃ relegatio veniat. His ⁊ alijs poſtulationib⁹ q̃b⁹ deuote poterat nũcius alexãdriã ingreditur origenẽ reperit in palatio mãme matris alexãdre ceſaris vbi occupat in docẽdo xpianã religionẽ. Qui leticia magna literas barbare accepit laudans deũ q̃ hmõi ſemen ſuſcitabat ⁊ talia opa. Et ſtatim origenes doctor pſtãtiſſimus accelerat ⁊ edidit deſideriũ barbare in hũc modũ. Origenes veri dei indignus ſacerdos ⁊ vt poſſibile eſt oſtenſor eius adhuc etiã alexãdrie nũc degens. Barbare barbarice gentis adoptionem filior dei ⁊ Ieſu xpi verã ſalutẽ ſicut ſcripſeras ſcire te velle veruz deũ quis ſit. Scire debes q̃ vnus eſt verus deus in ſubſtãtia: ⁊ trinus in pſonis .ſ. pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpũſſctũs. Quicũq̃ hec oĩa credidit oĩno hʒ quo ad deũ pertingere poſſit: tu aũt hec intellige et intellecta crede: ſi q̃d defuerit ad plenitudinẽ deſiderij in legato acq̃re: q̃ te legẽ ſctãm erudiet: ⁊ libros quos ſecũ defert tibi leget. Nõ etiã dubites te p nomine xpi multis tormẽtis tradi. Ipſe eñ dicit. Luce .ix. Qui pdiderit aĩam ſuã in hoc mũdo ppter me in vitã eternã cuſtodit eã. Origenes miſit vnũ ex plurib⁹ cũ nuncios barbare ad barbarã q̃ modũ magno deſiderio eius daret. Preceſſit nũci⁹ barbare ⁊ nũciauit nũciũ viri dei adeſſe fecit ⁊ pmiſit eũ foris ſtare vtrũ cõueniẽs eſſet eũ intrare. Tũc illa hoĩem aduocari fecit: q̃ ingreſſus offerẽs ſalutationẽ in xpo illa aſſurgens inclinatur et tam dei nomẽ q̃ hoĩem venerat. Pater eius gr̃a viſitationis ad eã venit vidẽs virũ ignotũ tremens inq̃t. Quis hic ⁊ cur hic? Rñdit alexãdrinus medendi arte peritus q̃ reſpõdet magiſtrũ ſe habere alexãdrie q̃ cõtra vſus medicorũ etiã aĩas curat. Pater audiens receſſit ⁊ cõceſſit ea fieri colloquia. Tunc Valẽtius ſacerdos ⁊ Barbara contulerũt inter ſe ſua myſteria: ibi tunc plecta epiſtola ⁊ bene docta qḋ defuit epiſtole ad plenitudinẽ deſiderij a legato q̃ſiuit ⁊ ad libituz inuenit. Cognito aũt qḋ pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus ſit ſolus de⁹ ⁊ quomodo fili⁹ miſſus ſit a patre ⁊ p ſuſceptã humanitatẽ hoĩem perditũ reuocaſſet: captiuũ redemiſſet: ⁊ p ſacrum lauacrũ eius perã lauiſſet accelerauit ad baptiſmi gratiã ⁊ ab eodẽ preſbytero Valẽtino quẽ Origenes ad ipſam miſerat: baptizata eſt in turri in qua pater eam poſuerat: amplius que dei erãt queſiuit et que ſurſum ſunt capiens libros quos ei Origenes miſerat frequenter legit ⁊ valde exercuit in ſciẽtia diuinorum etiam ſine magiſtro: ⁊ in ſapientia diuina. Legitur etiam de ea q̃ quia pulchra fuit quidaz de optimatibus terre illius patri eius locuti ſunt: vt virum ſibi acciperet. Ipſe vero accẽdẽs ad eam in turrim perſuadebat eam dicens. Filia mea quidã de potentibus commemorati ſunt mihi de te vt acciperent te in coniugio: quid ergo vis de hoc: ipſa vero intuita patrem cum ira dixit. Ne cogas me hoc agere pater. At ipſe receſſit ab ea: deſcendenſq̃ inſtituit multitudinem artificum qui facerent lauacrum et conſtituit quomodo fieri debuit tribuens ſingulis mercedem in integrum profectuſq̃ eſt in regionem longinquam deſcendenſq̃ famula dei de turri videre opus quod factum eſt vidit contra ſeptentrionem duas ſolummodo feneſtras: et dixit artificibus. Quare duas feneſtras inſtituiſtis. Dicunt ei. Pater tuus diſpoſuit.

Quib⁹ illa. Facite mihi aliã feneſtram. Cui dixerũt. Timemus dña ne indignet̃ pater tu⁹ ꝯ nos. Dixit eis famula dei. Facite mihi feneſtrã: ego de hoc acquieſcere faciã patrẽ meũ. Ipſi vero fecerunt aliã feneſtram. Perambulãs vero barbara in natatorio contra orientẽ inſtituit in marmoribus ei⁹ digito p̃cioſam crucẽ. Depoſt aſcẽdẽs in turrim vidit ſimulachra q̃ colebat pater eius: ſuſcipiẽs ſpm̃ ſctm̃ inſpuit in faciẽ eorũ ꝛ dixit. Similes veſtri fiant q̃ faciunt vos ꝛ oẽs qui confidunt in vobis. Finitoq; opere reuerſus eſt pater ei⁹ de peregrinatione ꝛ cõtemplatus tres feneſtras dixit artificib⁹. Quare tres feneſtras inſtituiſtis. Dicũt ei. Filia tua ſic nobis precepit. Ipſe vero ait filie. Tu imperaſti tres feneſtras fieri. At illa. Etiã bene feci: nã tres feneſtre illuminãt totũ hoĩem. Et aſſumẽs eam pater eius deſcẽdit in natatorio ꝛ dixit ei. Quomodo abundantius illuminant tres feneſtre duabus. Illa rñdit. Tres ſunt mundũ illuminãtes ꝛ ſtellarũ curſum regulãtes: pater ꝛ filius ꝛ ſpiritusſanct⁹ ꝛ hi tres vnũ ſunt in eſſentia. Tũc furore repletus pater tulit ſpatam ſuã vt eã occideret. Ipſa autẽ orabat ad dñm ꝛ abſciſſa eſt petra ꝛ ſuſcepit eam intus ꝛ eiecit eã ſuper mõtem in quo duo paſtores erãt paſcentes oues ſuas: ꝛ illi conſiderauerunt ꝙ beata barbara a facie patris eius extra patriã fugeret. Pater aũt eius queritando diſcurrens venit ad predictos paſtores inquirendo vtrum barbaram filiã ſuã vidiſſent. Unus aũt eorũ cõſiderans irã patris iurauit ſe neſcire eam: alter vero eã digito prodidit. Beata aũt barbara proditori ſuo maledixit: ꝛ ſubito ipſe verſus eſt in ſtatuã marmoream ꝛ oues eius in locuſtas mutate ſũt hoc apocriphũ eſt. At pater eã reperiens flagellauit ꝛ coma traxit eã chatenis ꝛ claue recluſit vt nõ aperiret ei quiſq;: cõſtituitq; cuſtodes vſq; dum abiens nunciaret preſidi martiano. Audiẽs ergo preſes iuſſit eam preſentari. Preſes aũt videns miram pulchritudinẽ eius dixit ei. Quid vis parce tibi ipſi ꝛ ſacrifica diis aut acerrimis tormẽtis tradẽris. Cui illa. Ego habeo ſacrificare deo meo ieſu xp̃o qui fecit celum ꝛ terrã mare ꝛ oĩa que in eis ſunt. De demonibus tuis dicit propheta pſal. cxiij. Os habent ꝛ non loquentur oculos habent ꝛ non videbunt ꝛc. Similes illis fiant qui faciunt ea ꝛ oẽs qui cõfidũt in eis. Tũc preſes furore repletus iuſſit eã expoliare ꝛ carnes ei⁹ neruis taurinis ſine miſericordia diſcerpere: ita vt oẽ corpus eius inquinaretur ſanguine ꝛ iuſſit eã in carcere recludi quatenus tractaret qua pena eam conſumeret. Media nocte circunfulſit eã lux de celo in qua apparuit ei xp̃s dicẽs. Confortare filia qm̃ copioſum fit gaudium in celo et in terra ſuper paſſione tua non ergo metuas minas tyranni: ego enim ſum tecum vt eruam te ab oĩbus plagis que inferunt tibi: et ſtatim oẽs plage nuſq; apparuerũt. Gaudebat autẽ ꝛ exultabat ſancta barbara ſup exhortatione dñi. Mane facto iuſſit preſes afferri eã: ꝛ intuens q̃ illata ei tormenta nuſq; cõparuerũt dixit ei. Ecce quõ ꝓpitiati ſunt dii tibi ꝛ diligunt te q̃ plagas tuas ſanauerũt. Rñdit barbara. Similes ſunt tibi dii tui ſurdi: ceci ꝛ muti: ꝛ quomodo plagas meas curare potueſt: q̃ ſibi ipſis remedium cõferre nõ pñt: me aũt qui curauit eſt xp̃s filius dei viui quẽ tu nõ vides: q̃ induratũ eſt cor tuũ a diabolo. Tũc preſes vt leo fremẽs iuſſit capere latera ei⁹ ꝛ lampades ardentes applicari ei ꝛ in mãco caput eius cedi: ipſa aũt intuita i celũ dixit. Tu noſti cognitor domine q̃ amoris tui occaſione patior: me ergo ne derelinquas pro te vero has plagas fortiter ſuſtinui. Tũc iuſſit impius preſes gladio abſcindi mãmillas eius: q̃ aſpiciens in celũ ait. Ne proiicias me a facie tua dñe ꝛ ſpm̃ ſanctum tuũ ne auferas a me. Cum aũt hanc plagam fortiter ſuſtineret: iuſſit eam nudam circuire regionẽ illã ꝛ plagis inferentibus flagellari. At martyr xp̃i vidẽs in celũ ait. Dñe deus q̃ operis celũ nubibus adiutor ꝛ ꝓtector meus eſto ꝛ tege nudatũ corp⁹ meũ ne videatur ab oculis impiorũ virorũ. Hec dicens deſcendit angelus dñi operiens eam ſtola candida. Hoc cum videret impius preſes precepit eã gladio trucidari. Tunc furore repletus pater eius ſuſcepit eã a preſide ꝛ perduxit eã in montẽ. At vero ipſa gaudẽs ſuper hoc feſtinabat vt perfectum vite eterne brauium acciperet: ꝛ adducta in montem ad dominũ orabat dicẽs. Domine Ieſu xp̃e cui omnia obediũt: preſta mihi hãc petitionem vt ſi quis memor fuerit nominis tui et famule tue faciẽs memoriam paſſionis mee domine ne memineris peccatorum eius in die iudicii ſed ꝓpicius eſto ei: tu enim ſcis quia caro ſumus. Et facta eſt vox de celo ad eam dicens. Ueni pulcherrima mea ꝛ requieſce in cubilibus patris mei qui eſt in celis: qđ poſtulaſti donatum eſt tibi. Quo facto martyr chriſti ad locũ ſupradictum venit ꝛ ibi martyrium ſuũ finiuit: a proprio enim patre decollata eſt. Patre eius de mõte deſcẽdẽte ignis de celo deſcendit ꝛ combuſſit eum ita vt nec puluis eius inueniretur. Finita eſt autem ſancta martyr Barbara cum ſancta Iuliana quarta die mẽſis Decembris imperante Maximiano et preſidente Martiano. Fuit vir nobilis comes Saxonie q̃ inimicum ſuum captiuauit: quẽ ſtatim in turrim recludi fecit ꝛ familie ſue ſub pena magna mandauit ne ſibi aliquis cibum vel potum miniſtraret: vt ſic eo citius moreretur fame. Cũq; per aliquod tempus ſine cibo ꝛ potu manſiſſet: cuſtodem turris voce lugubri ꝛ lamentabiliter rogauit vt ei modicũ daret de pane ob reuerẽtiam glorioſe virginis Barbare ne ſic fame moreretur cuſtos nec clamorem nec preces aduertebat: et ſic per aliquod tẽpus iacebat ꝛ nemini reſponſum dabat: cuſtos vero exiſtimabat illũ iam mortuũ: rogauit ergo dñm vt illum extrahi permitteret priuſq; corpus mortuum exalaret fetorem. iniecerunt igitur funem in collum detenti: ꝛ ad ſummitatẽ deducentes ſic eũ de alto proiecerunt: qui cum ad terram perueniſſet ſtatim ſe erexit: ꝛ omnes qui aderant hoc videntes in fugã cõuerſi ſunt: quos ille dulciter monuit ac propter deum rogauit ne fugerent: ſed vt propius accederent: ꝛ cum acceſſiſſent ad eum interrogauerunt eũ quomodo hoc fieret aut quõ viuere poſſet: quibus ille reſpõdit beata virgo Barbara me in oĩbus anguſtiis meis cuſtodiuit: ꝛ in eiectione turris ſuis ſanctiſſimis manibus me ſuſtentauit: ꝛ mori nõ poſſum niſi cõfeſſus et ſacra communione munitus ꝛ inũctus: interrogatus vnde hanc gratiam haberet dixit: ieiuniis ꝛ orationibus oĩ die omni anno honoraui eam: et hanc gratiam mihi apud deum obtinuit vt mori non poſſim abſq; ſacramẽtis quibus perceptis ſtatim ſpiritũ exalabar. Aliud exemplum legimus tempore ſereniſſimi Ado. n regis romanorum: accidit vt quidam comes ex mãdato regis in partibus orientalibus preſideret. Labente vero tempore famulus quidam de proſapia militari q̃ virginem violauerat incuſatur: qui captꝰ vinculis incluſus quonſq; cogitaret de cõſilio nobilium ac ciuitatis que contra eum eſſet ſententia facienda: ꝛ tẽpore ſtatuto oẽs conuenerunt: et iuuenis deductus eſt qui intime rogauit: vt confiteretur: vocatur confeſſor: audiẽs eum innocentem ipm̃ inuenit. Unde confeſſor eum induxit vt beate Barbare perpetuũ ſeruitium voueret ꝛ

nec ad domū veniret nec rediret niſi prius locū antiquū culmen in priſcia viſitaret: qḋ ⁊ iuuenis fecit. Interea mulier clamās iudiciū implorat: iuuenis ad iudiciū ducit. Iudex querit de ſnīa iuuenis tā de vita ſua deſperans. Quidā ignotus acceſſit quem nemo nouit exhortans iuuenē: vt iudicē rogaret ipſum ſuū verbū loqui: ꝙ factū eſt. Tunc tota vniuerſitas cucurrit: q̄ ⁊ quaſi ille deſpectus vellet fari: rationabilr oſtēdens ſnīaꝫ prolatā cōtra iuuenē eſſe nullā et cōſtāter ꝓbās: ꝙ oēs tā nobiles q̄ ciues ⁊ oēs qui aderāt illud verū eſſe dicebant: ⁊ ſic ſententiā reuocauerūt: q̄ vltra humanū ſenſum ꝓtulit: cui nullus contradicere potuit: ⁊ dū ṗdict⁹ iuuenis ante tribunal exiſtebat: pre nimio gaudio proſternere ſe volēs: caſu accidit vt collum iudicis amplecteretur. Quod vidētes ſerui iudicis hoſtiliter irruerūt in eū. Hoc pater ⁊ amici vidētes deſperati flentes ⁊ lamentantes quaſi mortuū eū reliquerunt. Quod intelligens cōfeſſor cōſidēter amicis ſuis ait. Nequaq̄ ſic de beneficijs btē Barbare diffidatis. Nā veraciter ſcio ꝙ ſanus eſt ⁊ nullā patitur corporis moleſtiā. Accedentes pater ⁊ amici ei⁹ cū feſtinatione nullū veſtigiū vulneris inuenerūt in eo gratulabant illi ⁊ meritis ⁊ beneficijs beate Barbare ei preſtitis ⁊ magnifice laudauerunt eam: ⁊ ſic iuuenis tandem in ſeruitio beate Barbare vitam finiuit.

De ſancto Bernardino cōfeſſore. clxxxix.



Bernardin⁹ cōfeſſor natiōe Luſc⁹ ex nobili familia Albizeſcorum procreatus patre Toloſanē: matre neramaſſana bindi filia poſt tertiū eius natiuitatis annū defuncta infra ſeptū pr̄ matertere diane educandus remanſit: q̄ anno .xj. a patruis ſenis aduocatus eſt: vbi liberalib⁹ artibus imbutus: canonico iuri vacauit deuotas nunq̄ ꝑtermittēs orōnes: qbus corroboratus ſenis fraternitatis ſcīe Marie de ſchala ſermonie celeberrime aſcribi ſe ꝓcurauit vbi cilicio idut⁹ ſup tabulas aut paleas dormiēs circa Liguētes erat officioſiſſimus. Interea anno dn̄i M.cccc. ſeuiēte ſenis epidimia mortuis fere oībus miniſtris hoſpitalis dicte ſcīe marie: cū nullo ꝑtio ꝯduci poſſent Bernardin⁹ tyro xp̄ianoꝝ .xx. languentium ſe gratis obtulit in miniſtrū: qui cū ſe ad tantū onus imbecillem fore perpenderet: quoſdam eiuſdē fraternitatis cōſocios ad piū opus ſibi alliſcere talib⁹ ꝓcurauit. Euāgelio admonemur: regnū celorū vim patit ⁊ violenti rapiūt illud. Inferamus ergo violētiā nobiſmetipſis: nec ꝓ xp̄o mori pertimeſcamus: qḋ tam magnū atq̄ pulcherrimū: q̄ peracto tpe ad martyrij coronam peruenire ſi morimur pro chriſto certe morimur quia morte ⁊ merces augetur ⁊ omne crimē excluditur: oīs cōſummatio ⁊ ſtatus vite martyrio decorat: ⁊ hoc fundamētū vite ⁊ fidei: hoc preſidiū ſalutis: hoc vinculū libertatis ⁊ honoris. Mors quippe interiorē facit vitam. Mors magis ducit ad gloriam. Quid eīm nobis cum hac luce quibus lux eterna ꝓmittitur. Quid cū huius vite naturecq̄ cōmercio quos celi altitudo depoſcit. Intra omniū gloriā pulchrior eſt pro chriſto mori titulus: ⁊ integrior corona ſignat. Porro nobis cotēnenda mors eſt quib⁹ chriſtus occaſus eſt ante oculos. Nobis queſo cōcurrant dnice paſſionis exempla: concurrant oblata ⁊ ꝑmiſſa: quorū miram p̄cīatātes miam cōſequentur. His inflāmati iuuenes cunctorū animos cōfeſſione rite expurgati ⁊ cōmunione: ad ſanctā illaſ domū non niſi parentū ⁊ amicorū lachrymis ſe contulerunt: die nocteq̄ ſedulo infirmis miniſtrantes quandoq̄ mortuorum corpora ſepeliētes. Demū ſedata peſtilentia pluribus de cōſocijs defunctis reliqui ad paternas domos remearunt: quod fecit ⁊ Bernardinus qui ſtatim febre concuſſus ⁊ non multo poſt ſaluti reſtitutus: ampla facultate pauperibus erogata: die natiuitatis Marie virginis cuius gratia a pueritia quoad vixit ſabbato ieiunauit: beati Franciſci factus eſt imitator nihil preter habitum femoralia ⁊ funiculum poſſidens: ⁊ primo in locum columbarij in Senenſi territorio contemplationi aptiſſimum deſtinatur: vbi vigilijs: ieiunijs: diſciplinis vltra regule precepta ⁊ cilicio corp⁹ macerabat: illuc per multa miliaria nudis pedibus panis ac vini collectam eleemoſynam humeris afferebat p̄latis obediēs hic inter cetera paſſione chriſti amariſſime ſcindebatur: qui ſacerdos ordinatus quotidie amore in deū inflāmatus celebrabat: ſed altius aſpiciens: ⁊ animarum ſalutē ſitiens grauiſ ſumpta cruce: ex columbario ſaggianū: vt ebrius ſpiritu: predicaturus acceſſit: cuius integritate prius cognita a prelatis ordinis predicandi officiū cōceditur: ſed cū linguā haberet aliquātulū prepeditam facta ad dominū oratione igneus e celo globus dimittit: q̄ ſic eius lingue raucitatē decoxit: ꝙ exinde illud ſanctiſſimum nomen Ieſus italie vrbes: caſtella: villas quaſq̄ perluſtrās expedite non ſine maximo fructu ṗdicauit. Tūc eīm terras predones obſidebant: tunc tāta guelphorum ac gibellinoꝝ rabies incaluerat vt mutuo fraternoq̄ cruore ruberet Italia: publica ludoꝝ gymnaſia frequētabantur: vſurarū voragines inhiabant: vigebat magie: religio parum colebatur: ⁊ feſti dies a ferialibus niſi ſpectaculorū grā nō dignoſcebantur: ſed magis indigebat italia eo plus in bernardino ſuperne gratie fauor et virt⁹ fecūdauit. Quis enarrare poſſet quātū boni per bernardinū conſecuta eſt italia: per hūc ſedate cedes erecta hoſpitalia: extirpate feneratorum rapine: adulterini feminarū ornat⁹ cremati: feſti dies culti: ⁊ plures vtriuſq̄ ſexus non ſine miraculoꝝ ſplendore ad dei ſeruitiū conuerſi. O virū Italie frugi in his itaq̄ operibus Bernardinus perſeuerans apud aquilam aprutij vrbem anno ſalutis .M.ccccxliiij. etatis vero ſue .lxiiij. vite terminū cōpleuit. Cuius corpus aquilani ciues pluribus diebus inhumatū tenuerunt odore ſimul et miraculis fragrans: ⁊ ibidem in monaſterio ſancti Frāciſci poſtmodū honorifice ſepelierūt. Et hūc Nicolaus pontifex quintus anno domini .M.ccccl. ſanctorū catalogo coaſcripſit ſolēnis ei⁹ dies .xiij. kalendas Iunij colitur. Tranſlatum eſt autē corpus eius in tēplum nouū ei dedicatum anno eiuſdem M.cccclxxij. vj. kalendas Iunij ſexto pontifice maximo eius pontificatus anno .j.

De ſctō Bonauentura ep̄o ⁊ cōfeſſore. cxc.



Bonauentura Epiſcopus Albanenſis et Cardinalis de balneo regio oriundus ex voto matris pro ipſi⁹ infirmitate adhuc puerili beati Franciſci habitū ſuſcepit: qui ſub alexandro de halis theologie ⁊ morum ſic euaſit integerrimus vt ſepi⁹ de eo diceret alexāder. Verus iſraelita eſt iſte: in quo Adam non peccaſſe videtur. Hic anno etatis xxxv. inter tot venerabiles religionis patres propter ſuam perfectionem factus miniſter regulam beati Franciſci periclitantem Narbone in generali capitulo reformauit: ⁊ magiſter Geraldi apologe-

ricum libellũ ꝯtra minores ſubtiliter confutauit. Hic
in beati antonij tranſlatione pataui.xxxij.anno obitꝰ
eius linguã recentẽ ac rubicũdam in manibus tenẽs
inter lachrymas ait. O lingua que deũ ſemꝑ benedi=
xiſti: ⁊ alios benedicere docuiſti: nunc perſpicue cerni=
tur quanti meriti fueris apud deũ: ⁊ ſic oſculans depo
ſuit. Laborante vero difficultatibꝰ romana ſede a Gre
gorio pontifice.x.j. ⁊ ſacro ſenatu cardinalis ⁊ epiſcopꝰ
Albanenſis ꝗuis renuẽs proclamatur: ⁊ ſtatim ad cõ
cilium Lugdunenſe cũ Rothomagenſe ⁊ Triplitano
epiſcopis de rebus arduis pertractãdis deſtinatur: in
quo adeo prudenter grecorũ hereſes compoſuit: quod
omnes preſente tunc paleogo eorum imperatore libe=
re ſe deinceps romane ſedi parere velle profitebantur.
Hic libros edidit inſtitulatos. De ſeptem viſionibus.
Sententie ſententiarũ. Super euangelijs preſertim
luce. Officium beati Franciſci: et de eius vita. De ſex
alis ſeraphin. Itinerarium mentis in deum. Alterum
in ſeipſum. Defenſoriũ religionis mẽdicantium. Arbor
crucis Breuiloquia. Sermones dominicales ſuꝑ euã=
gelijs ⁊ epiſtolis per anni circulum. Compendiũ veri
tatis ſacre ſcripture. De inſtitutione nouitiorũ. De ſti=
mulo amoris pharetra. Multa in officio reformauit
et addidit. Et alia plura opuſcula vſqꝫ ad tricennariũ
numerum: que in partibus galliarũ frequẽter in ma=
nibus habentur. Et ſic in pari ſanctitate ⁊ operum fru=
ctu proficiens ex humanis ſublatus eſt anno domini
M.cclxxiiij.tertio idus Julij: etatis ſue.liij. Lugduni
in eccleſia beati Franciſci ſepultus: miraculis radiẽs.
Cuius cor reliquo corpore incinerato incorruptũ inuẽ
tũ eſt: a ſixto pontifice.iiij.anno ſalutis. M.cccclxxxij.
ſanctorũ pontificum numero aſcriptus eſt eius feſtum
dominica ſecunda Julij celebratur.

De ſancto Rocho confeſſore. cxcj.



Rochus confeſſor genere Narbo=
neñ. apud mõtem Peſſulanum
ex patre ioanne: matre libera proge=
nitus annorũ.xij. corpus ſuũ cepit ab=
ſtinentia caſtigare: qui mortuis parẽ
tibus ampliſſima hereditate paupe=
ribus diſtributa: a principatu ſe abdi
cans: oppidis pñtis patruo cõmẽda=
tis: breui veſte indutus: cũ pileo: pe=
ra: ⁊ baculo in Italiam peregrinꝰ de=
uenit: ⁊ quũ romã aquam pendentẽ
ceſenã aliaqꝫ plurima loca truci peſtilẽtia vexata ſigno
crucis liberaſſet: placẽtiã eadẽ lue infectã ad quoddã
egrotantiũ hoſpitale diuertit ꝗbus oĩbus ſimiliter ſa=
natis ſtatim ſiniſtra coxa ſagitta tranſfigitur. Sꝫ poſt
acerbam paſſionem ſalutem cõſecutus in galliam ar=
mis tunc vexatã remeauit: ⁊ in patrio captus oppido
vt explorator carceri detruditur: in quo exacto quin=
quennio in maxima patientia ⁊ vite auſteritate dñm
orãs vt inuocãtes nomẽ ſuũ a ſeuiſſima peſtilẽtia pro=
tegeret in pace obdormiuit anno domini. M.cccxxij.
etatis ſue.xxxij.xvj.kalen. Septẽbris ad cuius latus
reperta eſt tabella: his literis inſcripta. Peſte labo=
rantes ad Rochi patrociniũ confugientes contagio=
nem illam truculentiſſimã euaſuros ſignifico: quo a
patruo cognito inter multas lachrimas: peractis lon
go tractu exequijs ſanctum corpus tradidit ſepulture:
eidem templum magni ſumptus erigens. Huius vero
nomen redeuntes e concilio Conſtãtie ab eo recenter
a furenti peſtilentia liberati. Anno ſalutis. M.ccccxv.
detulerũt in Italiam: in qua ob eius innumeralia mi=
racula baſilice ⁊ ſacella vbiqꝫ indies erigũtur: ⁊ anno
eiuſdem. M.cccclxxxv. corpus eius furtim Venetias
delatum a ſenatu deuotiſſime ſuſceptum eſt: ⁊ eius no
mini templũ celeberrimum fabricatum. Feſtũ ipſius
xvj.kalen. Septembris veneratur.

De ſancta Anna. cxcij.



Poſtulaſtis filie hieruſalem inquit bea
tus Hier. poſtulaſtis ſorores di=
lectiſſime: vt ſi qd aliicubi forte i gre=
cis voluminibus de ſctã ac btiſſima
Anna matre theotocou.i.dei genitri
cis inuenirẽ ad eiꝰ laudẽ ⁊ gloriã lati=
no ſermone depromã: ſed me non ar=
guat ſeritas vr̃a ſi ſtatim petitiõi vr̃e
non obtẽperaui ⁊ grecũ depoſtulatũ:
qd dei puidẽtia ītr manꝰ nr̃as īcidit
in latinũ ſermonẽ nõ trãſtuli. Fateor
eñ ꝓ rei magnitudine ad tanti negocij trãſlationẽ me
indignũ fore: ſꝫ e celo petamꝰ auxiliũ: ⁊ cũ moyſe ele=
uate manꝰ vt petitiõis veſtre labore ſuꝑato veſtrarũ
orõnũ ſit fructꝰ. Rã de qua agimus res eſt pclara ⁊ oĩ
laude digniſſima. Eſt nẽpe ſctã Anna illa arbor bona
de qua vĩga exciſa ꝑ ſe diuinitꝰ floruit. Hec eſt celũ ex=
celſum de qua ſtella maris ꝓceſſit ad oriũ. Hec eſt ſte=
rilitas fecũda ⁊ ſimplicitas ſctã. Hec eſt radix oĩ laude
colẽda de qua egreſſa eſt virga de radice ieſſe. Hec eſt
inter mulieres bñdicta: ⁊ inter mřes btã: ex ea naqꝫ tẽ=
pliũ dñi ſacrariũ ſpũſſcti: mater dei mũdo illuxit: ⁊ me
rito ãna.i.gratia dei maritã q̃ gr̃a plena fuit genuit ob
eã rem hodie fratres chariſſimi btẽ anne mřis ſctẽ dei
genitricis ac ꝑpetue vĩginis marie feſtiuã celebremꝰ
memoriã in qua carnis reliqt ergaſtulũ ⁊ ſubuecta eſt
venerabilr ad celos ſctõrũ obſequio angelorũ ad eternũ
ſcdẽ pr̃iarcharũ ac ꝓphetarũ glioſa ⁊ felix ꝑuenit con
tuberniũ ex quorũ carne carnis cõtraxit originẽ vt per
vẽtris ſui fructũ pplo ſuo deꝰ mitteret redẽptionẽ: gau
deat ergo ſacroſctã mr̃ eccl̃ia huiꝰ ſctẽ matrone munĩ=
ta ſuffragijs ⁊ i eiꝰ laudibꝰ cũ deuotiõe exultet. Hec eſt
eñ illa ſuꝑne bñdictiõis terra de qua celeſtis figulus
ollam ſpei nr̃e cõpoſuit btiſſimã vĩginẽ mariã q̃ ex di=
uini roris imbre ꝯceptũ dei vbo hũano gñi ꝓtulit icar
natũ: gaude igr̃ ⁊ letare o felix mater ⁊ ceteris matri=
bus felicior q̃ meruiſti tãte ꝓlis gaudere priuilegio ꝑ
quã captiuus redẽptionẽ: eger curationẽ: triſtis cõſo=
lationẽ: pctõr veniã: iuſtus gratiã angelus letitiã/ de=
niqꝫ tota trinitas gloriã: atqꝫ filij pſona carnis ſubſtã=
tiã ex ſua mr̃a infinita accepit. Nos ergo hodie gratu=
lemur in dño matriqꝫ genitricis dei famulãtes vt eiꝰ
ꝓtegamur auxilio: exultate in tãta matrona vos vĩgi=
nes corde letabũdo: exultate ⁊ vos vidue ⁊ oẽs vxõra=
te in tãta dña pio affectu gaudeãt ⁊ oẽs viri in ſctẽ ãne
feſto exultet etiã orbis totꝰ: qr ex ea ꝓdijt vĩgo in qua
vbũ caro factũ eſt. Idcirco oẽs ſancta annã orẽt maio
res ⁊ paruuli mẽte deuota in oĩbꝰ nr̃is neceſſitatibus
et periculis: vt apud filiã impetret nobis veniã. Legit
eñ q̃ mater dei vĩgo intemerata cuidã viro ſctõ ſuo fa
mulo q̃ ei ſedulus ⁊ deuotꝰ ſeruiebat apparuit dicens.
Et ecce tu ⁊ innumerabiles hoĩes ⁊ fere oẽs xp̃iani me
ꝓpter filiũ meũ honorãt: ſꝫ pauci ſunt q̃ matrẽ meam
ſanctã Annã ꝓpter me honorant: quare ſi bene mihi
ſeruire cupis ⁊ ſumme placere deſideras: amodo volo
vt etiam matrẽ dulciſſimam aliqua ſpeciali deuotio=
ne honores eiuſqꝫ feſtum deuote peramplius celebres
q̃ q̃diu vixit fecit ⁊ deuote adimpleuit io dña ⁊ ſancta
Anna quibus in celis exultas gaudijs ibidem perma
nens ſine fine. Pre cunctis eñ ſanctis tu ſola in celis
dicere poteris xp̃o ieſu dño nr̃o. An iſte eſt deus meus

ego tamen quo ad humanitatẽ ipſi⁹ aula ſum: ad Vgi-
nẽ bñdictam dicere põt: hec eſt mũdi domina: celorum
regina dei electa mater: ac tñ vteri mei filia: ſas eſt ad
aplos loqui ⁊ dicere ipſa poteſt: iſti ſunt ſenatores or-
bis principes apoſtolorum iudices ſeculi: ſed meaꝝ
filiarum ſunt filij vñ ad ei⁹ deuotionẽ dicere libet pia
mr̃ ⁊ humilis de qua maria ꝓduͥt tuis adeſto famulis
quos culpa grauis deprimit: ꝙ felix emerita: manes
cum ſummo iudice: ſuccurre mater inclyta: vt viuam⁹
pacifice: vt quicqd hic delinquim⁹ ꝑ vite immũdiciaꝫ
abſtergas illud penitus ꝑ diuinã clemẽtiã qđ preſtare
dignet̃ pater ⁊ filius ac ſpũſſanctus. Amen.

¶ De viſitatione glioſe virginis marie. cccxiij



SAnctus euangeliſta Lucas deſcri
bẽs glorioſam viſitationeꝫ ſacra
tiſſime virginis marie in primo ca-
pite ait. Exurgẽs maria abijt in mõ-
tana cũ feſtinatione: ⁊ itrauit domũ
zacharie ⁊ ſalutauit elizabeth: quin
qꝫ ſiquidẽ de cauſis beatiſſima virgo
poſt angelicã ſalutationẽ abijt i mõ
tana ad ſalutãdũ elizabeth. Primo ꝓ
pter pietatem. Pietas eñ ipſam ad
hoc induxit qđ ſalomõ in ſpũ ꝓuidẽs
canti. iij. ait. Que eſt iſta q̃ aſcendit ꝑ deſertũ ſicut vir
gula fumi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris ⁊ vniuerſi
pulueris pigmentarii fuit. Siquidem btã virgo virgula
i. flexibilis ad pietatẽ: ⁊ ſi habuerit ad oẽs vniuerſalr
particulariter tñ ⁊ precipue exercuit eam circa cogna-
tam ſuam elizabeth. Dicit̃ aũt ex aromatibus quoniã
fuit plena odorib⁹ oĩm grãrũ: nec mirũ: qꝛ vt hꝫ Hora
tius lib. j. epſãz quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit
odorẽ. Vas eñ qđ in principio ſue nature fuit repletũ
aliquo bono odore ſeruabit diu odorẽ illũ: qꝛ qđ noua
teſta capit inueterata ſapit. Sic virgo ſemꝑ benedicta
ab exordio ſue conceptiõis deo plena fuit in q̃ ſunt oẽs
vtutes. Remãſit ſemꝑ oĩm aromatizãtiũ virtutũ reſꝑ
ſa. Scđo eam viſitauit ꝓpter ſctitatẽ: maria eñ venie
ad elizabeth ⁊ xp̃s ieſus ad ioannẽ vt ipm ſctificaret:
ſicut ẽt poſtmodũ venit ad baptiſmũ ioannis vt eũ ſan
ctificaret: vt inqt Ambr. ſuper lucã. Et petr⁹ Rauẽ. i
quodã ſermone ſic ait. Idcirco etiam maria poſt con-
ceptuꝫ ad elizabeth ꝓperat: qꝛ xp̃s dñs q̃ in vtero ſuo
erat ioannẽ adhuc paruulũ in ventre mr̃is poſitũ ſan-
ctificare feſtiat. Hec ille. Tertio eã viſitauit ꝓpter cõ-
gratulationẽ ⁊ officioſitatẽ: iđ Ambro. ait in omilia.
Morale ẽ oib⁹ vt q̃ fidẽ exigũt fidẽ aſtruãt: igr̃ cũ ange
lus abſcõdita nũtiaret: vt fides aſtrueret̃ exẽplo ſenio-
ris femine ſterilisqꝫ ↄceptũ marie Vgini nũtiauit vt
poſſibile deo omne qđ ei placuerit aſſereret: vbi auteꝫ
hoc audiuit maria nõ quaſi incredula de oraculo: nec
q̃ſi dubitãs de exẽplo: ſꝫ q̃ſi leta de voto religioſa ꝓ of
ficio: feſtina ꝓ gaudio in mõtana ꝑrexit. Quarto viſi
tauit eã ꝓpter impellẽtẽ charitatẽ ſiue ꝓpter ſpũſſan
cti grãm eleuãtẽ. vñ Ambr. vbi ſupra quo eñ iam deo
plena niſi ad ſuꝑiora Vgo cũ feſtinatiõe cõſcẽderet: ne-
ſcit eñ tarda molimina ſpũſſcti grã. Quinto eã viſita
uit ꝓpter hũilitatẽ eãdẽ q̃ppe humilitatẽ quã angelo
maria exhibuerat dicẽs. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm
verbũ tuũ: hoĩb⁹ ẽt exhibere curabat: ⁊ iđ feſtinanter
abijt in mõtana ⁊ zacharie domũ intrauit vt elizabeth
viſitaret ac pregnãti vetule iuuẽcula miſtraret. Ori-
genes inquit Ieſus q̃ in vtero virginis erat feſtinabat
adhuc in ventre matris Ioannẽ poſitũ ſanctificare: ꝓ
fideliũ aũt ↄſolatione debemus ⁊ nos ſurgere quoniã
exurgens maria debemus nempe ſurgere a ſomno cul
pe: a q̃ quod nos hortatur aplꝰs dicẽs ad Rom. xiij. ho-
ra eſt iam nos de ſomno ſurgere. in peccatis eñ ꝑma-
nens dr̃ dormire: quia in ſomno dormiens nil merito-
rij operis agit: qꝛ vſus liberi arbitrij eſt ligatus: ita ꝙ
lꝫ peccator in tali ſtatu opus agat de genere bonorum
nil tñ meret̃ quo ad vitam eternam conſequendam:
⁊ ſicut dormienti in ſomnis vr̃ ſibi aliqñ habere mul-
tas pecunias ⁊ delitias ⁊ in eis gaudere: ſed euigilãs
ſe illis vacuum videt ⁊ quaſi illuſum inde triſtat̃: ita
peccatori videtur ꝙ iſta bona mũdi teneat ⁊ poſſideat
⁊ diu ſperat ſe in eis permanere in morte quaſi euigilat
⁊ tunc cernit illa bona fallacia fuiſſe ⁊ tranſitoria: et
eis carere ſeu illa dimittere per mortem: ⁊ ſic multum
affligitur ⁊ dolet. Pſal. Dormierũt ſomnũ ſuũ ⁊ nihil
inuenerunt ⁊c. Aliqñ etiã dicitur ſurgere penitẽs i ſpe
venie. Quando quis de peccatis penitẽtiam agit: dici
tur ſedere per humiliationẽ ſui. Nam vt ait Ambroſi⁹
de penitẽtia diſt. j. c. nemo. Nemo inquit poteſt digne
agere penitentiam niſi qui ſperauerit veniam. Vñ di-
citur pſal. de ipſis penitentibus: ſurgite poſtꝙ ſederi-
tis qui manducatis panem doloris: idem vos qui pa-
ſcimini dolore ⁊ lachrymis contritionis poſtꝙ ſederi-
tis vos humiliando: ſurgite ad ſpem venie. Tertio qñ
dicitur ſurgere ad profectum gratie eleuando ſe ad cõ
tẽplanda celeſtia ⁊ ad alia feſtinando: ⁊ iſto modo loq̃
tur ſpiritusſanctus anime a deo dilecte. canti. ij. dicẽs.
Surge propera amica mea: colũba mea: formoſa mea
⁊ veni. valet ad contemplationem ſupernoꝝ ⁊ ꝑfectio
nem virtutum. Iam eñ hyems peccatorum tranſijt ⁊
imber paſſionum abijt ⁊ receſſit. Flores. ſ. ſanctorum
deſideriorũ apparuerunt in terra noſtra in anima ſan
cta. Et iſto tertio modo ſurrexit virgo ſemper benedi-
cta: cũ dicit̃. Exurgens maria abijt in montana cum fe
ſtinatione. vnde dicere poſſumus ꝙ abijt primo in mõ
tana diuinorũ. ſ. ſanctiſſime trinitatis. Nam tota trini
tas in ea ſuas excellentiſſimas ꝓprietates poſuit. Se-
cundo abijt in montana angelorũ. omnes eñ eorũ di-
gnitates ⁊ oĩa eorum myſteria ipſa vna ⁊ ſola in ſe cõ-
prehendit. Tertio abijt in mõtana celorum: qm̃ recte
dr̃ celũ ꝓpter ſui amplitudinem. Quarto abijt in mõ-
tana patriarcharũ: omnes nẽpe gratias quas habue-
runt patriarche quibus deo fuerunt accepti multo ex-
cellentius habuit virgo maria. Quinto abijt in mõta
na ꝓphetarum. ipſi eñ quandoqꝫ prophetabant de ꝑ-
terito: aliqui de futuro: alij autem de pñti occulto. Be-
nedicta aũt virgo de his oĩbus modis excellentiſſime
ꝓphetauit. Sexto abijt in mõtana feminarũ: oẽs eniꝫ
benedictiones quas habuerunt dñe veteris teſtamẽti
ſparſim ⁊ ſigillatim hec vna virgo complexa eſt. Se-
ptimo abijt in montana oĩm creaturarum recipiẽs in
ſe ꝑfectiones oĩm earum. O igitur ſancta ſanctarum:
o pulcherrima ⁊ prudẽtiſſima feminarum o ſingulariſ
ſima auxiliatrix oĩꝫ hoĩm ne nos deſolatos relinq̃s ꝓ
pter magnã benignitatẽ tuã: ſicut nõ dimittis ſperan-
tes in te o dña nr̃a mediatrix noſtra tuo filio nos com
menda: vt ergo nos oẽs deuote xp̃ifere virginis bñdi-
cte deſeruiam⁹ ⁊ deuote eius patrocinia imploremus.
Notate que qñoꝫ cuidã fratri ordinis predicatoꝝ ⁊ con
uentus Lugdunẽ. ⁊ eiuſdem ciuitatis filio natiuo
ſuccurrerit in ſuis maximis periculis ⁊ neceſſitatib⁹.
Nam anno milleſi. quingen. vno addito prenomiat⁹
frater veniens Aurelia cum decenti comitiua ad op
pidum gerguyo ſuper fluuium ligerim aſcẽdimus vt
facilius ad nominatam ciuitatem deſcenderem⁹. Cumqꝫ
ex inundantia aquarum: tum ex impetu ventorum
etiã ex imperitia naute ad littus ꝑuenire minime poſ-

ſemus in medio aquarũ fluctuantes quid agere opus
eſſet diſcernere nõ poteram⁹: paulatim ſiquidẽ tã ve-
hementer vnde tãta abũdãtia aquaꝝ ingreſſe ſunt: vt
oẽs in naui exiſtẽtes in medio fluminis eſſent. Cũq; ex-
tra nauez eſſent qñ ſubuerſa erat: videns dict⁹ frater
claudius ſe auxilio humano deſtitutũ cũ ceteri eſſent
iã ſubuerſi ad auxiliũ diuinũ recurrere curauit: potiſſi
me tñ ad auxiliatricẽ ꝛ virginẽ ſpem ſuã ponẽs ꝛ ſi ꝓ
pter labores nõ ſemꝑ ore: corde tñ illi virgini Marie ſe
cõmẽdabat: ꝛ glioſe ſerẽ viſule: q̃ fuit caput ſcã iuvnde
cim multum virginũ: illud hñs in mẽte qd diu⁹ Berñ.
ait in quodam ſermone ſic eã dñam noſtrã alloquens
tu benigniſſima peccatorẽ toti mũdo celoq; deſpectũ
materno affectu amplecteris foues nec deſeris: quſq;
horrẽdo iudici miſerũ reconcilies: ſileat ergo miãm
tuã o virgo benedicta quicũq; in tuis neceſſitatib⁹ te
inuocauerit ſenſerit defuiſſe his ꝑcibus ĩdignis fuſis
ad dulciſſimã matrẽ dei oculos ſue mĩe ſuper famulũ
ſuũ: ꝛ illũ fratrẽ aperuit: alijſq; ſubmerſis a dña noſtra
auxiliũ habuit: ꝛ incolumis extra aquã ſiui medio poſi
tus fuit: ꝛ ſan⁹ paſtmodũ ꝑ multa tpa vſq; etiã hodie
ꝑmãſit: magiſteriũ q̃z ſacre theologie ea interueniẽte
accepit obnixe ẽt idẽ ſacre theologie profeſſor: exorat
oẽs legẽtes: ne ꝓpter nois ſui expſſionẽ ſuis oblocu-
tionib⁹ lacerẽt: ſed cũ eo virginẽ ſemꝑ benedictã magni
ficent qm̃ ipſa eſt q̃ ſaluos facit ſperãtes in ſe: vt inqt
anſelmus ſicut oĩs a te auerſus ꝛ deſpectus neceſſe eſt
vt pereat: ita oĩs ad te conuerſus ꝛ a te reſpect⁹ ĩpoſſi
bile eſt vt intereat: o igr̃ ſanctiſſima virgo q̃ tm̃ te hu-
miliaſti: vt tuã cognatã viſitares tuo interuẽtu digne
ris nos viſitare: illuminare: ꝛ protegere: vt tecũ vna
cũ filio in eternum te videre poſſimus. Amen.

¶ De ſanctiſſimo corpore chriſti. cccxiij.



VRbanus pontifex ſummus hui⁹
nois. iiij. celeberrimi hui⁹ ſacra
menti affect⁹ pie ſtatuit ꝛ feſtum ſa-
cratiſſimi corporis ordinauit prima
quinta feria poſt octauas Pentheco
ſtes a cunctis fidelib⁹ celebrari vt q̃ ꝑ
totum anni circulũ hoc ſacro vtimur
ad ſalutẽ eius inſtitutionẽ illo ſpãli-
ter tpe recolam⁹ quo ſpũſſanct⁹ corda
diſcipuloꝝ edocuit ad plene cognoſce
dum ſacra myſteria huius ſacramen-
ti: ꝛ vt predicta ſolennitas deuotius a xpĩfidelibus ce
lebrior habeatur loco diſtributionum materialium q̃
in eccleſijs cathedralibus largiunt̃ exiſtẽtib⁹ in cano
nicis horis nocturnis pariterq; diurnis prefat⁹ roma
nus pontifex eis qui hmõi horis in hac ſolẽnitate ꝑſo-
naliter in eccleſijs extiterint ſtipendia ſpiritualia apo
ſtolica largitione conceſſit: quatenus fideles ad tanti
feſti celebritatẽ auidius ꝛ copioſius aduenirent: oib⁹
igitur vere penitentib⁹ ꝛ confeſſis qui matutinali of-
ficio dei aderũt cẽtum dies: q̃ vo miſſe totidẽ: illis au
tem qui interfuerint in primis huius feſti veſpis ſilr̃ cẽ
tum: q̃ vo in ſecũdis totidẽ eis q̃z q̃ prime tertie ſexte
none ac cõpletorij aderũt officijs: ꝓ qualibet horarum
ipſaꝝ quadraginta. Illis q̃ ꝑ ipſi⁹ feſti octauas in ma
tutinalibus veſperis miſſe ac horarũ predictarum offi
cijs pñtes extiterint: ſingulis diebus octauaꝝ ipſaruz
cẽtũ dies de iniũctis penitẽtijs relaxando indulgẽtiaz
tribuit ꝑpetuis tpib⁹ duraturã: hoc ꝓfũdiſſim⁹ doctor
ſcrũs thomas de aqno q̃ ad hui⁹ ſolennitatis deuotio-
nẽ ꝛ honorẽ totũ offiũ ꝯpoſuit ad gaudiũ ꝛ letitiã ſpũa
lẽ cũctos ſanguine xpi redẽptos hortat̃ dicẽs. Sacris
ſolẽnijs iũcta ſint gaudia ꝛ ex precordijs ſonẽt ꝑconia
recedãt vetera noua ſint oĩa corda voces ꝛ opa: noctis
recolit̃ cena nouiſſima qua xp̃s credit̃ agnũ ꝛ azima
dediſſe fratribus iuxta legitima priſcis indulta patri-
bus. poſt agnũ typicũ expletis epulis corp⁹ dñicũ datũ
diſcipulis ſic totũ oĩbus q̃ totũ ſingulis eius fatemur
manibus dedit fragilib⁹ corporis ferculũ dedit ꝛ triſti
bus ſanguinis poculũ dicẽs accipite qd trado vaſculũ
oẽs ex eo bibite panis angelic⁹ fit panis hoĩm dat pa
nis celicus figuris terminũ: o res mirabilis mãducat
dñm pauper ſeruus ꝛ humilis. O igit̃ ſacrũ cõuiuium
in quo Chriſtus dñs ſumit̃ recolit̃ memoria paſſionis
eius: mens implet̃ gr̃a ꝛ future glorie nobis pign⁹ da-
tur: ob eã rẽ doctor gentiũ beat⁹ Paulus ꝛ vas electio
nis nos admonet vt digne ad illud digniſſimum cõui
uium cũ honore reuerẽtia ꝛ deuotione accedam⁹ qñ di
xit. j. Corin. xj. probet autẽ ſeipſum homo ꝛ ſic de pane
illo edat ꝛ calice bibat. q̃ eñ mãducat ꝛ bibit indigne
iudiciũ ſibi mãducat ꝛ bibit: deuot⁹ ſiquidẽ tria debet
probare. Primo ſeipſum quãte ſit puritatis qm̃ debet
eſſe purus iuſt⁹ ꝛ ſanct⁹: vt dicit dñs de⁹ Leui. xix. Sã
cti eſtote qm̃ ego ſanct⁹ ſum nẽpe dz eſſe mũdus ꝛ pur⁹
a carnali delectatiõe a terrenoꝝ affectiõe: ꝛ a vana co-
gitatione etiã a negligẽtia ꝛ corpe. Secũdo dz ꝓbare
corpus dominicum quãte ſit maieſtatis: nõ eñ recepit
panẽ materialẽ: ſed celeſtẽ illũ videlz q̃ dixit ego ſum
panis viuus q̃ de celo deſcẽdi: panis eñ iſte hz ſummã
ꝛ glioſam cõditionẽ qr deſcẽdit de celo hz magnã ꝛ fru
ctuoſam ꝑfectionẽ qñ panis viuus hz longã ꝛ virtuo-
ſam durationem: qr ego ſum: eñ vero tria in re quali-
bet cõſiderantur eſſe opatio ꝛ finis. Tertio ꝓbet reci-
piendi modũ quãte ſit ſanctitatis cõſiderare ſiquidẽ dz
vnuſquiſq; quante ſit ſanctitatis: qm̃ illud ſalutificum
ſacramentũ eſt recipiendũ cum cõſciẽtie puritate: cum
vera fide: cũ multo deſiderio ꝛ magna deuotione: ſi eñ
btũs Joannes baptiſta ſanctificatus in vtero vt d: in
ſctõ euãgelio: timebat qñ debebat euz baptizare ꝛ non
audebat ſanctum dei caput tãgere: q̃to magis homo
debet timere qui non eſt ſanctificatus in vtero: ſed eſt
totus cõceptus in pctĩs natus ꝛ nutritus q̃ nõ ſolũ tã-
gere eũ debet: ſed intra ſe recipere: debet equidez cum
magna humilitate fide ꝛ deuotione dicere illud q̃ cen
turio dicebat dño. Mat. viij. Dñe nõ ſum dignus vt in-
tres ſub tectũ meũ: ſed tñ dic verbũ ꝛ ſanabitur puer
me⁹ id eſt aĩa mea. Scdi aũt doctores q̃rũt. Utrũ inſti
tutio hui⁹ digniſſimi ſacramẽti fuerit neceſſaria. Rñ-
det doctor ſcũs. b. Tho. in. iiij. diſt. viij. ꝛ arti. iij. ꝛ dñs
Petrus de tarẽtaſia põtifex: innocẽti⁹ q̃nt⁹ eiuſdẽm
ordi. ꝑdica. q̃ fuit talis inſtitutio hui⁹ ſacri neceſſaria
ꝓpter tres cauſas. Pria vt memoriaz ſemꝑ habeam⁹
de paſſione: vñ paulus ait. Hoc facite in meã cõmemo
rationẽ: ideo. b. Tho. dicit immenſa largitatis benefi
cia exhibita ppl̃o xpĩano ineſtimabilẽ ei ꝯferũt diuini
tatẽ: neq; eñ eſt aut fuit aliqñ tã grandis natio: q̃ ha-
beat deos appropinquãtes ſibi vt adeſt nobis deus no
ſter vnigenitus: ſiquidẽ dei filius ſue diuinitatis volens
nos eſſe participes nr̃am naturã aſſumpſit: vt homines
deos faceret factus hõ: ꝛ hoc inſuꝑ q̃ de noſtro aſſum-
pſit totũ nobis cõtulit: ad ſalutẽ corp⁹ nãq; ſuũ ꝓ no-
ſtra recõciliatione in ara crucis hoſtiã obtulit deo pa-
tri: ꝛ ſanguinem ſuum fudit in ꝑcium ſimul ꝛ laua-
crum vt redempti a miſerabili ſeruitute a pctĩs omni
bus mundaremur. Scda cauſa vt ſicut homo primus
incurrerat mortem ratione cibi vetiti ſumpti contra
voluntatem dei Geneſ. ij. nunc autem vitam eternam
poſſideat rõne huius cibi: id eſt corporis xpĩ: qm̃ teſte
Euãgel. Joan. vj. ſi quis mãducauerit ex hoc pane vi-

ta viuet ⁊ in eternū. Tertia vt ſicut quotidie peccam⁹ ſaltē venialr ita quotidie euȝ recipere aut adorare de bem⁹ qm̄ cū adorādo deuote peccata venialia remittā tur: vñ Ambroſi⁹ de penitētia di.ij. quotieſcūq̄ ꝗ ſemꝑ pecco ſemꝑ medicinā recipere debeo: ad hāc ſacratiſſimā hoſtiā cōſecratā ſub qua ꝯtinet verū corp⁹ ⁊ ſāguis Jeſu xp̄i dñi nr̄i deuotionē nō modicā Ludouicus .xj. frācoꝝ rex habebat ꝗ a medicis ꝑ plures dies derelict⁹ dn̄m Jeſum inuocauit ⁊ ab incurabili egritudine ꝯualuit: ordinauitq̄ vt in regno Frācie ob reuerētiā ſacre hoſtie in eleuatiōe corporis xp̄i in miſſa deuota oratio cantaret videlȝ. O ſalutaris hoſtia ꝗ celi pandis oſtiū bella premunt hoſtilia da robur fer auxilium. Amen.

De ſacratiſſima dña noſtra de pietate. cxcv.



In laudib⁹ virginis benedicte aliqd loquamur dilectiſſimi lȝ de ea ꝗcqd dixerim⁹ minoris ſit laudis q̄ dignitas ei⁹ mereat. Nā ꝑfectiſſima dei m̄ris opa in operū ſctōꝝ oīm cōpaſſiōe excellētis ſanctitatis ꝓrogatiuam hn̄t: de qua loquit diu⁹ Hieronymus dicēs. Si directe attēdas nihil eſt ꝟtutis: nihil gr̄e: nihil ſplēdoris q̄ totū nō refulgeat in virgine glioſa. Porro Greg. teſte: tanto ꝗs perfectior eſt q̄to pietas alienos ꝑfecti⁹ ſentit dolores: nō igit ipſi⁹ ꝗ eſt piarū piiſſima ſilēda eſt ꝟtus pietatis in quo nō ꝟi ſctōꝝ aliquē habere ſuperiorē nec parē. ꝗs em̄ ampliori agnitiōe interne cōpaſſionis lamētationes ſuꝑ mortē ſaluatoris ſciuit edicere prudēti⁹ m̄re ei⁹ doctiſſima: at ꝗs interiori dolore plangēdo lugere potuit maria meſtiſſima. vñ poſt modū ait virgo hec refulget clariſſima inter virgines ⁊ candidior inter martyres: iure em̄ pluſq̄ martyr eſt que nimio amore vulnerata triſtis extitit ſaluatoris ⁊ pre merore in alo cruciatū ſuſtinuit paſſiōis. Aug. xp̄s Jeſu carnē ⁊ maria virgo immolat mētē. Ad quos igit ꝑtinet colēda ſolēnitas: his dieb⁹ expoſtulat inſtituta dei genitrix maria immēſa pietas ꝗ in ſpū fuit paſſa cōſiderāda: admirāda: laudandaq̄: ac imitāda eſt: ipa eadem ꝟgo maria vt ioānes teſtat cap. xix. Stabat iuxta crucē mater Jeſu nō inſenſibilitate vel imutabilitate ſed ſanctitate: ſtabat em̄ fide eleuata: ſtabat pctō non inclinata: ſtabat dei volūtate cōformata: prima equidem rectitudo mētis eſt vera fides fundamentū virtutum tpe etem̄ paſſiōis oēs diſcipuli xp̄i Jeſu dñi nr̄i ꝗ prius ſtabāt fide eleuati ad ꝑpm credēdū nō ſolū veruȝ homem ſed ⁊ verū deum: vñ Petrus pro oībus dixerat Matth. xvj. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui: oēs proſtrati ſunt in infidelitatem: ſola em̄ beatiſſima maria ſtabat fide eleuata de ei⁹ diuinitate expectās indubie ſuam tertia die reſurrectionē in huius ſignū triduano officio dñice paſſionis cū ꝗndecim candele accenſe firmentur ante altare paulatim oēs extinguuntur ſola vna accenſa abſcōdit ꝗ poſt officium oībus ꝓfert ad illuminādū: ille ꝗndecim candele accēſe ſignificāt .xj. apl'os ⁊ tres marias magdalene ſalome ⁊ alphei ꝗ pre ceteris videbātur fide illuſtrate ⁊ firmate. Sed in illo triduo oēs extincti ſunt lumine fidei deitatis xp̄i ieſu ſolū in virgine bñdicta remāſit tñ fidei occultū qd̄ poſtmodū oīb⁹ patefactum eſt ad oēs ſuo exēplo illuminandū: ſtabat ſcdo a peccato non inclinata nō iacebat nō ſedebat nō deniq̄ curua erat ſed ſtabat. Jacebat quis in pctō per prauā operatiōnē ſedet ꝑ mētis cōſentionē: inclinat ꝑ ſenſualem dilectionē oēs nos cecidimus quaſi foliū. ſ. a perfectione virtutū ſaltē quo ab cōplacentiā ſenſualem vbi cōſiſtit veniale: qm̄ ſi dixerim⁹ q̄ pctm̄ nō habemus veritas in nobis nō eſt: etiā tertio ſtabat firma voluntate dei conformans ſe: ideo ſtabat nō murmurabat q̄ filius innocētiſſimus pateret: nō blaſphemabat iudeos q̄ ab eis quibus tot beneficia fecerat tam crudeliter tractaretur nō vindictā a deo petebat q̄ illi a terra viui abſorberentur vt merebant: non capillos vel vultū ſcindebat q̄ vidua ⁊ ſine filio cōſolatore remanebat. Sed ſtabat verecunda modeſta lachrymis plena dolorib⁹ inmēſis: ideo Anſelm⁹ ait: o domina quos fontes lachrymarū dicā erupiſſe de pudiciſſimis oculis tuis cū attēderes vnicū filiū tuū innocētē corā te flagellari ligari mactari et carnem de carne tua ab impijs crudeliter diſſecari ⁊ tñ ita diuine volūtati cōformis fuiſti vt ſaluti humani gn̄is auidiſſima eſſes vt ꝯformis ⁊ fixa in dei volūtatē eſſes: q̄uis tūc impleta etiam illa prophetia ſancti Simonis dicentis Luc. ij. Tuā ipſi⁹ animā ptrāſibit gladi⁹: o dña dicebat iuſtus ille ſymeō vos fuiſtis ſine dolore in partu: mais il vidra le tēps qn̄ eritis iuxta crucē filij veſtri ⁊ cū videbitis morientē gladi⁹ tūc penetrabit cor vr̄m ipſa enim virgo maria habuit ſingularem cōtcationē oīm doloꝝ paſſionis filij ſui ꝓpter fidē: propter cognitionē ⁊ propter ſatiſfactionē: iuxta crucē equideȝ erat meſtiſſima mater ⁊ quo nō poterat tētabat erigere manus cupiebat amplecti filiū in alto pēdētē ſȝ quodā mō fruſtra extēſe manus cōplexe redibāt: poſtq̄ ꝟo ſuſcepit corp⁹ xp̄i ieſu a cruce depoſitū q̄ lachrymabili voce dicebat ꝗd feciſti o ieſu fili mi chariſſime: quare iudei te crucifixerūt ꝗ cauſa mortis tue o fili q̄ dura ⁊ amara eſt tibi humani generis redemptio ꝑ qua tu deo patri ⁊ tibi tū ſpiritu ſctō gr̄as ago. Vñ eccl'ia deuotiſſime nos inuitādo ad hui⁹ diei cōpaſſionē cātat dicēs: mētes iuuet fideliū dolores ⁊ ſuſpiria m̄ris xp̄i reuoluere cum gratiarū munere caſta parētis viſcera pena torquētur aſpera dū illū quē generat virgis peruerſi verberantes Jeſum ligāt crudelr̄ cedūt cruciāt acriter ⁊ ei⁹ m̄ris maxie ſic augent triſtitie ꝗ ꝟo dei filiū genuerat puerpera ſtat gemēs ad ſuppliciū cernēdo crucem miſera: tantum ſibi cōpatitur q̄ fere ſecū moritur nullus dolor amarior: nam nulla ꝓles carior: cuncti ergo marie ſeruuli cultores vere fidei ieſum occiſum colite ⁊ cum maria plāgite ⁊ deuotionē decetero accipite: ſicut ꝗdā doctor i vtroq̄ iure de parlamēto Pariſieñ. ꝗ audiēs ꝓdicationē cuiuſdā fratris ordinis ꝓdicatoꝝ cōcionātis de pietate virginis glorioſe cū infirmus eſſet vſq̄ ad mortē: ⁊ loquelā ꝑ plures dies perdidiſſet vocatus predicator a ſua vxore vt eum viſitaret et facta viſitatione frater ille ilico ad cōuentū miſit vt fratres dicerent oronē ante dominam noſtrā de pietate: qua dicta aperiens oculos infirmus loqui cepit meritiſq̄ virginis cōfeſſus eſt q̄uis intra ſpaciū .x. annorū nō fuiſſet vere cōfeſſus ⁊ poſt per aliquos dies ſuperuixit: hi ſunt dolores quos virgo habuit diſce ſaluator noſtros meminiſſe dolores virginis ſeptenos vt tibi quaq̄ die ꝓ ſint dolores virginis ꝓdixit Simeon animā mucrone feriri et matrem nati vulnera ferre ſui: ſecundus huic cum ceſa fuit puerorū turba prolum pertuli in egyptū non bene tuta meum: tertius ⁊ dolui querens puerū diuina docētem in templo quartus hunc captum hui⁹ ferre pondera crucis eum vidi: ſextus et ligno fixum cum morte ſopitum deponi: ſeptimus inq̄ petre relinquere pulſa fui: hos igitur noſtros quiſquis meditatur dolores percipiet natum ferre ſalutis opem q̄ ipſe preſtare dignetur. Amen.

De ſancto Joſeph ſpōſo virginis Marie. cxcvj.



Nobiliſſima res eſt nobis miſe
ris mortalib⁹ in hoc mūdo hēre
ſingularē deuotionē nō ſolū deo eter
no: ſed etiā ſuis glorioſis ſctis ⁊ hoc
propter noſtrā inopiā: qꝛ nil ex nobis
mereremur coraꝫ deo imo pleni pctis
demereremur ſupplicia ꝓpter qđ ad
ſctōs op⁹ eſt nos refugere quatenus
eoꝝ meritis de⁹ placet̄ ⁊ qđ petim⁹
efficaciter cōſequamur. Hinc Job. v.
ad aliquē ſctōꝝ cōuertere: tū etiā ꝓpter dei nrī reuerē=
tiā qm̄ de⁹ q̄ in eis habitat honorat̄ q̄ nēpe ſctis hono
rem tribuit illū ſpecialr̄ honorat q̄ eos inhabitādo ꝑ
gratiā ſctificauit: tū etiā tertio ꝓpter eoꝝ virtuoſitatē
⁊ gloriā ꝓpter quā digni ſunt honore: nā teſte philoſo=
pho in. iiij. ethi. honor eſt premiū virtutis ⁊ virtuti pfe=
cte nō fit cōdign⁹ honor. debēt ergo ſcti honorari tāq̄
v̄tuoſiſſimi ⁊ glioſiſſimi nrī patroni ſpūales qm̄ vt ha=
betur. xj. q. vij. c. qualis. q̄ patronū ſiue patrē ſpūalē nō
honorat plus videt̄ peccare q̄ q̄ patrē carnalē contē=
nit: ⁊ qm̄ ſctiſſis Joſeph eſt vnus de glorioſiorib⁹ ſctis
paradiſi cui dñs tantā gratiā cōtulit vt ſuā dilectiſſi=
mam matrē ei in cuſtodiā ⁊ ſponſam daret. Jō ad ipm
merito deuotione vtinā magna mouemur: hꝫ em̄ ipſe
ſctūs Joſeph plurima priuilegia. Primū ē nobiliſſi=
me gňationis qm̄ erat teſte euāgelio de domo ⁊ fami=
lia dauid Matth. j. Joſeph fili dauid noli timere acci=
pere mariā cōiugē tuā: ex qua domo dauid xp̄s Jeſus
deſcēſurus erat. Si aūt de modū genealogie ſcire vel=
les ſm Joānem damaſcenū notandū foret q̄ ꝑ cathe=
nam Mathā ꝓphete filij Dauid deſcēdit melchi: a quo
melchi quarto gradu deſcēdit ⁊ diſtat i recta linea ipē
Joſeph. vt patet Luc. iij. ⁊ Melchi eſt ipſi Joſeph au⁹
aui: melchi v̄o habuit fratrē noīe Pāthera q̄ genuit
Barpāthera ⁊ hic genuit Joochim q̄ genuit glorioſaꝫ
virginē mariā ꝑ cathenā aūt ipſius ſalomonis filij da=
uid naturalis deſcēdit Mathā q̄ fuit auus ſcti Joſeph.
Ipē aūt Mathā habuit vxorē ex qua genuit Jacob pa
trem Joſeph ex his oīb⁹ apte monſtrat̄ nobilitas tam
btē v̄ginis q̄ eius ſpōſi Joſeph: qm̄ fuerūt propinque.
Vigit̄ q̄ nobiliſſim⁹ eſt iſte ſpōſus vtiqꝫ eſt ꝓpinqu⁹
multorū ſctōꝝ vcꝫ Joanis baptiſte ⁊ multorū apl̄orū
dñi nrī Jeſu xp̄i. Scōm priuilegiū ipſi⁹ ſponſi glorioſe
virginis Marie eſt euāgelice cōmēdatiōis: qm̄ in ſctō
euāgelio ipē Joſeph cōmēdatur iuſtus fuiſſe. Matt. j.
Cum eſſet Joſeph iuſtus nolebat traducere: vt teſtan
tur doctores catholice veritatis cōmendatur a pfecta
virtuoſitate: p̄cipue in talibus ſcriptis accipitur iuſti=
tia inquātum eſt virtus gňalis oēs virtutes cōprehen
dens in ipſo ſiquidem videre potuiſſem⁹ virtutes fer=
me omniū patriarcharū ⁊ ꝓphetarū ⁊ certe haud du=
bium: quia in ipſo erat obediētia prompta que fuit in
Abrahā immolando filium ſuū dilectiſſimū: patiētia
Joſeph patriarche: humilitas Dauid: deuotio ꝓpheta
rum ⁊ ſanctorum patrū ⁊ deuotarum mulierū ex qui=
bus reddebatur ſponſus virginis. Tertiū priuilegiuꝫ
virginee electionis refulget nēpe gloria ⁊ aureola vir=
ginitatis: fuit em̄ electus virgo incorrupt⁹ quam vir=
ginitatem vouerat mutuo cōſenſu vna cū virgine be=
nedicta. vnde Hiero. ſanctus contra Heluidium ait.
Grata gr̄a ⁊ florida fuit v̄ginis mr̄is et Joſeph ſocie=
tas ⁊ ſicut amatores puritatis in matrimonio virgi=
nitatis fuerunt a ſpiritu ſancto electi. ⁊ Aug. in lib. de
coniugali bono. Joſeph niſi virgo fuiſſet virgo mater
dei nequaq̄ in ſpōſaut ſibi a deo data fuiſſet: alias hoc
ſanctum cōiugiū claudicaſſet. Quartū fuit priuilegiū
dilectionis ⁊ ſancte cōuerſatiōis. Fuit em̄ inter bn̄di=
ctam virgineꝫ mariā: ⁊ ſctm̄ Joſeph amor ſctiſſim⁹ ⁊
ꝯuerſatio ſctā: generalis em̄ regula eſt q̄ cū ſctō ſctus
eris: ⁊ cū pſona mala ⁊ ꝑuerſa ꝑuerteris. ꝓs. Cū autēꝫ
ſctūs ioſeph ſctiſſimā ſocietatē habuerit mariā filium
dei: ſiētē em̄ v̄gine ſiebat ēt ſctūs ioſeph eūte i egyptū
etiā ibat: ſunt et alia priuilegia dulciſſima ꝯſolatiōis:
angelice frequētatiōis ⁊ viſitatiōis gtiſſime impetra
tiōis ⁊ ſuffragatiōis q̄ſq̄s ē ei deuote ſeruit: q̄ſq̄s eius
ſuffragia expoſcit abſqꝫ dubio exaudiet̄ in ſuis p̄cibus
apō dñꝫ nr̄ꝫ ieſū xp̄ꝫ nō em̄ ē fas negare q̄ petit ꝓpter
honore ſuū qm̄ fuit pr̄ putatiu⁹. O igit̄ viroꝝ feliciſſi=
me ⁊ ſctē ioſeph rogam⁹ ora ꝓ nobis vna cū tua ſpōſa
v̄gine bn̄dicta vt nos ꝑducat ad celeſtia regna. Amē.

¶ De ſancto Hyreneo archipſule Lugdu=
neñ. digniſſimo. cxcvij.



Sanctus Policarpus diſcipulus
btī Joānis euangeliſte zelator fi=
dei maximus andrēs q̄ antonius de
galliarū ꝓuincijs nomē cuperet ex=
tinguere xp̄ianū ac ſctm̄ photinum
epm̄ Lugđ. cū ſuis ꝓtoſciiſqꝫ habuit
xp̄ianos diuerſis ſupplicijs macera=
tos ꝑ martyrij palmā euolaſſe ad ce=
lū ſctm̄ Hyreneū pſbyterū de q̄ mul=
ta magnifica in eccl̄iaſtica narrātur
hiſtoria de latere ſuo ad Lugđ. vrbē
angelo duce trāſmiſit: vt xp̄ianos latētes ꝑ loca diuer
ſa cōfortaret ⁊ gētiū multitudinē ſue p̄dicatiōis xp̄i dñi
noſtri ieſu aggregaret: veniēs aūt ſctūs hyrene⁹ cū za=
charia diacono ⁊ duob⁹ clericis comitib⁹ nobiliſſimā
Lugdunēſem ingredit̄ vrbē v̄tutib⁹ aūt ⁊ ſignis ⁊ p̄re
dicationib⁹ ei⁹ tota ciuitas illa in ꝓmo tpē credidit
Jeſu xp̄o dño noſtro quo aūt ire non valuit ſuas epl̄as
trāſmittebat ⁊ ꝑ eas chriſto auxiliante gentiliū multi
tudo ꝯuertebat̄ ingemiſcēs ſuꝑ his calliditas diabo=
lica ſicut ſeueri imperatoris pectus intrauit et in chri=
ſtianoꝝ perſecutionē exardeſcēs quo ipſe non ibat epi
ſtolas ſuas mittebat data ſnīa: vt chriſtiani qui nō ſa=
crificarēt idolis: diuerſis ſupplicijs interirent cū autē
tūc tpīs ceſar eſſet in extremis finibus galliarū ſctūs
hyreneus a papa romano pōtificalis aſſumpſit gratiā
apud lugdunū ⁊ gaudētes ceperūt eccleſiā conſtruere
xp̄iani. Audiēs aūt iniq̄ſſim⁹ ceſar q̄ btā ciuitas illa
ſuis renūtiaret ceremonijs ferociſſimos gladiatores
elegit: ⁊ veniēs vndiqꝫ ciuitatē circūdari p̄cepit dicēs
precurrite portas circūdate domicilia ⁊ q̄cūqꝫ dijs nō
ſacrificauerint gladio iubeo finire vitā. Veruꝫ xp̄i pie=
tas ante miſit angelū ſuū ad ſanctū Hyreneum futura
nuntiantem medio igitur fere noctis tpē angelus dñi
locutus eſt ad eum facie ad faciem zacharia preſbyte=
ro audiente ⁊ ait. Hyrenee ſancte: chriſtus dñs noſter
te poſt multos labores tuos cum populo tuo per mar=
tyrij coronā ad celeſtia regna mutat: expectāt te cum
tuis militibus patriarche ⁊ ꝓphete: gaudet de te apo=
ſtolo ꝝ chorus quorū predicationis ſonus exiuit in vr=
bem iſtā p̄eclarā ſtant angeli ante tribunal xp̄i tuam
pronūtiātes cōſtātiam. Angelus rurſum ait agit tibi
gratias ſancta maria cū ſanctis virginibus quaꝝ vir=
ginitatē per populos annuntias: pro te ⁊ martyrū pe=
tit exercitus vt cū his militibus quos ſocios paſſiōis
eſſe feciſti agminib⁹ paradiſi iūgaris i gloria expectāt
vos triclinia varijs inſignib⁹ ornata i quorū atrijs col
locatus eſt anteceſſor tuus ſanctus Photinus: cōfor=
ta ergo fratres nec timeas eū qui occidit corpus: ani=
mam autē non poteſt occidere. Zachariam vero cum

duobus diaconis latentē p loca paulisp reſeruas vt ſicut tu poſt beatū photinū predicaſti ꝛ feciſti: ita ꝛ ipſe poſtmodū cōfortet iterū fratres in xp̄o quos ſimilis corone triūph⁹ expectat: ꝛ qui corporis tui mēbra recondat in ſepulchro. Hec audiēs ſanctus hyrene⁹ ait: gratias ago tibi dn̄e ieſu xp̄e fili dei viui: lumē eternū ſplēdor iuſtitie: fons ꝛ origo pietatis: qḋ ita me per angelū tuū letificare dignat⁹ es: da huic pp̄lo tuo domine de⁹ conſtantiā vt nullus ſit q̄ a tua cōfeſſione recedat: ſed tua virtute confirmati ꝓmiſſionis tue brauiū cōſequātur. Et cōpleta oratione cepit fratres conſortare quoꝝ viſcera ſic ſpūſſanctus repleuit vt nemo a recto itinere deuiaret: ſed vnuſquiſqꝫ aliū cōfortaret. Data igitur ſnīa feliciſſima vrbs a militibus circundata eſt: frater vero fratrem ꝛ pater filium: materqꝫ filiam afferebat ꝓ xp̄o dn̄o: ac vniuerſi ſexus conditionis ꝛ etatis ſummā martyriꝫ coronam accepit: tyrān⁹ nēpe vocato ſancto hyreneo cū toto pp̄lo ait: aut diis noſtris ſacrifica: ꝛ tali loco idolum adora ꝛ viues cū pp̄lo tuo: aut ex altero elige mortem adorando crucē: mox pp̄lo iteꝝ admonito ad crucē cū pp̄lo cucurrit: at ſatellites demonum totāꝫ illam ſanctā ſocietatē ad celos per martyriꝫ palmā emiſerūt: currebāt p plateas riui ſanguinis precioſi. Sctīn vero hyreneū tāta crudelitate vexauerunt q̄ vix valeat enarrari: ꝛ in tormētis ipſi⁹ felicē aīam laudans deum emiſit. Ipſe vero ſepultus eſt a brō Zacharia in cripta abditiſſima. Septimo aūt die ſ̄a paſſione ſua cū multitudine martyrum ſancto policarpo apparuit dicens ei. Agnoſce filiū quē emiſiſti pater ſctē. Ecce accepimus ꝓmiſſionem quā nobis promiſit rex celoꝝ ꝛ terre qui eſt deus benedictus in ſecula ſeculoꝝ amē. Hic ſiquidē glorioſus martyr ad ſancte mřis nře eccleſie conſtructionem ꝛ edificationem preclara ſcripſit volumina aduerſus gentes de diſciplina cōtra hereſes libros quinqꝫ. ad Blaſtuꝫ de ſciſmate de monarchia dei. de ogleade. de paſcha ad victorem papam. de predicatione apoſtolica ꝛ alia multa. Coronat⁹ eſt autem quarto Kalen. Iulij ſub marco antonino anno ſaluationis. clxxv.

## ¶ De ſancto Fortunato. cxcviij.



Fortunatus ep̄s tudertin⁹ in effugandis ſpiritibus malis immenſe virtutis gr̄a pollebat: ita vt nōnunq̄ obſeſſis corporib⁹ legiones demonum pelleret: vt diuus dicit Gregori⁹ in primo libro dialogoꝝ de quadaꝫ muliere per eum ſanata. Alio etiam tp̄e dei famulus ex obſeſſo quodā homine īmūdū ſpiritum excuſſit malignus ſpirit⁹ cum veſperaſcentem iam ſecretam ab hominibus horaꝫ cerneret peregrinū quēpiam eſſe ſe ſimulans currere cepit p ciuitatis plateas ꝛ clamare. O virum ſanctum fortunatum epiſcopum eſſe q̄d fecit peregrinū hominē de hoſpitio ſuo expulit / quero vbi requieſcere debeam ꝛ in ciuitate eius non inuenio. Tūc quidem in hoſpicio ſuo cum vxore ſua ꝛ filio paruulo ad prunas ſedebat qui vocem eius audiens ꝛ quid ei epiſcopus fecerit requirens eum inuitauit hoſpitio ſedere eū iuxta prunas fecit. Cumqꝫ viciſſim aliqua confabularent paruulū eius filiū idem malignus ſpirit⁹ inuaſit atqꝫ in eiſdem prunis proiecit ibiqꝫ aīam eius excuſſit qui orbatus miſer vel quē ipſe ſuſceperit: vel quem epiſcopus expuliſſet agnouit. Alio quoqꝫ tēpore dum oculorum quidam lumen amiſiſſet ad hūc deductus interceſſionis eius opem petijt ꝛ īpetrauit. Marcellus etiam mortuus ad preces ſuas ꝛ ſuarum ſoroꝝ flentium ſuſcitatus eſt: ꝛ oculos aperiens reſpiciensqꝫ ſanctum fortunatum ait. O pater ꝛ q̄d feciſti: heu dn̄e quid feciſti: ille ait duo heſterna die venerunt qui me eijcientes ex corpore in bonū locū duxerunt. Hodie autem vnus miſſus eſt q̄ dixit reducite eum: q: fortunat⁹ ep̄s in domū illius venit ꝛ diutius poſt in hac vita manſit. Btūs vero ep̄s in veneranda ſua ſenectute plenus bonis operibus migrauit ad dominum.

## ¶ De ſancto Honorato. cxcix.



VEnātij quondā patricij in ſauine partibus villa fuit: ī qua colonus eius filium honoratū noīe habuit q̄ ab annis puerilibus ad amorē celeſtis patrie per abſtinentiā exarſit. Cūqꝫ tā magna conuerſatione polleret ſeſeqꝫ iā ab ocioſo ſermōe reſtringeret: multumqꝫ vt prefat⁹ ſuaꝫ per abſtinentiam carnem domaret / quadam die parentes illius vicinis ſuis conuiuium fecerūt in quo ad veſcendū carnes parate ſunt quas dum ille ad eſum contingere ꝓ abſtinentie amore recuſaret ceperūt parentes eius irridere ꝛ dicere comede nunq̄d piſcem in his montibus ablaturi ſumus. Illo vero in loco audiri piſces nō cōſueuerant nec videri. Sed cū his ſermonib⁹ beat⁹ honorat⁹ irrideret repēte ī cōuiuiū aqua ad miniſteriū defuit. Cumqꝫ ſitula lignea ſicut illic mos eſt māciplū ad fontē perrexit vt hauriret aquā piſcis ſitulam intrauit: reuerſumqꝫ mācipiū ante ora diſcūbentiū piſcē cū aqua effundit q̄ ad totius diei victū potuiſſet honorato ſufficere: admirati oēs totaqꝫ illa parētū irriſio ceſſauit. Nāqꝫ cepere in honorato venerari abſtinētiam quā ante deridebant. Sicqꝫ a dei hoīe irriſionis deterſit obprobria piſcis de mōte: q̄ cū magnis virtutibus creſceret a predicto dn̄o ſuo libertati donatus eſt atqꝫ in eo loco qui fundus dicit̄ monaſteriū cōſtruxit in quo ducētoꝝ fere monachoꝝ pr̄ extitit: ibiqꝫ vita illius circūquaqꝫ exēpla eximie cōuerſationis dedit. Q̄dā eñ die ex eo mōte q̄ ei⁹ monaſterio in excelſū ꝓminet ingētis ſaxi moles erupta eſt q̄ p deuexū montis latus veniēs totius ruinā celle oīuqꝫ fratrū interitum minabat̄ quam cum venientem deſuper vir ſanctus vidiſſet poſt noīs ieſu xp̄i inuocatiōnē ſignū crucis ei oppoſuit ꝛ in montis latere cadenteꝫ fixit: ꝛ poſt plures annos in domino requieuit.

## ¶ De ſancto Fuſciano. cc.



RIctionar⁹ in cathedra peſtilentie reſidēs poſt mortē datā p eū ꝛ adeptā coronā martyrij a brō q̄ntino ſctīs dei fuſcian⁹ cū brō victorico fraterna charitate ſuccenſi ꝛ ī fide dn̄i nr̄i ieſu xp̄i fundati p̄ſes tyrānus allocutus eſt vt a dn̄o xp̄o recedētes idolis ꝛ diis ſuis ſacrificarēt. qḋ cū illi penit⁹ abominātes reſpuerēt eiſqꝫ tādē ad inferēda ſupplicia qualia vellet abſqꝫ mora inultarēt tyrān⁹ ille ſudes ferreas ī narco coꝝ ꝛ aures cudendo iuſſit imitti ꝛ clauis cādētib⁹ coꝝ capita trāſfigi ocl'os qꝫ coꝝ a foraminib⁹ ſuis pelliſqꝫ man⁹ lato criſpās hāſtilia ferro ad ſctōꝝ corpora trāſforāda ea direxit: eiſqꝫ adhuc palpātib⁹ capita amputari precepit: optatoqꝫ potitus ſolito letior ꝛ quaſi de quadam placidēs victoria celeriter ambiens regreſſus eſt: moxqꝫ viſione diuina percuſſus inteſtinorū dolore repletus eſt ꝛ per totā ciuitatē clamare cepit ac dicere: heu heu heu quid

agã aut qd mihi miſero deniqȝ reſtat ꝗ ꝓpter dei ſctõs
fuſcianũ ⁊ victoricũ quib⁹ vtrã in tali ſupplicio intole
rabili cruciox pena: eaqȝ die qua decollati ſunt ingeno
fulgor ſup eox corpa apparuit: extincta quoqȝ cũ iace-
rẽt truncata capitibus ipſi ſup pedes erecti ſunt ⁊ aiab⁹
recipientes ꝓpria capita: firmo rectoqȝ gradu ad ho-
ſpiciũ dei gentiani de quo educti fuerant redierunt vt
cum eodem in domino ſimul dormirent.

¶ De ſancto Juſto archiepo inclyte ciuitatis ccj.
Lugdunenſis.



Beatus iuſtus lugdunẽſ. vrbis
primus ſacerdos factus: nũc ve
ro apud dñm nr̃m ieſum xp̃m exi-
mius patron⁹ ⁊ interceſſor cui⁹ cũ
recolo inexpugnabilẽ in opibus ſi
dem precipuum in victu rigorem
lõginquã in ſolitudine ꝯmoratio
nẽ incunctanter affirmo hunc nõ
ĩpleta paſſione palmã martyrii nõ
amiſiſſe. Fuit em̃ antiſtes lugdunẽſium a deo ⁊ clero
creatus ⁊ elect⁹ cũ tanta puritate: modeſtia: pietate:
patiẽtia: pauperũ cura: diuinox mandatox obſeruan-
tia: vt etiam magnificos dñi ſacerdotes oĩ preiret gra
virtutũ. Juſtus aũt noĩe ⁊ re offm̃ dignitatis deſerere
⁊ peregrina quo lateret expetere voluit ⁊ decreuit: et
comitem ſui itineris egregie indolis puerũ ꝗ in eccle
ſia offm̃ lectoris gerebat aſſumpſit pueroqȝ recepto in
ſolatiũ ſue peregrinationis: eremũ petẽs in egyptũ na
uigauit iactata in dño oĩ cogitatione ſoli adherẽs aĩo
ꝗ eſt ſpes oim̃ finiũ terre ⁊ in mari longe. Cũ xo mul-
to iam tpe mox in eremo: ac multox exẽplar traxiſſet
ſanct⁹ antioch⁹ tũc preſbyter lugdunẽſ ſpiritu incitatus
officio vſqȝ ad viſendũ epm̃ ſuum btm̃ iuſtum peregre
aĩo intẽdit vir diſcretione precipuus: ⁊ ꝗ nõ immerito
tpe interiecto ad eiuſdẽ põtificij culmẽ eſt aſſumptus
Hic ꝗ cũ deſiderio tãti antiſtitis terras ⁊ maria tranſ-
uagaret prenuntiaſſe eius aduentũ ⁊ dixiſſe ita fertur
charus noſter antiochus hodie illic morat etiã die ꝗ
ad ipm̃ venit hũc venturũ eſſe nouit ſpũ ꝓphetico illu-
ſtrat⁹. verũ cũ aliquot annis in eremo ⁊ angelis ꝓxi-
mã egiſſet vitã dignus adeſſet finis tãtis laborib⁹ re-
gnũ ſpondẽs celox atqȝ illis iam extremis ſctẽ cõmi-
grantis aĩe flẽs ⁊ conſternat⁹ mẽte viator ⁊ ſibi aſtãs
ait. Cui me dñe relinqs: Juſtus deuotus paſtor eccle
rñdit: fili chariſſime ne turberis quaſi deſtitutus ſola
tio: qt breui tpe exacto ipſe me ſequeris. quã vtiqȝ pro-
phetiã ac reuelationẽ cito tranſitu ſancti iuuenis cõ-
ſtat fuiſſe cõpletam. Sed in gl'iam tãti patroni nõ illã
lugdunẽſ gr̃am tacitus ꝑterierint qd in referẽdo ſctõ
eius corpuſculo poſt dignam ſacramẽtox ſuſceptionẽ
vſqȝ in auſtralẽ plagã venerabilẽ ſe ciuium cura porre
xit: ꝗ ſerutãti illas pene inacceſſas ardorib⁹ ſolitudĩes
⁊ ab ipſo ad modũ ſolis occaſu ꝓpe vicina loca deuo-
tione currentes totum pene orbẽ pietatis ſue teſtẽ fe-
cerũt: quantumqȝ ſe abegerat verecundiſſimi ⁊ ſancti
ſacerdotis fuga: intm̃ ſe fidelium ſtudia extenderunt:
vt qui deſeruerãt deſpectiõe delicti approbarunt ſe tã
preclaro non indignos antiſtite cum gratie eius ma-
gnitudini officij gloriam equiparauerunt: in tãto egre
gij iuſti exemplo: factũ quoqȝ fideliſſime plebis exhibi
tum eſt ꝙ non minus mirũ videret illa reuerendi ſan-
cti ſenis oſſa a remotis terre partibus cũ alacritate et
religione exhibuerunt cum lachrymis ⁊ eximio cultu
ſuſceperunt. Atqȝ elaborauerũt vt qui iã cũ ipſis ſpiri
tu erat: cum ipſis etiam corpore eſſet in honore dñi no
ſtri Jeſu Chriſti filij dei benedicti cui eſt poteſtas. glo



ria ⁊ imperium cum patre ⁊ ſpiritu ſancto in ſecula ſe
culorum. Amen.

¶ De ſctã catharina de ſenis ſacri ordinis predi. ccij



Glorioſa xgo ⁊ ſpõſa dñi nr̃i ieſu
xp̃i dilectiſſima btã Catharina
de ſenis vt pius papa ſcõs teſtat pa-
trẽ iacobũ matrẽ vero noĩe Lappam
in ciuitate ſenenſi xtute fideqȝ ꝓba-
tos habuit. hec dũ etatis ſue vndeci-
mũ annũ ageret virginitatis votũ emi
ſit ducta virginis benedicte btẽ ma-
rie exẽplo. Quã cũ votũ emitteret
rogabat ardẽtius vt ſibi dignaret fi-
lium ſuũ ieſum dñm nr̃m in ſpõſum
adhibere: cũ aũt ꝑuenisset ad etatẽ. xij. annox paren-
tes eius neſciẽtes votũ cõſtituebant eã nuptui trade-
re. Qd xgo audiẽs capillos radicitus incidit ⁊ eis vo
tũ ſuũ reuelauit. Hoc facto vigilijs ⁊ orõnib⁹ ieiunijs
multiplicibuſqȝ bonis operibus die noctuqȝ vacabat:
adeo vt fama ei⁹ inciperet circũquaqȝ diffundi. Agẽs
aũt. xv. annũ ipſi tãtiſper obdormiẽti apparuit beatus
dñicus ꝑdicatox ordinis dux ⁊ pr̃ inclyt⁹: eiqȝ ſuaſit vt
habitũ ſue religionis hoc eſt de pnĩa eiuſdẽ pr̃is beati
dñici reciperet viueretqȝ ſm ei⁹ ordinis inſtituta ⁊ ipa
libẽter ꝯſẽſit ⁊ habitũ requiſiuit ⁊ cũ deuotione acce-
pit ⁊ in eo vſqȝ ad mortẽ cũ maxima pnĩa: ⁊ admirabi
li abſtinẽtia ⁊ auſteritate ꝑdurauit qui modus viuen
di fuit approbat⁹ ꝑ põtifice maximũ indies mulie per
ſone nobiles ⁊ deuote ipm̃ ꝓfitent. Nihil em̃ huic vir
gini ſanctius: nilqȝ digni⁹ in rerũ natura viſum eſt ꝙ
ieſu xp̃i dñi noſtri precepta ⁊ vitam eternam oĩb⁹ ꝓſua
dere ciborũ frugalitate imo abſtinẽtia tãta vtebat: vt ẽt
per plures mẽſes ſolo corpore ſaluatoris ⁊ nullo alio
cibo recrearet: diſciplinis duriſſimis ſe affligebat vſqȝ
ad ſanguinis effuſionem infirmitatibus maxima cũ
charitate ſeruiebat: aliqñ ꝓprijs ⁊ neceſſarijs veſtimẽ
tis ſe exuebat: ⁊ ea pauperibus erogabat ꝓpter qd a
dño meruit etiam in hac vita inuiſibili veſte tegi cum
ſemel vni pauperi ꝓpriam tribuiſſet clamidem. Cũqȝ
obiurgaret a familiaribus qd veſtem neceſſariam ſibi
tribuiſſet: alteri vero benigne rñdit veſtimẽto carere
poſſum mĩa nequaꝙ: quandam vero ſororẽ ſui ordis
infirmã ⁊ impatientiſſimã eiuſqȝ fame atqȝ mox ꝑſtan
tie detrahentẽ ita humiliter tolerauit ⁊ ſeruiuit qd ad
mirabile eſt credendũ: quanta aũt erga aĩax ſalutem
charitate mouebat: ex multis eius operibus liquide
appareret. Nã cum quidã nobilis peruſin⁹ ꝗ capitali
ſnĩa a ſenenſi ſenatu plectẽdus erat dolore mortis af-
fectus a Jeſu xp̃o dño noſtro animũ penitus auerteret
⁊ a nullo poſſet ad pnĩam reuocari huius virginis ex-
hortatione conuerſus ad cor more xp̃ianox ſe xp̃o re-
cõmẽdãs patienter mortẽ ſuſtinuit. Fuit em̃ maxima
ſapiẽtia ꝑdicta lris lepidiſſimis ꝗ nũc extãt teſtantib⁹
inſup dicta ſanctox afflante ſancto ſpũ ita dilucidabat
vt etiam ipſos ſummos theologos ſuperaret. Nã cum
ſemel duos peritiſſimos viros theologos alterũ mino
rum: alterũ vero eremitax haberet ꝯtra ſe alacriter di
putãtes adeo eos publice vicit vt illi diuinã xgnẽ nõ
humanã crederẽt: ꝙobrẽ poſtmodũ innocẽtiſſimã vi-
tã deinceps agreſſi ſunt eoqȝ in ꝓpoſito ab hac luce mi
grarunt apud gregorium. xj. ⁊ apud vrbanum. vj. pon
tifices maximos luculentiſſime perorauit ꝓphetie ẽt
ſpm̃ inter cetera ſue virginitatis inſignia ꝯſecuta eſt.
Signis autem atqȝ miraculis quãplurimũ fuit a deo
priuilegiata. Nam matrem propriam impenitentem
mortuã ad vitã ſuis precibus reuocauit ſpiritus mali

gnos ex corpib⁹ obſeſſis expulit ꝛ multa alia ꝑ eã ſuaꝫ ſpõſam. dñs eſt opat⁹ tandẽ cũ rome eẽt a dño euocata cũ ſciret ſibi diẽ mortis imminere diſcipſos diſcipulaſ ꝗ lõga oꝛone ſuã inuitata ſpõſum cõſolata eſt atqꝫ ad bñ ſancteqꝫ viuẽdũ oẽs hortata: deniqꝫ in illũ prorum pẽs ꝟſiculũ: in man⁹ tuas dñe cõmẽdo ſpũm meũ inocẽtiſſimã alam emiſit anno etatis ſue. xxxiij. Salutis ãt nr̃e. M.ccclxxx. Ad cui⁹ corp⁹ accedẽtes a diuerſis infirmitatib⁹ curabant. ſepulta eſt aũt in eccl̃ia ſctẽ marie ſup minerua honorifice: ꝛ a pio. ij. pontifice ſummo anno. M.cccclxj. ſanctorũ virginum catalogo adſcripta hec catharina ꝟgo monimenta laudis: ꝗ tuis lecti dei ſpõſe ſacris hoc ꝗdã pacto modulamur oẽs ꝑſer olym po. Si ſatis digne nequeãt referri ãnuas nobis veniã ꝑcamur nõ ſumus tanti ingenij fatemur optĩs virgo qu fuit dignas modulat⁹ nũꝗ ꝟginũ laudes ꝗs ĩ orbe toto ſemine ſuicte perſiture nũꝗ carmĩa pãde: ꝑdicta exẽplis catharina charis moꝛib⁹ ꝑſtãs ſapiẽs abũde tẽperãs fortis ꝗꝫ iuſta prudẽs ethera ſcãdiſquẽ latẽs virt⁹ facinuſqꝫ clarũ ꝗ neqt dici ſancti⁹ ꝑ orbẽ vulnerꝝ formã miſerata xp̃i exprimis ipſa. Nam breuis meſte miſereqꝫ vite ꝛ malis cũctis pẽit⁹ referte fortiter ſpernẽs ꝑtioſa ꝗqꝫ ſydera adiſti. vñ cũ tp̃s ꝓperabat ipſuꝫ ꝗ ſacros artus cinereſqꝫ buſto linꝗres celos aditura flentes ipſa docebas: ſic ſacrũ xp̃i venerata corp⁹ hoſtiã libãs lachrymis obortis dixeras cũctis documenta vite voce ſupma: ſic ad ſedes regni faciat trãſire ſuperni virgo fouens meritis nos catharina ſuis. Amẽ.

## ❡ De ſancto Vincentio confeſſore ſacri ordinis predicatorum. cclij.



